Matth.5. dat præmium q certamen fuerit abſolutum? Ideoq; dominus in euangelio ait: Beati pauperes ſpiritu: quoniam ipſorum eſt regnum cælorum. Nō dixit: Beati diuites: ſed pauperes. Inde incipit beatitudo iudicio diuino: ubi ærumna æſtimatur humano. Beati qui eſuriunt: quia ipſi ſaturabuntur. Beati qui lugent: quoniam ipſi conſolationem habebunt. Beati miſericordes: quoniam ipſis miſerebitur deus. Beati mundo corde: quoniam ipſi deum uidebunt. Beati qui perſecutionem patiūtur propter iuſticiam: quoniam ipſorum eſt regnum cælorum. Beati eſtis: cum uobis maledicent homines & pſequētur: & dicent omne malum aduerſum uos: ꝓpter iuſticiam. Gaudete & exultate: quoniam merces uestra copioſa eſt in cælo. Futuram nō præſentē: in cælo nō in terra: mercedem ꝓmiſit eſſe reddēdam. Quid alibi poſcis: qd alibi debetur? Quid præpropere coronam exigis anteq uincas? Quid detergere puluerem? Quid requieſcere cupis? Quid epulari geſtis anteq ſtadium ſoluatur? Adhuc popul⁹ ſpectat: adhuc athletæ in ſtemmate ſunt: & tu iam ocium petis?

De ſolutiōe quæſtionis quæ circa ſupiora moueri poſſet: Cur uidelicet impij lætentur: Cur luxurient? Cur etiam nō ipſi cum iuſtis laborent. Ca. XVI.

Ed forte dicas: Cur impij lætantur? Cur luxuriātur? Cur etiam ipſi non mecum laborant? Quoniam qui non ſubſcripſerint ad coronam: nō tenentur ad laborem certaminis. Qui in ſtadium non deſcēderint: non ſe pfundunt oleo: nō oblinunt puluere. Quos manet gloria: expectat iniuria. Vnguentati ſpectare ſolent: non decertare: non ſolem: æſtus: puluerem: imbreſq; perpeti. Dicant ergo & ipſi athletæ: Venite: nobiſcum laborate. Sed reſpondebunt ſpectatores: Nos hic interim de uobis iudicamus: uos autem ſine nobis coronæ (ſi uinceritis) gloriam uendicabitis. Iſti igitur qui in delitijs: qui in luxuria: rapinis: queſtib⁹: bonoribus ſtudia poſuerunt ſua: ſpectatores magis ſunt q prœliatores. Habent lucrum laboris: fructum uirtutis non habent. Fouent ocium: aſſutia & improbitate aggerant diuitiarum aceruos: ſed exoluēt (ſeram licet) nequitiarum ſuarum pœnam. Horum requies in inferno: tua uero in cælo. Horum domus i ſepulcbro: tua i paradiſo. Vnde pul-
[illegible]-tuigilare eos in tumulo iob dixit: quia ſoporem quietis habere non poſſūt: quem
[illegible]nuit ille qui reſurrexit. Noli igitur ut paruul⁹ ſapere: ut paruul⁹ loqui: ut paruul⁹
[illegible]re: ut paruul⁹ uēdicare ea quæ ſūt poſterioris ætatis. Perfectio; eſt corona. Ex-
[illegible]t ueniat qd pfectū ē: qn nō p ſpeciē & i ænigmate: ſed facie ad faciē formā ipſā
[illegible]e ueritatis poſſis cognoſcere. Tūc qua cauſa ille diues fuerit: q erat improb⁹
[illegible] alien: q cauſa potens al⁹: qua cauſa ille abūdauerit liberis: ille fuit⁹ bonorib⁹
[illegible]. Fortaſſe ut dicat raptori: diues eras: q cauſa aliena rapiebas? Aegeſtas nō
[illegible]opia non coegit. Nonne ideo te diuitem feci: ut excuſationē habere non
[illegible]tur etiam potenti: cur non affuiſti uiduæ: orphanis quoq; iniuriam patien
[illegible]qd tu infirmus eras? Nunqd nō poteras ſubuenire? Ideo te feci poteutē:
[illegible]res uiolentiā: ſed repelleres. Nōne tibi ſcriptū ē: Eripe iniuriā patientem?
[illegible] ſcriptum eſt: Eripite pauperem: & egenū de manu peccatoris liberate?

Dicaꝫ etiã abundãti liberis: Honoribꝰ cumulauiꝫ te: salubritatẽ corporis cõcessi tibi: cur nõ secutꝰ es præcepta mea: Famule meꝰ qd feci tibi: aut quid cõtristaui te: Nõne ego tibi liberos dedi: honores cõtuli: salutẽ donaui: Cur me negabas: Cur estimabas qꝫ ad scientiã meã quæ gereres nõ pueniret: Cur tenebas dona mea: despiciebas mandata mea: Denicꝫ de Iuda proditore hæc colligere licet: qui & apostolus inter duodecim electus est: & loculos pecuniarũ quas pauperibꝰ erogaret: cõmissos habebat: ne uideretꝫ: aut quasi inhonorus: aut quasi ægenꝰ dominũ ꝓdidisse. Et ideo ut iustificaretꝫ in eo dñs: hæc ei contulit: ut nõ quasi iniuria exasperatus: sed quasi præuaricatus gratiam maiori esset offensæ obnoxius.

¶ Qꝫ maxime adolescentes deceant exempla de Isaac: & Ioseph: de Moyse & Hieremia. Ca. XVII.

Quoniã igiꝫ & pœnã improbitati & uirtuti fore præmium satis claruit: de officiis aggrediamur dicere: quæ nobis ab adolescentia spectãda sunt: ut cũ ætate accrescant simul studia bonoꝝ actuũ. Est igiꝫ bonoꝝ adolescentiũ timorẽ dei habere: deferre parẽtibus honorẽ: habere senioribꝰ reuerentiã: castitatẽ tueri: nõ aspernari humilitatẽ: diligere clementiã ac uerecundiã: quæ ornamẽto sunt minori ætati. Vt eñ in senibꝰ grauitas: in iuuenibꝰ alacritas: ita in adolescẽtibus uerecũdia: uelut quadã dote cõmendatꝫ naturæ. Erat Isaac deũ timens: utpote Abraæ indoles: deferẽs pri honorẽ usqꝫ eo ut aduersus paternã uolũtatẽ nec morte recusaret. Ioseph quoqꝫ cũ somniasset q sol & luna & stellæ adorarent eũ: sedulum tñ obsequiũ deferebat patri. Castus ita ut ne sermonẽ quidem audire uellet nisi pudicũ: humilis usqꝫ ad seruitutẽ: uerecũdus usqꝫ ad fugã: patiẽs usqꝫ ad carcerẽ: remissor iniuriæ usque ad remunerationẽ. Cuius tanta uerecũdia fuit: ut cõprehensus a muliere: uestẽ in manibꝰ eiꝰ fugiens mallet relinquere: q̃ uerecundiã deponere. Moyses quoqꝫ & Hieremias electi a domino: ut oracula dei prædicarent populo: qd poterant ꝓ gratiam: excusabant ꝓ uerecundiam.

¶ De bono uerecundiæ: quod maxime in sancta dei eminuit genitrice: & q̃ gestus exterioris hominis pſæpe qualitatem interioris ostẽdat: & q̃ omnia membra naturaliter habita polleant honestate. Ca. XVIII.

Opulchra igiꝫ uirtꝰ uerecũdiæ: & suauis gratia: quæ nõ solũ in factis: sed etiã in ipsis spectatꝫ sermonibus: ne modũ ꝓgrediaris loquẽdo ne quid indecorũ sermo resonet tuus. Speculũ eñ metis: plærũqꝫ in uerbis refulget. Ipsũ uocis sonũ libret modestia: ne cuiusquã offendat aurẽ uox fortior. Denicꝫ in ipso canẽdi genere: prima disciplina uerecũdia est: imo etiã in omni usu loquẽdi: ut sensim quis aut psallere: aut canere: aut postremo loqui incipiat: ut uerecũda principia cõmendent ꝓcessum. ¶ Silentiũ quoqꝫ ipsũ in quo est reliquarũ uirtutũ ociũ: maximꝰ actus uerecũdiæ est. Denicꝫ si aut infantiæ putatꝫ: aut superbiæ ꝓbro daturꝫ si uerecũdiæ: laudi ducitur. Tacebat in periculis Susanna: & grauꝰ uerecũdiæ q̃ uitæ damnũ putabat: nec arbitrabatꝫ periculo pudoris tuendã salutẽ. Deo soli loquebatur: cui poterat casta uerecũdia eloqui: refugiebat ora intueri uirorũ. Est eñ & in oculis uerecundia: ut nec uidere uiros fœmina: nec uideri uelit. Neqꝫ uero quisq̃ f lius hanc laudem castitatis putet. Est eñ uerecũdia pudicitiæ comes: cui* socie castitas ipsa tutior est. Bonus eñ regẽdæ castitatis pudor est comes: qui si se p dat ad ea quæ prima pericula sũt: pudicitiã temerari nõ sinat. Hic primꝰ in ipso c onus ingressu dñi matrẽ cõmendat legentibus: & tanq̃ testis locuples dignã tale munꝰ eligeretꝫ: astruit: q̃ in cubiculo: q̃ sola: q̃ salutata ab angelo tacentiꝫ in introitu eius: q̃ ad uirilis sexus speciẽ peregrina turbatꝫ aspectus uirginis. esset humilis: præ uerecũdia tamẽ nõ resalutauit: nec ullã responsum retu desuscipienda dñi generatiõe cognouit: ut qualitatẽ effectꝰ disceret: nõ refelleret. ¶ In ipsa quoqꝫ oratiõe nostra multũ uerecũdia placet: multũ e apud deũ nostrũ. Nõne hæc prætulit publicanũ: & cõmendauit eũ: qui audebat ad cælum leuare? Ideo iustificatur magis dñi iudicio: q̃ ille phari

1. Petri. 3. deformauit præsumptio. Ideoq; oremus in incorruptione quieti & modesti spiritꝰ: qui est ante deū locuples: ut ait Petrus: Magna igiē modestia: quæ cum sit etiā sui iuris remissior: nihil sibi usurpans: nihil uendicans: & quodāmodo inter uires suas cōtractior: diues est apud deū: apud quē nemo diues. Diues est modestia: quia portio dei est. Paulus quoq; orationē deferri præcepit cū uerecūda & sobrietate. Primam hanc & quasi præuia uult esse orationis futuræ: ut nō gloriet peccatoris oratio: sed quasi colorē pudoris obducat: qui quo plus defert uerecūdiæ de recordatione delicti: eo uberiorē meretur gratiā. ¶ Est etiā in ipso motu: gestu: incessu: tenēda uerecundia. Habitus em̄ mentis: in corporis statu cernit. Hinc homo cordis nostri absc̄ditus: aut leuior: aut iactantior: aut turbidior: aut cōtra grauior: & constantior & purior: & maturior estimatur. Itaq; uox quædā est animi: corporis motꝰ. Meministis si Tullꝰ li. 1. de officio decori

lij quendā amicū cū sedulis se uideret cōmendare officijs: hoc solo tamē in clerum a me nō receptū: q; gestus eius plurimū dedeceret: Alterū quoq; cū in clero reppertsem: iubere me ne unq̄ præiret mihi: quia uelut quodā insolētis iessus uerbere oculos ferret meos: Idq; dixi: cū redderet post offensam munera: hoc solū excepi: nec fefellit sentētia. Vterq; em̄ ab ecclesia recessit: ut qualis incessus p̄debat: talis pfidia animi demonstraret. Nāq; alter arrianæ infestationis tēpore fidē deseruit: alter pecuniæ studio ne iudiciū subiret sacerdotem se nostrum negauit. Lucebat in illorum incessu imago leuitatis: species quædā scurrarū p̄cursantiū. Sunt etiā qui sensim ambulando imitant̄ histrionicos gestus: & quasi quædā fercula pomparū: & statuarū motus nutantiū: ut quotiens cūq; gradū transferūt: modulos quosdā seruare uideātur. Nec cursim ambulare honestū arbitror: nisi cū causa exigit alicuius periculi: uel iusta necessitas: Nam plærūq; festinātes anhelos uidemus torquere ora: quibꝰ si causa desit festinationis necessariæ: næuus iustæ offensionis est. Sed nō de bis dico: quibus rara p̄peratio ex causa nascitur: sed quibꝰ iugis & cōtinua in naturā uertit. Nec in illis ergo tanq̄ simulacrorum effigies p̄bo: nec in istis tanq̄ excussorum ruinas. Est etiā gressus p̄babilis: in quo sit species auctoritatis: grauitatisq; pondus: trāquillitatis uestigium: ita tamē si studium desit atq; affectio: sed motus sit purꝰ ac simplex: Nihil em̄ fucatū placet: motū natura informet. Si qd sane in natura uitij est: industria emēdet: ut ars desit nō desit correctio. ¶ Q; si etiā ista spectant̄ altꝰ: quātomagis cauēdū est: ne quid turpe ore exeat. Hoc em̄ grauiter coinquinat hominē. Nō em̄ cibus inquinat hominē: sed iniusta obtrectatio: sed uerborū obscænitas. Hæc etiā utilgo pudori sunt: In nostro uero officio: nullū uerbū qd̄ inhoneste cadat nō incutit uerecundiā. Et non solum nihil ipsi indecoꝝ loqui: sed ne aurē quidē debemus hmōi præbere dictis: sicut Ioseph ne incōgrua suæ audiret uerecūdiæ: ueste fugit relicta: qm̄ quē delectat audire: alterū loqui prouocat. Intelligere quoq; qd̄ turpe sit: pudori maximū est: Spectare uero si quid huiusmodi fortuitu accidat quāti horroris est? Quod ergo in alijs displicet: nūquid potest in seipso placere? Nec hoc ipsa natura nos docet: quæ p̄fecte quidē omnes partes nostri corporis explicauit: ut & necessitati consuleret & gratiam uenustaret. Sed tamen eas quæ decori aspectu forent: in quibus [illegible]rmæ apex quasi in arce quadam locatus: & figuræ suauitas: & uultus species emi[illegible]et: operandiq; usus esset paratior: obuias atq; apertas reliquit: Eas uero in quibꝰ [illegible] naturale obsequium necessitatis: ne deforme sui præberent spectaculum: par[illegible]no in ipso emendauit atque abscondit corpore: partim docuit & suasit tegen[illegible]Hoc igitur ipsa natura est magistra uerecundiæ: Cuiꝰ exemplo modestia bo[illegible]uā a modo scientiæ quid deceret appellatā arbitror) id qd̄ in hac nostri cor[illegible]rica abditū repperit: operuit & texuit: ut ostiū illud tegebatur qd̄ ex transi[illegible]ndū in arca illa Noe iusto dictū est: in qua uel ecclesiæ uel nostri figura est [illegible]qd̄ ostium egerunt̄ reliquiæ ciborum. Ergo naturæ opifex: sic nostræ stu[illegible]ūdiæ: sic decoꝝ illud & honestū in nro custodiuit corpore: ut uelut ducꝰ [illegible]aquæ: exitus cuniculorū nostrorū post tergū relegaret: atq; ab aspectu no[illegible]eretine purgatio uētris usum oculorū offenderet. De quo pulchre Aplꝰ

ait: Quæ uidentʒ inquit mẽbra corporis infirmiora: necessariora sũt. Et quæ putam⁹ ignobiliora esse mẽbra corporis: his abundantiorẽ bonorẽ circũdam⁹: & quæ inhonesta sunt nostra: honestatẽ abundantiorẽ habent. Etẽ imitatõe naturæ industria auxit gratiã. Qđ alio loco etiã altius interp̃tati sumus: ut nõ solũ abscondam⁹ ab oculis: uerũetiã quæ abscondenda accepim⁹: eoꝝ indicia usuſq; mẽbroꝝ suis appellationibus nũcupare indecoꝝ putemus. Deniq; si casu aperiantʒ hæ partes: cõfundiʒ uerecundia: si studio: impudẽtia estimaʒ. Vnde & filius Noe Cham offensam retulit: quia nudatũ uidens patrẽ risit. Qui autẽ operuerũt patrẽ: acceperũt benedictionis gratiã. Ex quo mos uetus: & in urbe roma: & in plærisq; ciuitatib⁹ fuit: ut filij cũ parentibus puberes uel teneri: nõ lauarẽt: ne paternæ reuerẽtiæ auctoritaſ minueretur: licet plæriq; se & in lauacro quantũ possunt tegãt: ne uel illic ubi nudũ totũ est corp⁹: hmõi intecta portio sit. Sacerdotes quoq; ueteri more sicut in Exodo legimus: brachas accipiebãt: sicut ad Moysen dictũ ẽ a dño: Et facies illis brachas lineas: ut tegaʒ turpitudo pudoris: a lumbis usq; ad femora erũt: & habebit eas Aaron & filij ei⁹: cũ intrabunt in tabernaculũ testimonij: & cũ accedent sacrificare ad aram sanctã: & nõ inducẽt sup̃ se pctm̃: ne moriantʒ. Qđ nõnulli nroꝝ seruare adhuc ferunt: plæriq; spiritali interp̃tatione ad cautionẽ uerecũdiæ: & custodiã castitatis dictũ arbitrantʒ.

Genẽ. 9.

Exo. 28.

¶ In omnibus actibus uiriliter agendum: nec quicq̃ affectatum aut fœmineũ attemptandum. Ca. XIX.

Delectauit me diutius in partibus demorari uerecundiæ: quia ad uos loquebar: qui aut bona eius ex uobis recognoscitis: aut dãna ignoratis. Quæ cum sit omnibus ætatibus: psonis: tẽporibus & locis apta: tamẽ adolescẽtes: iuuenilesq; annos maxime decet. In omni aũt seruandũ ætate: ut deceat qđ agas: & conueniat: & quadret sibi ordo uitæ suæ. Vnde Tullius etiã ordinẽ putat in illo decore seruari oportere: idq; positũ dicit in formositate: ordine: ornatu ad actionem apto. Quæ difficile ait loqndo explicari posse: & iõ satis esse intelligi. Formositatẽ aũt cur posuerit: nõ satis itelligo. Quis eñ ille uires corporis laudet: nos certe in pulchritudine corporis locũ uirtutis nõ ponimus: gratiã tamẽ nõ excludim⁹: quia uerecũdia & uultus ipsos solet pudore perfundere: gratioresq; reddere. Vt eñ artifex in materia cõmodiore meli⁹ operari solet: sic uerecũdia in ipso quoq; corporis decore plus eminet: ita tamen ut etiã ipse nõ sit affectatus decor corporis: sed naturalis: simplex: neglectus magis q̃ expetitus: nõ pciosis & albentibus aduitus uestimẽtis: sed cõmunibus: ut honestati uel necessitati nihil desit: nihil accedat nitori. Vox ipsa nõ remissa: nõ fracta: nihil fœmineũ sonans: qualẽ multi grauitatis specie simulare cõsueruntʒ sed formã quandã & regulã ac sucũ uirilem referuans. Hoc est eñ pulchritudinẽ uiuendi tenere: cõuenientia cuiq; sexui & psonæ reddere. Hic ordo gestorũ optim⁹: hic ornatus: ad omnẽ actionẽ accõmodus. Sed ut molliculũ & infractũ aut uocis sonum: aut gestũ corporis non ꝓbo: ita neq; agrestem ac rusticũ. Naturam imitemur. Eius effigies: formula disciplinæ: forma honestatis est.

Tullius. 1. de officijs decor.

¶ Vt cõuiua extranea: & accessus uiduarũ caueanʒ & uirginũ. Ca. XX.

Habet sane suos scopulos uerecundia: non quos ipsa inuebit: sed quos sæp incurrit. Si intẽperantiũ incidam⁹ consortia: qui sub specie iocũditatis uer num infundũt bonis: bi si assidui sunt: & maxime in conuiuio: ludos ac i enerdant grauitatẽ illã uirilem. Caueam⁹ itaq; ne dũ relaxare animũ uolumu uamus omnẽ harmoniã: quasi concentũ quendã bonorũ operũ. Vsus eñ cito tit naturã. Vnde q̃ prudenter factis conuenire ecclesiasticis: & maxime mi officijs arbitror: declinare extraneorũ cõuiuia: uel ut ipsi hospitales sitis pe tibus: uel ut ea cautiõe nullus sit opprobrio loc⁹. Cõuiuia quippe extrane patiões habẽt: cũ etiã epulãdi ꝓdũt cupiditatẽ. Surrepũt etiã fabulæ fre sæculo ac uoluptatib⁹: claudere aures nõ potes: ꝓbibere: putaʒ supbiæ: su am præter uoluntatẽ pocula. Melius est tuæ domui semel excuses necessi ciendo q̃ alienæ frequẽter: & ut ipse sobrius surgas. Tñ ex aliena insolẽtia

nō debet præsentia tua. Viduarū ac uirginū domos nisi uisitādi gratia iuniores adire nō est opus. Et hoc cū seniorib⁹: hoc est: uel cū episcopo: uel si grauior est cā cū presbyteris. Quid necesse est: ut domus obtrectandi locū sæcularib⁹? Quid opus est: ut ille quoq; uisitationes crebre accipiāt auctoritatē? Quid si aliqua illarū forte labat? Cur alieni lapsus subeas inuidiā? Q̄s multos etiā fortes illecebra decepit? Quāti nō dederūt errori locū: & dederunt suspitioni? Cur nō illa tēpora quib⁹ ab ecclesia uacas: lectioni impēdas? Cur nō christū reuisas: christū alloquaris: christū audias? Illum alloquimur cū oramus: illū audimus cū diuina legimus oracula: Quid nobis cū alienis domibus? Vna est domus: quæ oēs capit. Illi potius ad nos ueniāt: qui nos requirūt. Quid nobis cū fabulis? Ministeriū altarib⁹ christi: nō obsequiū boibus deferēdū recepim⁹. Humiles nos esse decet: mites decet: māsuetos: graues: patientes: modū tenere in oib⁹: ut nullū uitiū esse in moribus: uel tacit⁹ uult⁹: uel sermo annūciēt.

De iracundia in se reprimenda: & in alijs pace mitiganda: exemplum de lacob & Dauid. Ca. XXI.

Caueatur iracundia: aut si præcaueri nō potest: cohibeat. Mala cū lex peccati indignatio est: quæ ita animum perturbat: ut rationi non relinquat locum. Primum est igit si fieri potest ut morum trāquillitas usu quodam affectioni suæ ꝓpositō in natura uertatur. Deinde qū ita plærūq; motus infixus est naturæ ac moribus: ut euelli atq; euitari nō quæat: si præuideri nō potuerit: ratione reprimat. Aut si prius occupatus fuerit animus: ab indignatione q̄ consilio prospici ac ꝓuideri potuerit: ne occuparet: meditare quomō motū animi tui uincas: iracundiā teperes.

Ro.12. Resiste iræ si potes: cede si nō potes: qa scriptū est: Date locū iræ. Iacob fratri indig
Gen.27. nanti pie cessit: & Rebeccæ: id est: patientiæ instructus cōsilio: abesse maluit & peregrinari q̄ excitare fratris indignationē: & tunc redire cū fratrē mitigatū putaret. Et ideo tantā apud deū inuenit gratiā. Quibus deinde obsequijs: quantis⁹ muneribus⁹ fratrem ipsum recōciliauit sibi: ut ille præreptæ benedictionis nō meminisset: meminisset delatæ satisfactionis. Ergo si præuenerit & præoccupauerit mentē tuā iracundia: & ascenderit in te: nō relinquas locū tuū. Locus tuus: patiētia est: locus tuus sapientia est: locus tuus ratio est: locus tus sedatio indignationis est. Aut si te contumacia
Ps.33. respondētis mouerit: & puerilitas impulerit ad indignationē: si nō potueris mitigare mētem: reprime lingnā tuā. Sic em scriptū est: Cohibe linguā tuā a malo: & labia tua ne loquantur dolū. Deinde inquire pacē: & sequere eam. Pacē illam sancti Iacob uide: qua primū sedato animū. Si nō præualueris: frenos linguæ impone tuæ. Deinde recōciliationis studiū nō prætermittas. Hæc oratores sæculi de nostris usurpata in suis posuere libris. Sed ille sensus hui⁹ habet gratiā: qui prior dixit. Vitemus ergo aut tēperemus iracundiā: ne sit eius aut in laudibus exceptio: aut in uitijs exaggeratio. Nō mediocre est: mitigare iracundiam: nō inferius q̄ oīno nō commoueri. Hoc nostrū est: naturæ illud. Illæ deniq; cōmotiones in pueris innoxiæ sunt: quæ plus habent gratiæ: q̄ amaritudinis. Et si cito pueri inter se mouētur: facile sedant: & maiori
uitate in se recurrūt. Nesciunt se subdole artificioseq; tractare. Nolite bos cōtem
re pueros: de quibus dñs ait: Nisi conuersi fueritis & efficiamini sicut paruuli: non
abitis in regnū cælorū. Itaq; & ipse dñs: hoc est: dei uirtus: sicut puer cū maledice
: nō remaledixit: cū peteretur: nō repcussit. Ita ergo te cōtempera: ut quasi pu
iam nō teneas: malicia nō exerceas: omnia a te innocēter ꝓficiscant. Nō cō
quid ab alijs in te referatur: locū tuum serua: simplicitatem & puritatē tui pe
stodi. Noli respondere irato ad iracundiā eius: liue imprudēti ad imprudē
Cito culpa culpā excutit. Si lapides teras: nōne ignis erūpit? Ferūt gentiles
omnia uerbis extollere solent archytæ tarentini dictum philosophi: qđ
tum dixerit: O te infœlicē: q̄ te affligerem nisi iratus essem. Sed etiā Da
atam dexterā in indignatione cōpresserat. Et quanto plus est nō remale
nō uindicare? Et bellatores aduersus Nabal ad ultionem paratos: Abigail
ne reuocauerat. Vnde aduertimus: tempestiuis quoq; intercessionibus

nō solum cedere nos: sed etiā delectari oportere. Eousq; autē delectatus est: ut bñ dicceret interu enientē: quo ab studio uindictæ reuocat⁹ foret. Ilā dixerat de inimicis suis: Qm̄ declinauerūt in me iniquitates: & in ira molesti erāt mihi: Audiam⁹ turbatus in ira quid dixerit: Quis dabit mihi pennas sicut colūbæ: & uolabo & requiescam: Illi ergo ad iracundiā ꝓuocabant: hic tranquillitatē eligebat. Iam dixerat: Irascimini & nolite peccare. Moralis magister: qui naturalē affectū inflectendū magis ratione doctrinæ: q̄ extirpādū nouerat: moralia docet. Hoc est: Irascimini ubi culpa est: cui irasci debeatis. Nō potest em̄ fieri: ut nō rerum indignitate moueamur: alioquin nō uirtus: sed lenitudo & remissio iudicat'. Irascimini ergo ita: ut a culpa abstineatis. Vel sic: Si irascimini: nolite peccare: sed mincte ratione iracundiā. Vel certe sic: Si irascimini uobis irascimini: quia cōmoti estis: & nō peccabitis. Qui em̄ sibi irascitur quia cito cōmotus est: desinit irasci alteri. Qui aūt uult irā suā iustā ꝓbare: plus inflammat': & cito in culpam cadit. Melior est autē sm̄ Salomonē: qui iracundiā continet: q̄ qui urbem capit: quia ira etiā fortes decepit. Cauere igit̄ debemus: ne in perturbationes prius incidamus: q̄ animos nostros ratio cōponat. Examinat em̄ mentē plærūq; aut ira: aut dolor: aut formido mortis: & improuiso pcellit ictu. Ideo præuenire pulchrum est cogitatione: quæ uoluendo mentē exerceat: ne repentinis excitetur cōmotionibus: sed iugo quodā rationis & habenis cōstricta miteſcat.

Ps. 4.

Ps. 4.

Prouer. 16.

De cogitationibus & appetitu: & ꝓpto loquendi modo. Ca. XXII.

Sunt aūt gemini motus: hoc est: cogitationū & appetitus: alteri cogitationū: alteri appetitus: nō confusi: sed discreti & dispares. Cogitationes uerę exquirere & quasi emolere muneris habent: appetitus ad aliquid impellit agendū atq; excitat. Itaq; ipso genere naturæ suæ: & cogitationes tranquillitatē sedationis infundunt: & appetitus motū agendi excutit. Ita ergo informati sumus: ut bonarum rerū subeat animū cogitatio: appetitus aūt rationi obtēperet (si uere ut illud decorum custodiamus: animū uolumus intēdere) ne rationē excludat ret alicui⁹ affect⁹: sed ratio qd honestati cōueniat: examinet. Et qm̄ ad conseruationē decoris spectare diximus: ut sciamus in factis dictisue quis modus: prior autē ordo loquēdi q̄ faciendi est: sermo in duo diuiditur: In colloquiū familiare: & in tractatū disceptationēq; fidei atq; iustitiæ. In utroq; seruandū ne sit aliqua perturbatio: sed tanq; mitis & placidus: & beniuolentiæ plenus & gratiæ: sine ulla sermo ducat' cōtumelia. Absit ptinax in familiari sermone cōtentio: quæstiones em̄ magis excitare inanes: q̄ utilitatis aliquid afferre solet. Disceptatio sine ira: suauitas sine amaritudine sit: monitio sine asperitate: hortatio sine offensione. Et sicut in omni actu uitæ id cauere debem⁹ ne rationē nimius animi mot⁹ excludat: sed teneam⁹ cōsilij locū: ita etiā in sermone formulā eam animi tenere cōuenit: ne aut ira excitetur: aut odiū: aut cupiditatis nostræ: aut ignauiæ aliqua exprimamus indicia. Sit igitur sermo hmōi de scripturis maxime. Quid em̄ magis nos oportet loqui: q̄ de conuersatione optima: ad hortatione obseruationis: disciplinæq; custodia: Habeat caput eius rationē: & finis modū. Sermo enim tediosus iras excitat. Q uero indecorū: ut cum omnis cōfabulatio habere soleat incrementū gratiæ: habeat næuum offensionis. Tractatus quoq; de doctrina fidei: de magisterio cōtinentiæ: de disceptatione iustitiæ: de hortatione diligentiæ: nō unus semꝑ: sed ut se dederit lectio nobis & arripiendus est: & ꝓut possimus, ꝑsequendus. Neq; nimiū ꝓlixus: neq; cito interruptus: ne uel fastidiū derelinquat u desidiam ꝓdat atq; incuriā. Oratio sit pura: simplex: dilucida: atq; manifesta: p grauitatis & ponderis: nō affectata elegātia: sed nō intermissa gratia.

Q ioca quæ philosophi ponunt inter officia: penitus ab ecclesia sint remoda. Ca. XXIII.

Vita præterea de ratione dicendi dant præcepta sæculares uiri qui[illegible] præterenda arbitror: ut de iocandi disciplina. Nam licet interdum [illegible] ioca ac suauia sint: tamē ab ecclesiastica abhorrēt regula. Quoniā qui[illegible] pturis sanctis non reperimus: ea quēadmodū usurpare possumus: Cauendū

Luc.6. in fabulis:ne inflectant grauitatē ſeuerioris ꝓpoſiti. Væ uobis qui ridetis quia flebitis:ait dominꝰ:& nos ridendi materiā requirimus:ut hic ridentes: illic fleamus? Nō ſolum ꝓfuſos: ſed omnes etiā iocos declinādos arbitror. Plenū tū grauitatis & gratiæ ſermonē eſſe:nō indecorū eſt. ¶Nam de uoce quid loquar:quā ſimplicē & purā eſſe ſatis arbitror? Canorā autē eſſe:naturæ eſt:nō induſtriæ. Sit ſane diſtincta ꝓnūciationis modo:& plena ſuci uirilis:ut agreſtem ac ſubruſticum fugiat ſonum:nō ut rithmū affectet ſcænicū:ſed myſticum ſeruet.

¶De tribus quæ in uita actiua neceſſario ſunt obſeruanda:& q̄ appetitū rationi cedere conueniat. Ca. XXIIII.

Ode ratione dicendi ſatis dictum puto:nunc de actione uitæ quid cōgruat cōſideremus. Tria aūt in hoc genere ſpectanda cernimus. Vnum: ut rationi appetitus nō reluctet. Hoc em̄ ſolūmodo poſſunt officia noſtra illi decoro conuenire. Si em̄ appetitus rationi obediat:facile id q̄d deceat in omnibꝰ officijs cōſeruari poteſt. Deinde ne maiore ſtudio q̄ res ipſa eſt quæ ſuſcipit? uel minore:aut paruam magno ambitu ſuſcepiſſe:aut magnā inferiore deſtituiſſe uideamur. Tertium de moderatione ſtudiorū operūq; noſtrorum. De ordine quoq; rerū: & de opportunitate temporū:nō diſſimulandū puto. Sed primū illud quaſi fundamentū eſt omnium:ut appetitus rationi pareat. Secundū & tertiū: idē eſt:hoc eſt:in utroq; moderatio. Vacat em̄ apud nos ſpeciei liberalitas:quæ pulchritudo habetur:& dignitatis cōtemplatio. ¶Sequit̄ de ordine rerum:& de opportunitate temporū. Ac per hoc tria ſunt:quæ uideamus:utrū in aliquo ſanctoꝝ: cōſummata poſſim⁹ docere. Primū igit̄ ipſe pater Abraā:qui ad magiſteriū futuræ ſucceſſiōis informat⁹ & inſtruct⁹ eſt:

Gen.12. iuſſus exire de terra ſua:& de cognatione ſua:& de domo patris ſui:nōne multiplicitate neceſſitudinis præſtrictus affectu: tamē appetitū rationi obedientē præbuit? Quē em̄ terræ ſuæ:cognationis:domus quoq; ꝓpriæ gratia:nō delectaret? Et bunc ergo mulcebat ſuorum ſuauitas:ſed imperij cæleſtis & remunerationis æternæ cōſideratio mouebat ampliuſ. Nonne cōſiderabat uxorem imbecillē ad labores:teneram ad iniurias:decorā ad incentiua inſolentiū:ſine ſummo nō poſſe duci periculo? Et tamē ſubire omnia:q̄ excuſare cōſultius dijudicauit. ¶Deinde cū deſcenderet in ægyptum:monuit ut diceret ſe ſororē eſſe:non uxorē ipſius. Aduerte quāti appetitus. Timebat uxoris pudorē:timebat ꝓpriæ ſaluti:ſuſpectas habebat ægyptiorū libidines:& tamē prævaluit apud eum ratio exequēdæ deuotionis. Cōſiderauit em̄ q̄ dei fauore ubiq; tutus eſſe poſſet:offenſo aūt domino:etiā domi nō poſſet illæſus manere. Vicit igit̄ appetitū ratio: & obedientē ſibi præſtitit. Captо nepote:non p territus:neq; tot regum turbat⁹ populis:bellū repetit:uictoria potitus:prædæ partem cuiꝰ ipſe fuit auctor recuſauit. Promiſſo quoq; ſibi filio:cū conſideraret emortui corporis ſui uires depoſitas:ſterilitatē coniugis:& ſupremā ſenectutem:etiam cōtra uſum naturæ deo credidit. Aduerte cōuenire oia. Appetitꝰ nō defuit:ſed repreſſus eſt animꝰ æqualis gerēdis: qui nec magna ꝓ uilibus:nec minora ꝓ magnis duceret. Prudētem talis decet diſtributio:quæ auctoritate quadrifidæ innitat̄. ¶Moderatio erat illi ꝓ negocijs:ordo rerum:opportunitas temporū:menſura uerborū. Ecce ſe[x]tarij habes perfectionē. Fuit Abraam fide primus:iuſticia præcipuus:in prælio ſtre[nu]us uictoria nō auarus:domi hoſpitalis:uxori ſedulus. Sanctum quoq; eius ne[p]otem Iacob delectabat domi ſecurū degere:ſed mater uoluit eum peregrinari: ut [ca]ret fraternæ iracundiæ locum. Vicit appetitum:cōſilij ſalubritas. Exul a domo:ꝓ[pe]ctus a parentibus:ubiq; tamen cōuenientem menſurā negocijs tenuit: & tempo[ris] opportunitatē reſeruauit. Acceptus domi parētibus:ut alter maturitate pro[fectus] obſequij benedictionē daret:alter amore pio ꝓpenderet. Fraterno quoq; [ge]nio lætatus:cū cibum ſuum fratri cedendum putaſſet:delectabatur utiq; alime[nto] naturam:ſed ſm pietatē ceſſit petito. Paſtor domino gregis fidus: ſocero ge[ne]roſus:impiger in labore:in conuiuio parcus:in ſatiſfactione præuius: in remu[ne]re largus. Denique ſic fraternam mitigauit iracundiā:ut cuius uerebatur in-

imicitias adipiscereturgratiã. ¶Quid de Ioseph loquar: qui utiq; habebat cupiditatem libertatis: & suscepit seruitij necessitatem? Q; subditus in seruitute: q; in uirtute constans: q; benignus in carcere: sapiens in interpretatione: in potestate moderat⁹: in ubertate pudus: in fame iustus: ordinem laudis rebus adiungens: & opportunitatem tẽporibus: æquitatem populis officij sui moderatione dispẽsans: ¶Iob quoq; iustus: secundis atq; aduersis rebus irreprehensibilis: patiens: gratus deo atq; acceptus: uexabatur doloribus: sed se consolabatur. ¶Dauid etiã fortis in bello: patiens in aduersis: in hierusalem pacificus: in uictoria mansuetus: in peccato dolens: in senectute prouidus: rerum modos: uices tempo⁹: p singula⁹ sonos seruauit ætatũ: ut mihi uideatur nõ minus uiuendi genere: q; canẽdi suauitate prædulcis moralẽ deo sui fudisse meriti cantilenã. ¶Q; his uiris principalium uirtutũ officium defuit? Quarũ primo loco constituerũt prudentiam: quæ in ueri inuestigatione uersat: & scientiæ plenioris infundit cupiditatem. Secũdo iustitiã: quæ suum cuiq; tribuit: alienũ non uendicat: utilitatẽ ꝓpriam negligit: ut communẽ æquitatẽ custodiat. Tertio fortitudinem: quæ & in rebus bellicis excelsi animi magnitudine: & domi eminet: corporisq; præstat uiribus: Quarto temperãtiã: quæ modũ ordinẽq; seruat omnium: quæ uel agenda uel dicenda arbitramur.

¶Q; uirtutes quattuor principales: in patribus nostris non mediocriter sint cõsummatæ. Ca. XXV.

Hæc forsitan aliquis dicat primo loco poni oportuisse: quoniã ab his quattuor uirtutibus nascuntur officiorum genera. Sed hoc artis est: ut primo officium definiatur: postea certa in genera diuidatur. Nos autem artem fugimus: exempla maiorũ ꝓponimus: quæ neque obscuritatem afferunt ad intelligendum: neque ad tractandum uersutias. Sit igitur nobis uita maiorum disciplinæ speculum: non calliditatis commentariũ: imitandi reuerentia: non disputãdi astutia. Fuit igitur in sancto Abraam primo loco prudẽtia: de quo dicit scriptura: Credidit Abraam deo: & reputatum est illi ad iustitiã. Nemo enim prudẽs: qui deum nescit. Deniq; insipiens dixit: Quia non est deus. Nam sapiens nõ diceret. Quomodo enim sapiens: qui nõ requirit auctorem suum: qui dicit lapidi: Pater me⁹ es tu: qui dicit diabolo: ut Manichæus: Auctor meus es tu? Quomodo sapiens ut Arrian⁹ qui mauult imperfectũ auctorem habere atque degenere: q; uerum atq; perfectum? Quomodo sapiens: ut Marcion atque Eunomius: qui malũt deum malum q; bonũ habere? Quomodo sapiens: qui deum suum non timet? Initium enim sapientiæ timor domini. Et alibi habes: Sapientes nõ declinant de ore domini: sed tractãt in cõfessionibus suis. Simul quoq; dicendo scriptura: Reputatum est ei ad iustitia: alterius uirtutis gratiam ei detulit. Primũ igitur nostri definierunt prudentiam in ueri cõsistere cognitione. Quis enim illorum ante Abraam: Dauid: Salomonem? Deinde iustitiam spectare ad societatem generis humani. Denique Dauid ait: Dispersit dedit pauperibus: iustitia eius manet in æternum. Iustus miseretur: iustus cõmodat. Sapienti & iusto: totus mundus diuitiarum est. Iustus cõmunia pro suis habet: sua pro cõmunibus. Iustus seipsum prius q; alios accusat. Ille enim iustus: qui nec ibi peccat: & occulta sua latere nõ patitur. Vide q; iustus Abraam. In senectute suscepit filium per repromissionẽ: reposcenti domino negãdum ad sacrificium (quis non putauit. Aduerte hic omnes uirtutes quattuor: in uno facto. Fuit sapientia credere: nec filij gratiam anteferre auctoris præcepto. Fuit iustitiæ: acceptum dere. Fuit fortitudinis: appetitum ratione cohibere. Ducebat hostiam patrogabat filius: temptabatur affectus patrius: sed nõ uincebatur. Repetebat pellationem paternam: compungebat paterna uiscera: sed non minuebat nem. Accedit & quarta uirtus temperantia. Tenebat iustus & pietatis executionis ordinẽ. Deniq; dum sacrificio necessaria uehit: dum ignem filium ligat: dum gladium educit: hoc immolandi ordine meruit: ut filium ret. Quid sapiẽtius sancto Iacob: qui deũ uidit facie ad faciem: & meruit b

Gen. 15. Ps. 52. Eccl. 1.

nem: Quid iusti⁹ eo: qui ea quæ acquisierat oblatis munerib⁹ cū fratre diuisit: Quid fortius eo: qui cū deo luctatus est: Quid modestius eo: qui modestiā ita & locis & tēporibus deferebat: ut filiæ iniuriā mallet prætexere cōiugio q̄ uindicare: eo q̄ inter alienos positus amori potius cōsulendū: q̄ odia colligenda cēsebat. Noe q̄ sapiens: qui tantā fabricauit arcam: Q̄ iustus: qui ad semen omniū reseruatus: solus ex omnib⁹ & præteritæ generationis supstes est factus: & auctor futuræ: mūdo potius & uniuersis magis q̄ sibi nat⁹: Q̄ fortis: ut diluuiū uinceret: Q̄ tēperans: ut diluuiū toleraret: Et quando introiret: qua moderatione degeret: quando coruum: quādo columbā dimitteret: quando reciperet reuertentes: quādo exeundi oportunitatē captaret: agnosceret:

¶ Vt falsa ꝑ ueris usurpare caueamus: qd̄ est prudentiæ. Ca. XXVI.

Taq; tractant in ueri inuestigatione tenendum illud decorū: ut summo studio requiratur quid uerum sit: non falsa pro ueris ducere: non obscuris uera inuoluere: nō superfluis uel implexis atq; ambiguis occupare animū. Quid tam indecorum: q̄ ueneranda ligna: qd̄ ipsi faciunt: Quid tam obscurū: q̄ de astronomia & geometria tractare quod ꝑbant: & ꝑfundi aeris spacia metiri: cælum quoq; & mare numeris includere: relinquere causam salutis: erroris quærere: An non ille eruditus in omni sapientia ægyptiorū Moyses ꝑbauit ista: Sed illam sapientiā detrimentum & stulticiā iudicauit: & auersus ab ea: intimo deū quæsiuit affectu. Idcoq; uidit: interrogauit: audiuit loquētem. Quis magis sapiēs: q̄ ille quem docuit deus: qui omnē sapientiā ægyptiorum: omniūq; artium potētias operis sui uirtute uacuauit: Nō hic incognita ꝑ cognitis babebat: bisq; temere assentiebat: Quæ duo in hoc maxime naturali atq; bonesto loco uitanda dicūt: q̄ sibi nec cōtra naturā esse nec turpe iudicant saxa adorare: & a simulacris auxiliū petere: quæ nihil sentiant. Quanto igitur excellior uirtus est sapiēta: tanto magis enitendū esse arbitror nobis: ut assequi eam possimus. Itaq; ne quid contra naturā: ne quid turpe atq; indecorum sentiam⁹: duo hæc: id est: & tēpus & diligentiā ad considerationē rerum examinādi gratia cō ferre debemus. Nihil est em̄ magis quo homo cæteris animātibus præstet: q̄ ꝓ rationis est particeps: causas rerum requirit: generis sui auctorē inuestigandū putat: in cuius potestate uitæ necisq; nostræ potestas sit: qui mundum hunc suo nutu regat: cui sciamus rationē esse reddendam nostroꝝ actuum. Nihil est em̄ qd̄ magis ꝓficiat ad uitam honestā: q̄ ut credamus eum iudicē futurum: quē & occulta non fallant: & indecora offendāt: & honesta delectent. Omnib⁹ igitur hominib⁹ inest ſm naturā humanā uerum inuestigare: qd̄ ad studium cognitionis & scientiæ trahit: & inquirēdi infundit cupiditatem. In quo excellere omnibus pulebrū uidetur: sed paucorum est assequi: qui uoluēdo cogitationes: consilia examinādo: nō mediocrē impendunt laborem: ut ad illud beate honesteq; uiuēdum peruenire possint: atque operib⁹ ap⁹ propinquare. Nō em̄ qui dixerit: inquit: mihi domine dñe: intrabit in regnum cælorum: sed qui fecerit ea quæ dico. Nam studia scientiæ sine factis: haud scio an etiā inquinant magis q̄ adiuuent.

¶ Virtutes quattuor ita pplexæ sint: ut ab inuicē separari nequeāt. Ca. XXVII.

Primus igitur officij fons prudentia est. Quid em̄ tam plenū officij: q̄ deferre auctori studium atq; reuerentiā: Qui tamē fons & in uirtutes deriuatur cæteras. Neq; em̄ potest iustitia sine prudētia esse: cum examinare quid iustū: q̄ iniustū sit: nō mediocris prudentiæ sit. Summus in utroq; error. Qui em̄ iudicat iniustum: iniustū autē iustum: execrabilis erit apud deū. Vt quid abundat prudentiæ imprudens: Salomon ait: Neq; iterū prudentia sine iustitia est. Pietas [illegible]nitium intellectus. Quo aduertimus illud ab hui⁹ sæculi trāslatū magis q̄ [illegible]ētibus: quia pietas fundamētū est omniū uirtutū. Iustitiæ aūt pietas est [illegible]secūda in patriā: tertia in parētes: ītē in oēs: quæ & ipsa ſm naturæ est [illegible]. Siquidē ab ineunte ætate ubi primū sensus infundi cœperit: uitā amam⁹ [illegible]: patriā parētesq; diligim⁹. Deinde æquales quib⁹ sociari cupim⁹: Hinc

charitas nascit: quæ alios sibi præfert: nō quærens quæ sua sunt: in quib⁹ est principa
tus iusticiæ. Omnib⁹ quoq; animātibus innascit: primū salutē tuēri: cauere quæ no-
ceant: expetere quæ p̄sint: ut pastū: ut latibula quib⁹ se a periculis: imbrib⁹: sole defen
dant: qđ est prudētiæ. Succedit quoq; ut omniū genera animantiū: cōgregabilia na
tura sint. Primo generis sui ac formæ cōsortibus: tum etiā cæteris: ut uidem⁹ boues
armētis: equos gregibus: & maxime pares parib⁹ delectari. Ceruos quoq; ceruis: &
plærūq; hominib⁹ adiungi. Iam de procreandi studio & sobole: uel etiā generantiū qd
loquar amore: in quo est forma iusticiæ præcipua? Liquet igit̄ & bas & reliquas cog
natas sibi eē uirtutes. Siqdē & fortitudo quæ uel in bello tuet̄ a barbaris patriā: uel
domi defendit infirmos: uel a latronib⁹ socios: plena sit iusticiæ: & scire quo consilio
defendat atq; adiuuet: captare etiam tempo⁹: & loco⁹ oportunitates: prudētiæ ac
modestiæ sit. Et tēperantia ipsa sine prudētia modū scire nō possit: oportunitatē no
scere: & p̄m mēsurā reddere sit iusticiæ. Et in omnib⁹ istis magnanimitas necessaria
sit: & quædā fortitudo mētis: plærūq; & corporis: ut quis qđ uelit possit implere.
Primū qđ philosophi dicunt: et secundū iusticiæ munus apud nos excludit: tertiū
um uero a nostris mutuatum. Ca. XXVIII.

IVsticia igitur ad societatē generis humani: & ad cōmunitatē referē. Societa
tis em̄ ratio diuidit̄ in duas p̄tes: iusticiā & beneficentiā: quā candē liberalita
tem & benignitatē uocant. Iusticia mihi excellior uidet̄: liberalitas gratior.
Illa censurā tenet: illa bonitatē. Sed primū ipsum qđ putant philosophi iusticiæ mu
nus: apud nos excludit̄. Dicunt em̄ illi eam primā esse iusticiæ formā: ut nemini quis
noceat nisi lacessit⁹ iniuria. Qđ euāgelij auctoritate uacuat̄. Vult em̄ scriptura: ut sit
in nobis spirit⁹ filij hominis: qui uenit cōferre gratiā: nō inferre iniuriā. Deinde for
mā iusticiæ putauerūt: ut quis cōmunia: id est: publica p̄ publicis habeat: priuata p̄
suis. Nec hoc quidem p̄m naturā. Natura em̄ oia omnib⁹ in cōmune p̄fudit. Sic em̄
deus generari iussit omnia: ut pastus omnib⁹ cōmunis esset: & terra ergo foret om-
niū quædā cōmunis possessio. Natura igit̄ ius cōmune generauit: usurpatio ius fecit
priuatū. Quo in loco aiūt placuisse stoicis: quæ in terris gignant̄: omnia ad usus bo-
minū creari. Homines aūt hominū causa esse generatos: ut ipsi inter se alijs alij p̄desse
possint. Vnde hoc: nisi de nostris scripturis dicendū sumpserūt? Moyses em̄ scrip
sit: quia dixit de⁹: Faciamus hominē ad imaginē nostrā & p̄m similitudinē: & habeat Gen.1.
potestatē piscium maris: & uolatilium cæli: & pecorū: & omniū repentiū super terrā. Et
Dauid ait: Omnia subiecisti sub pedibus ei⁹: oues & boues uniuersas: insup & peco- Ps.8.
ra campi: uolucres cæli: & pisces maris. Ergo oia subiecta esse homini de nostris didi
cerūt: & ideo censent p̄pter hominē esse generata. Hominē quoq; hominis causa
generatū esse in libris Moysi reperim⁹: dicente dño: Nō est bonū esse hominē solū: Gen.2.
faciam⁹ ei adiutoriū simile sibi. Ad adiumentū ergo mulier data est uiro: quæ gene-
raret: ut homo homini adiumento foret. Deniq; anteq̄ mulier formaret̄: dictum est
de Adam: Nō est inuentus adiutor similis illi. Adiumentū em̄ homo nisi de homine
habere nō poterat. Ex omnib⁹ igit̄ animalib⁹ nullū animal simile: & ut absolute dica-
mus: nullus adiutor hominis inuētus est. Muliebris igit̄ sexus adiutor expectabat̄.
Ergo p̄m dei uolūtatē: uel naturæ copulā: inuitē nobis esse auxilio debemus: certo
re officijs: uelut in medio oēs utilitates ponere: & ut uerbo scripturæ utar: adiu-
tū ferre alter alteri: uel studio: uel officio: uel pecunia: uel operib⁹: uel quolibet
do: ut inter nos societatis augeat̄ gratia: nec quisq̄ ab officio uel periculi terror
uocet̄: sed omnia sua ducat: uel aduersa: uel p̄spera. Deniq; sanct⁹ Moyses p
lo patrū bella susc̄ipere grauia nō reformidauit: nec regis potētissimi trepid
ma: nec barbaricæ imanitatis expauit ferociā: sed abiecit salutē suā: ut plæb
tē redderet. Magn⁹ itaq; iusticiæ splēdor: quæ alijs pot⁹ nata q̄ sibi: cōtate
tatē nostrā adiuuat: excellitatē tenet: ut suo iudicio oia subiecta habeat: op
rat: pecuniā cōferat: officia nō abnuat: pericula susc̄ipiat aliena. Quis nō cupere
uirtutis arcem tenere: nisi prima auaricia infirmaret atq; inflecteret tātæ ui

gorē? Etē dū augere opes: aggerare pecunias: occupare terras possessionib⁹ cupi mus: præstare diuitijs: iusticiæ formā exuimus: beneficētiā cōmunē amittim⁹. Quō em̄ potest iustus esse: qui studet eripere alteri qđ sibi quærat? Potētiæ quoq; cupidi tas: formā iusticiæ uirilē effœminat. Quō em̄ potest ꝓ alijs interuenire: qui alios sibi subijcere conatur: & infirmo aduersus potentes opem ferre: qui ipse grauem liber tati affectat potentiam?

Iusticiam & fidem hostibus etiam exhibendam. Ca. XXIX.

Quanta autē iusticia sit: ex hoc intelligi potest: q̄ nec locis: nec psonis: nec tē poribus excipit: quæ etiā hostib⁹ referuat: ut si cōstitutus sit cū hoste: aut lo cus aut dies prælio: aduersus iusticiā putet: aut loco prævenire: aut tēpore. Interest em̄ utr̄; aliquis pugna aliqua & conflictu graui capiat: an supiore gratia: uel aliquo euentu. Siquidē uehemētiorib⁹ hostib⁹ & infidis: & his qui amplius læserint uehementior referē ultio: ut madianitis: qui p mulieres suas plærosq; peccare fece rāt ex plebe iudæor̄; unde & dei in populū patrū iracundia effusa est. Et ideo factū est: ut nullū Moyses uictor supesse pateret. Gabaonitas aūt qui fraude magis q̄ bello tēptauerant plebē patrū: nō expugnaret Iesus: sed cōditionis impositæ afficeret in-
4. Regl. 6. iuria. Syros uero Helisæus quos obsidētes in ciuitatē duxerat momentaria cæcita te pcussos: cū quo ingrederent uidere nō possent: uolēti regi israel pcutere nō acq escceret dicens: Nō pcuties quos nō captiuasti in lancea & in gladio tuo: pone eis pa nem & aquā ut manducēt & bibant: & remittant: & eant ad dominū suū: ut būani tate puocati gratiā repræsentarēt. Deniq; postea in terrā israel uenire piratæ syriæ destiterūt. Si ergo in bello iusticia ualet: quantomagis in pace seruanda est? Et hanc gratiā ꝓphēta his detulit: qui ad eū corripiendū uenerāt. Sic em̄ legimus: q̄ in obsi dionē eius miserat rex syriæ exercitū suū: cognito q̄ Helisæus esset: qui cōsilijs & ar gumentationibus eius obuiaret omnib⁹. Quē uidēs exercitū Gieçi seruus ꝓphētæ: de salutis periculo trepidare cœpit. Cui dixit ꝓphēta: Noli timere: q̄m plures nobi scum sunt: q̄ cū illis. Et rogante ꝓphēta ut aperirent oculi seruo suo: aperti sunt. Vi dit itaq; Gieçi totū mōtē equis repletū & curribus in circuitu Helisæi. Quib⁹ descen dentibus: ait ꝓphēta: Percutiat dn̄s cæcitate exercitū syriæ. Quo impetrato: dixit ad syros: Venite post me: & ducā uos ad hominē quē quæritis. Et uiderunt Helisæū quē corripere gestiebant: & uidētes tenere nō poterāt. Liquet igit̄ etiā in bello fidē & iusticiā seruari oportere: nec illud decorū esse posse: si uiolet fides. Deniq; etiam aduersarios molli ueteres appellatione nominabant: ut pegrinos uocarent. Hostes em̄ antiquo ritu peregrini dicebant. Qđ æque etiā ipsū de nostris assumptū dicere possum⁹. Aduersarios em̄ suos hebræi allophilos: hoc est: alienigenas: latino appel
gis. 4. labant uocabulo. Deniq; in libro regnorū primo sic legimus: Et factum est in diebus illis: cōuenerūt alienigenæ in pugnā ad israel. Fundamentū ergo est iusticiæ fides. Iustorum em̄ corda meditant fidem: & qui se iustus accusat: iusticiā supra fidem col locat. Nam tunc iusticia ei⁹ apparet: si uera fateat. Deniq; & domin⁹ p Esaiam: Ecce inquit mitto lapidē in fundamentū syon: id est christū in fundamētū ecclesiæ. Fides em̄ omniū christus. Ecclesia autē quædā forma iusticiæ est: cōmune ius omniū. In cō mune orat: in cōmune operat: in cōmune tēptat. Deniq; qui seipsum sibi abnegat: e iustus: ipse dignus christo est. Ideo & Paulus fundamētum posuit christum: ut cum opera iusticiæ locaremus: quia fides fundamētū est: In operibus autē aut iniquitas: aut bonis iusticia est.

beneficentia. Ca. XXX.

Ed iam de beneficētia loquamur: quæ diuidit̄ etiā ipsa in beniuolentiā & li ertatē. Ex his igit̄ duab⁹ constat beneficētia: ut sit pfecta. Nō em̄ satis est bñ elle: sed etiā bñfacere. Nec satis est ite; bñfacere: nisi id ex bono fōte: hoc ona uolūtate pficiscat. Hilarē em̄ datorē diligit de⁹. Nā si iuit⁹ facias: quæ ti et ēē? Vñ Apls generaliter inqt: Si uolēs hoc ago: mercedē habeo: si inuit⁹: di ihi credita ē. In euāgelio quoq; mīstas disciplinas accepim⁹ iustæ liberalita

tis. Pulchrū ē igit̄ bñ uelle: & eo largiri cōsilio: ut ꝓsis: nō ut noceas. Nā si luxurioso ad luxuriæ effusionē: adultero ad mercedē adulterij largiēdū putes: nō ē bñficēria ista ubi nulla ē beniuolēcia. Officere em̄ istud ē: nō ꝓdesse alteri: si largiaris ei q cōspiret aduersus patriā: qui cōgregare cupiat tuo sumptu ꝓditos: qui ꝑpugnent ecclesiā. Nō est hæc ꝓbabilis liberalitas: si adiuues eū qui aduersus uiduam & pupillos grauidecernit iurgio: aut ut aliqua possessiones eoꝝ eripere conat̄. Nō ꝓbatur largitas: si qđ alteri largit̄: alteri quis extorqueat: si iniuste quærat: & iuste dispensandū putet: nisi forte: ut ille Zachæus: reddas quadruplū prius ei quē fraudaueris: & gēnilitatis uitia fidei studio & credētis operatione cōpenses. Fundamentū igit̄ habeat liberalitas tua. Hoc primū quærit̄: ut cū fide cōferas: fraudem nō facias oblatis: ne dicas te plus cōferre & minus cōferas. Quid em̄ opus est dicere: Fraus ꝓmissi est: in tua potestate est largiri qđ uelis. Fraus fundamentū soluit: & opus corruit. Nūquid Petrus Act. 5.
ita indignatiōe efferbuit: ut Ananiā extingui uellet: uel uxorē ei⁹: Sed exēplo eorum noluit perire cæteros. Nec illa pfecta est liberalitas: si iactantiæ causa magis q̄ misericordiæ largiaris. Affect⁹ tuus nomen imponit opi tuo. Quō a te ꝓficiscit̄: sic æstimat̄. Vides q̄ moralē iudicē habeas? Te consulat: quō opus tuū suscipiat: mentē tuā pri⁹ interrogat. Nesciat inq̄ sinistra tua qđ faciat dextera tua. Nō de corpore loq̄t: Matth. 6.
sed etiā unanim⁹ tu⁹ frater tu⁹ qđ facis nesciat: nedū hic mercedē quæris iactātiæ: illic remunerationis fructū amittas. Perfecta aūt est liberalitas: ubi silētio qs tegit op⁹ suū: & necessitatibus singulorū occulte subuenit: quē laudat os pauperis: & nō labia sua.

Deinde pfecta liberalitas fide: causa: loco: tepore cōmēdat̄: ut primū operis circa domesticos fidei. Grandis culpa: si sciēte te fidelis ægeat: si scias eū sine sumptu esse: fame laborare: erumnā ꝓpeti: qui præsertim ægere erubescat: si in causā ceciderit: aut captiuitatis suoꝝ: aut calūniæ: & non adiuues: si sit in carcere: & pœnis & supplicijs ꝓpter debitū aliqđ iustus excruciet̄. Nā & si oibus debet̄ misericordia: tñ iusto ampli⁹: si tēpore afflictionis suæ nihil a te impetret: si tēpore piculi quo rapiāt ad mortē: plus apud te peccata tua ualeat: q̄ uita moriturī. De quo pulchre Iob dixit: Bñdictio pituri in me ueniebat. Persona⁊ quidē de⁹ acceptor nō est: qa nouit oia. Nos au- Iob. 29.
tē oibus quidē debem⁹ misericordiā. Sed qa plærique fraude eā quærūt: & fingūt erūnā: ideo ubi causa manifestat̄: ꝑsona cognoscit̄: tēpus urget: largi⁹ se debet ꝓfūdere misericordia. Nō em̄ auar⁹ dñs est: ut plurimū quærat. Beat⁹ qđē q dimittit oia: & sequit̄ eū: Sed & ille beat⁹ ē: qui qđ habet ex affectu facit. Deniq; duo æra uiduæ illi⁹ Luc. 21.
diuitū munerib⁹ prætulit: qa totū illa qđ habuit cōtulit. Illi aūt ex abūdātia partē exiguā cōtulerunt. Affect⁹ igit̄ diuitē collatione aut pauperē facit: & preciū rebus iponit. Cæteꝝ deus nō uult timul effundi opes: sed dispēsari: nisi forte ut Helisæ⁹ q bo- 3. Reg.
ues suos occidit: & pauit paupes ex eo qđ habuit: ut nulla cura teneret̄ domestica: sed relictis oibus in disciplinā se ꝓphetică daret. Est etiā illa ꝓbanda liberalitas: ut ꝓximos feminis tui nō despicias: si egere cognoscas. Melius est em̄ ut ipse subueniat tuis: quib⁹ pudor est ab alijs sumptū deposcere: aut alicui postulare subsidiū necessitatis: nō tñ ut illi ditiores eo fieri uelint: qđ tu posses cōferre inopibus. Causa em̄ præstat: nō gratia. Neq; em̄ ꝓpterea te dño dicas: ut tuos diuites facias: sed ut uitā tibi ꝓpetuā fructu boni operis acqras: & ꝑcio miserationis pctā redimas tua. Putāt se ꝓrum poscere: ꝑciū tuū quærūt: uitæ tuæ fructū adimere cōtendūt. Et accusat q̄ e diuitē nō feceris: cū te ille uelit æternæ uitæ fraudare mercede. Cōsiliū præmisimꝰ auctoritatē petamus. Primū igit̄ neminē debet pudere: si ex diuite paup factus: dū pauperi: qa christus paup factus est cū diues esset: ut nos sua inopia ditaret. Deg̃ gulam quā sequamur: ut bona ratio sit exinaniti patrimonij: si quis pauperū fa reppulit inopiā subleuauit. Vnde & cōsiliū in hoc do: Apostol⁹ dicit. Hoc em̄ utile ē: ut christū imitemur. Cōsiliū bonis datur: correptio errantes coercet. ꝗ bonis dicit: Qui nō tm̄ facere sed & uelle cœpistis ab anno præterito. Perf utrūq; est nō pars. Itaq; docet: & liberalitatē sine beniuolētia: & beniuolētiā liberalitate nō eē pfectā. Vñ ad pfectā hortat̄ dicēs: Nūc ergo & facere cōsum

quẽ admodũ ꝓmpta est in uobis uolũtas faciẽdi: ita sit & pficiẽdi ex eo qd̃ habetis. Si
em̃ uolũtas ꝓmpta est: fm id qd̃ habet accepta est: nõ fm id qd̃ nõ habet. Nõ em̃ ut
aljs refectio sit: uobis aũt angustia: sed ex æq̃litate in hoc tẽpore uestra abũdantia sit
ad illorũ inopiã: ut & illorũ abundãtia sit ad uestrã inopiã: ut fiat æqualitas: sicut scri-
2.Cor.8. ptum est: Qui multũ: nõ abundauit: & qui modicũ nõ minorauit. Aduertimus quẽ-
sua. Si figura rata obseruātia: quāta in ueritate? ¶ Discę sacerdos atq; leuita: qd sit lauare uestimēta tua: ut mundū corpꝰ celebrādis exhibeas sacramētis. Si ppls sine ablutione uestimentoꝝ suoꝝ ꝓhibebat accedere ad hostiā suā: tu illotꝰ mente pariter & corpore: audes ꝑ alijs supplicare: audes ꝑ alijs ministrare? Nō mediocre officiū leuitaꝝ: de quibꝰ dñs dicit: Ecce eligo leuitas de medio filiorū israel ꝑ oī primogenito aperiente uuluā i filijs israel: redemptiōes eorū erūt ist̄: & erūt mihi leuitæ. Mihi em̄ sanctificauī primogenitū in terra ægypti. Cognouimus: qa nō inter cæteros leuitæ cōputant̄: sed oibus præferunt̄: q eligunt̄ ex oibus: & sanctificant̄: ut primogenita fructuū atq; primitiæ quæ dño deputant̄: in quibꝰ est uotorū solutio: & redeptio pctoꝝ. Nō accipies inqt eos unt̄ filios israel: & cōstitues leuitas sup tabernaculū testimonij: & sup oīa uasa eiꝰ astare: & sup quæcūq; sunt in ipso. Ipsi tollāt tabernaculū: & oīa uasa eiꝰ: & ipsi ministrēt in eo: & in circuitu tabernaculi castra ipsi cōstituāt: & ꝓmouēdo: tabernaculū ipsi deponāt leuitæ: & cōstituēdo castra: rursū ipsum tabernaculū ipsi statuāt. Alienigena quicūq; accesserit: morte moriat̄. Tu ergo electus ex oī numero filioꝝ israel: inter sacros fructꝰ q̄s primogenitꝰ estimatꝰ: præpositꝰ tabernaculo: ut prætedas in castris sctitatis & fidei: ad quæ si alienigena accesserit morte moriet̄: positꝰ ut operias arcā testamēti. Nō em̄ oēs uidēt alta mysteriorū: qa operiunt̄ a leuitis: ne uideāt qui uidere nō debēt: & sumāt q seruare nō pōt. Moyses denīq; ex circūcisione uidit spiritalē: sed oprit eā ut i signo circūcisionē præscriberet. Vidit & anima sinceritatis & ueritatis: uidit passionē dñi: operuit açymis corpalibꝰ açyma uitatis: operuit passionē dñi: agni uel uituli imolatiōe: & boni leuitæ seruauerūt mysteriū fidei suæ sub hoc tegmine: & tu mediocre putas: qđ cōmissū ē tibi. Primū ut alienū uideas: quod est sapiētiæ: deinde ut excubias ꝑ pplo deferas: qđ est iusticiæ: tertia defendas: tabernaculāq; tueāris: qđ est fortitudinis: ipsum cōtinēre: ac solū præstet: qđ ē tēperātiæ. ¶ Hæc uirtutū genera principalia: cōstituerūt etiā hi q̄ sunt: sed cōitatis superiorē ordinē quā sapiētiæ iudicauerūt: cū sapiētia fundasti: iusticia ꝙ: qđ manere nō pōt nisi fūdamētū habeat. Fundamētū aūt

Matth. 17.
1. Tim. 6. 3.

Eccl.1. Prima ergo fides: quæ est sapiētiæ: ut Salomon dicit: secut⁹ patrē: Initiū sapientiæ ti-
Deut.6. mor dñi. Et lex dicit: Diliges dñm deū tuum: diliges ꝓximū tuū. Pulchrū est igitur:
ut gratiā tuā atq; officia in societatē humani generis cōferas. Sed primū illud decorū est: ut qđ habes ꝓciosissimū: hoc est: mentē tuā (qua nihil habes præstāti⁹) deo deputes. Cū solueris auctori debitū: licet ut opera tua in beneficentiā & adiumēta hominū cōferas: atq; opē feras necessitatibus: aut pecuniā: aut officio: aut etiā quocūq; munere: qđ late patet in uestro ministerio: Pecuniā: ut subueniās: debito obligatū liberes. Officio: ut seruāda suscipias: quæ metuit amittere: q deponēda credidit. Officiū est igit̄ depositū seruare ac reddere. Sed interdū cōmutatio fit: aut tēpore: aut
Matth.14. necessitate: ut ñ sit officiū reddere qđ acceperis: Vt si quis cōtra patriā opem barba-
Judic.11. ris ferens pecuniā apertus hostis reposcat: aut ficuī reddas cū adsit qui extorqueat: si furenti restituas cū seruare nō queat: si insanienti gladiū depositū nō neges quo se ille interimat: nōne soluisse cōtra officiū est? Si furto quæsita sciens suscipias: ut fraudē qui amiserat: nōne contra officiū est? Est etiā cōtra officiū nōnunq; soluere ꝓmissum: sacramentū custodire: ut Herodes: qui iurauit qñ quicqd petitus esset daret filiæ Herodiadis: & necē Iohannis præstitit: ne ꝓmissū negaret. Nā de lepte qd dicā: qui immolauit filiā suā: quæ sibi uictori prima occurrerat: quo uotum impleret qđ spoponderat: ut qcqd sibi primū occurrisset offerret deo. Melius fuerat nihil tale ꝓmittere: q̄ ꝓmissū parricidio soluere. Hæc quāti cōsilij sit ꝓspicere: nō ignoratis. Et ideo eligatur leuitas: qui sacrarū custodiat: ne fallatur consilio: ne fidē deferat: ne mortē timeat: ne quid intēperantius gerat: ut specie ipsa grauitatē præferat: nec solū animū: sed etiā oculos cōtinentes habere quē deceat: ne uel ipse frontē sobrietatis fortuit⁹
Matth.5. uiolet occursus: Qui qui uiderit mulierē ad cōcupiscēdū eā: adulterauit eam in corde suo. Ita adulterij nō solū facti colluuione: sed etiā aspectus intētione cōmittitur. Magna hæc uident̄ ac nimis seuera: sed in magno munere nō superflua: qñ tāta est le-
Deut.33. uitarum gratia: ut de his Moyses in benedictionib⁹ diceret: Date Leui ueros ei⁹: date Leui manifestos eius: date Leui sortē suffragij sui: & ueritates ei⁹ uiro sancto: quē tēptauerūt in tēptationib⁹: maledixerūt sup aquā cōtradictionis: Qui dicit patri suo & mri suæ: nō noui te: & fres suos nō cognouit: & filios suos abdicauit: hic custodiat uerba tua: & testamentū tuū obseruabit. Illi ergo ueri ei⁹ & manifesti ei⁹: qui nihil in corde doli habeāt: nihil fraudis occultent: sed uerba ei⁹ custodiāt: & in corde suo cōferant: sicut cōferebat & Maria: qui suos parētes officio suo nō mouerint præferendos: qui uiolatores oderint castitatis: pudicitiæ ulciscant̄ iniuriā: nouerint officiorū tēpora: qđ mai⁹: qđ minus sit: qđ cuiq; aptū sit tēpori: & ut id solū sequant̄ qđ honestū est. Sane ubi duo honesta: id qđ honesti⁹ est: præponēdū putent. Hi iure benedicti. Si quis ergo manifestet iusticias dei & incensum ponat: benedic dñe uirtutem ipsius: opera manuū eius suscipe: ut gratiam ꝓphēticæ benedictionis inueniat apud eum qui uiuit & regnat in sæcula sæculorum Amen.

Sancti Ambrosij episcopi Liber officiorū primus explicit.

Sequitur Annotatio capitulorum Libri secundi eiusdem.

Honestate uitam acquiri beatam. Ca. I.
Beatitudinē multis & diuersis modis philosophos estimasse: sed iuxta nostros in co
nitione diuina solūmodo & bonis operibus constare. Ca. II.
Quia philosophos apud nos argumenta uanescere: qui aut in sola re: sciētia: aut
uoluptate: aut cōmoditate corporis & externa beatitudinē cōstituere. Ca. III.
Beatitudinē doloribus & necessitatib⁹ adipisci: exēpla de patribus. Ca. IIII.
Quæ putant̄ bona plærūq; impedimento esse ad beatā & æternam uitā: & quæ ma
la: materias quasdam esse uirtutū & æternarum beatitudinū. Ca. V.
Utili nō questuoso illos: sed iusto & honesto. Ca. VI.
Amicitiē præcipue fide & dilectiōe & æqtate metiēdā: exēpla de Dauid & Moyse:
Dauid maxie diligebant̄ a ꝓpīis: qa ꝓ ipsis sese obiectarēt periculis. Ca. VII.

Cōsilia plurimū ad cōciliationē ualere alioꝝ: qđ claruit in Salomone. Ca. VIII.
Virtutes oēs indiuiduas sed opinione uulgi seiūctas: nec tū apud ipsū uulgus alterā sine altera cōprobari: nō solū a phis: sed plus etiā intimat a nostris. Ca. IX.
Mystica interpretatio sup Salomone & regina Saba. Ca. X.
Q̄ a phis uiris cōsilium sit requirendū: exempla de patribus. Ca. XI.
Improbos homines licet prudētes uideantur fugiendos. Ca. XII.
Sapientiā uitiosos homines sibi uendicare nō debere: quippe quæ nullum consortium cū uitijs potest habere. Ca. XIII.
Q̄ prudentia omnib⁹ uirtutibus sit associa: maxime in cupiditate calcāda. Ca. XIIII.
De liberalitate q̄ ū solū facultatū dispsiōe sed & beniuolētia cōstat & cōsilio. Ca. XV.
De sobrietate quæ & temperātia in liberalitate seruāda: exemplū de Ioseph & eius prudētissimo per interpretationē somnij consilio. Ca. XVI.
Aequalis meriti uiro cōsiliū sit requirēdū: Introducunt Paulus & Ioseph. Ca. XVII.
Q̄ mali consiliarij sæpe fiant in ruinam: Introducitur Roboam cōsilio iuuenum deceptus. Ca. XVIII.
Iustitia & beniuolentia & affabilitate nō facata plurimos posse cōciliari. Ca. XIX.
Ad cōmēdatiōes boim plurimū ualere si phatis adhæreāt: exēpla de pīb⁹. & dispares etiā ætate: uitæ delectari similitudine: exēplū ponit de Petro & Iohāne. Ca. XX.
De laude miserationis & hospitalitatis: & malo ꝓductōis & iamis fauoris: & hoc maxie in sacerdotib⁹ reprehendit qui oia ornate & ordinate agere debent. Ca. XXI.
De modo inter remissionē & seuēritatē conseruando: & ꝙ simulata remissio grauiores aliq̄ādo causas adoriat: exemplū de Absalon. Ca. XXII.
Q̄ pecunia redempti non diu fidem custodiant: quia quos semel pecunia redemeris: semp se remissione & adulatione putāt redimendos. Ca. XXIII.
Bonis tantū actibus ad honores nitendū: maxime ecclesiasticos: nec inferiores ordines simulatis uirtutibus episcopo derogare: nec itē episcopum clero esse inuidum: sed iustū in omnib⁹ maxime in iudicando. Ca. XXIIII.
Fauores & bōficia plus pauperib⁹ q̄ diuitib⁹ eroganda: qa de eo ꝙ diues forte dedignat paup maximā tibi habet gratiā: & ꝙ bōficia nō sola pecunia fiāt. Ca. XXV.
De malo auaritiæ: exempla de Balaam: & Acham: & Dalila. Ca. XXVI.
De benignitate: & ꝙ excōmunicatio tardius sit exerenda. XXVII.
De bono cōpassionis: & ꝙ sacris ecclesiarum thesauris nō sit parcendū tempore necessitatis: Exempli causa inducit Laurētius: & ipse Ambrosius. Ca. XXVIII.
Depositā uiduaꝝ: imo omniū fidelium in ecclesia cū sui etiā periculo cōseruāda: exemplū de Onia & Heliodoro: & seipso: & Ticinēsi episcopo. Ca. XXIX.
Qui fugiendi: & qui sint in bono celandi. Ca. XXX.

Finis.

Sancti Ambrosij episcopi officioꝝ Liber secūdus incipit.

Honestate uitam aequin beatam. Ca. I.

Superiore libro de officijs tractauimus: quæ conuenire honestati arbitrabamur: in qua uitā beatā positā esse mime dubitabam⁹: quā scriptura appellat uitā æternā. Tant⁹ em̄ splendor honestatis est: ut uitā beatā efficiat: trāquillitas cōsciētiæ: & securitas innocētiæ. Et ideo sicut exort⁹ sol: lunæ globū & cætera stellaꝝ abscondit lumina: ita fulgor honestatis: ubi uero & incorrupto uibrat decore: cætera quæ p[ro]tant bona fm uoluptatē corporis: aut fm sæculū clara & illustria: obumbrat. Beat[us] plane: quæ nō alienis estimat iudicijs: sed domesticis percipit sensibus: tanq̄ sui [iu]dex. Neq; em̄ populares opiniones p mercede aliqua requirit: neq; p supplicio ponit. Itaq; quo minus sequitur gloriā: eo magis sup eam eminet. Nam qui gloriam [re]quirunt: his tam merces præsentium: umbra futurorū est: quæ impediat uitā æter[nam]: qđ in euāgelio scriptū est: Amen dico uobis: receperūt mercedē suā: de his scri[ptum]

uelut tuba canẽdo uulgare liberalitatẽ suã quã faciũt circa pauperes: gestiũt. Similiẽ & de iciunio qđ ostẽtatiõis causa faciũt: Habent inqt mercedẽ suã. Honestatis igit̃ est uel misericordiã facere uel iciuniũ deferre in abscõdito: ut mercedẽ uideariſ a ſolo deo tuo quærere: nõ etiã ab hoĩbus. Nã qui ab hoĩb⁹ quærit: habet mercedẽ suã: qui autẽ a deo: habet uitã æternã: quã præstare nõ põt nisi auctor æternitatis: sicut il
Luc. 23. lud est: Amen dico tibi: hodie mecũ eris in paradiſo. Vnde expreſſius ſcriptura uitã æternam appellauit eam quæ sic sit beata: ut nõ hominũ opinionibus æſtimanda relinqueretur: ſed diuino iudicio cõmitteretur.

Beatitudinem multis & diuersis modis philoſophos estimasse: ſed iuxta noſtros in cognitione diuina ſolũmodo & bonis operib⁹ constare. Ca. II.

ITaq; philoſophi: beatã uitã: alij in nõ dolendo posuerũt: ut Hieronym⁹: Alij in reꝝ scięntia: ut Herillus: q audiens ab Aristotele & Theophraſto mirabiliter laudatã esse reꝝ scientiã: ſolã eã quasi summũ bonũ posuit: cũ illi eã quaſi bonũ: nõ quaſi ſolũ bonũ laudauerint. Alij uoluptatẽ dixerũt: ut Epicur⁹. Alij ut Callipho: & post eũ Diodor⁹: ita interptati sunt: ut alter ad uoluptatẽ: alter ad uacuitatẽ doloris: consortiũ honeſtatis adiungerent: q̃ ſine ea nõ possit esse beata uita. Zenon stoic⁹: ſolũ & summũ bonũ qđ honeſtũ est. Aristoteles aũt & Theophraſtus & cæteri peripatetici: in uirtute quidẽ: hoc est: in honeſtate uitã beatã esse: ſed cõpleri eius beatitudinẽ etiã corporis uoluptatib⁹ atq; externis bonis asseruerũt. Scriptura autẽ diuina: uitã beatã in cognitione posuit diuinitatis: & fructu bonæ operationis. Deniq; utriuſq; assertionis euãgelicũ ſuppetit teſtimoniũ. Nã & de scientia ita dicit
Joh. 17. dñs Ieſus: Hæc est aũt uita æterna: ut cognoscãt te ſolũ uerũ deum: & quẽ miſisti le-
Matth. 19. sum christũ. Et de operib⁹ ita reſpõdit: Omnis qui reliquerit domũ: uel fratres: aut ſorores: aut patrẽ: aut matrẽ: aut uxorem: aut filios: aut agros ꝓpter nomẽ meũ: centuplũ accipiet: & uitã æternã possidebit. Sed ne estimeẽ hoc recens esse: & prius tractatum a philoſophis: q̃ in euangelio prædicatum: anteriores euangelio philoſophi: id est: Aristoteles: & Theophraſtus uel Zenon atq; Hieronym⁹: ſed posteriores ꝓphetis: accipiant: q̃ longe anteq̃ philoſophoꝝ nomẽ audiret: p os ſancti Dauid
Ps. 93. utrũq; apte uideaẽ exposũ. Scriptũ est em̃: Beat⁹ bõ quẽ tu erudieris dñe: & de lege
Ps. 111. tua docueris eũ. Habem⁹ & alibi: Beat⁹ uir qui timet dñm: in mãdatis eius cupiet nimis. Docuim⁹ de cognitione: cui⁹ præmiũ æternitatis fructũ esse cõmemorauit: adijciens ꝓphetã: quæ sint in domo sui⁹ timẽtis dñm: uel eruditi in lege: & cupientis in
Ibidem. mandatis diuinis: Gloria inqt & diuitiæ in domo ei⁹: & iuſtitia eius manet in ſæculũ ſæculi. De operib⁹ quoq; in eodẽ pſalmo ſubiunxit uitæ æternæ ſuppetere præmiũ uiro iuſto. Deniq; ait: Beat⁹ uir qui miſereẽ & cõmodat: diſponet ſermones ſuos in iudicio: quia in ſæculũ nõ cõmouebit. In memoria æterna erit iuſt⁹. Et infra: Diſperſit dedit pauperib⁹: iuſtitia eius manet in æternũ. Habet ergo uitã æternã fides: qa fundamentũ est bonũ. Habẽt & bona facta: qa uir iuſtus & dictis & reb⁹ pbat̃. Nã & ſi exercitat⁹ ſit in ſermonib⁹: & deſidioſus in operib⁹: prudentiã ſuã factis repellit. Et grau⁹ est ſcire qd facias: nec feciſſe qđ faciendũ cognoueris. Contra quoq; ſtrenuũ esse in operib⁹: affectu infidum: ita est ac ſi uitioſo fundamẽto pulchra culminũ uelis eleuare faſtigia: qđ quo plus ſtruxeris: pl⁹ corruit: qa ſine munimẽto fides: bona opa non possunt manere. Infida ſtatio in portu nauẽ ꝓforat: & arenoſum ſolũ citõ cedit: nec põt impositæ ædificationis ſuſtinere onera. Ibi ergo plenitudo præmij: ubi uirtutũ pfectio: & quædã in factis atq; dictis æqualitas est ſobrietatis.

Omnia philoſophorũ apud nos argumẽta uanescere: qui aut in ſola reꝝ scientia: aut uoluptate: aut cõmoditate corporis & externa beatitudinẽ cõſtituere. Ca. III.

QVoniã ſola rerũ scientia exploſa est: uel quaſi inanis fm philoſophiæ diſputationes ſupfluas: uel quaſi ſemipfecta ſententia: cõſideremus q̃ eodem de eo diuina ſcriptura abloluat ſententiã: de quo tam multiplices & implicatq; cõfuſas uidemus esse quæſtiones philoſophiæ. Nihil em̃ bonũ ſcriptura niſi honeſtũ aſſerit: uirtutẽq; in omni rerũ ſtatu beatam iudicat: quæ neq; augeaẽ bo

nis corporis: uel externis: neq; minuat aduersis: nihilq; beatū: nisi qđ a peccato alienū sit: plenū innocētiæ plenū gratiæ dei. Scriptum est em̄: Beatus uir qui nō abiit in cōsilio impiorū: & in uia peccatorū nō stetit: & in cathedra pestilentiæ nō sedit: sed in lege dñi fuit uoluntas eius. Et alibi: Beati immaculati in uia: qui ambulāt in lege domini. Innocētia igitur & sanctia: beatū faciūt. Bonæ quoq; operationis mercedē esse beatitudinē uitæ æternæ: superi⁹ aduertimus. ¶ Restat igit̄: ut spreto patrocinio uoluptatis: aut doloris metu (quoꝝ alterum quasi infractum & molliculū: alterum quasi euitatū & infirmū despuit) in ipsis doloribus uitā beatam emittere demonstrem. Qđ facile doceri pōt: cū legerimus: Beati estis: cū uobis maledixēt & psequēt̄: & dicent omne malū aduersum uos: mentientes ꝓpter iusticiam. Gaudete & exultate: qm̄ merces uestra copiosa est in cælo. Sic em̄ persecuti sunt & ꝓphetas ante uos. Et alibi: Qui uult uenire post me: abneget semetipsum: & tollat crucē suā & sequat̄ me. Matth. 5. Matth. 16.

¶ Beatitudinē doloribus & necessitatibus adipisci: exēpla de patribus. Ca. IIII.

ESt ergo beatitudo & in doloribus: quos plena suauitatis uirtus cōprimit & coercet: ipsa sibi domesticis opibus abundans: uel ad cōscientiā: uel ad gratiam. Neq; em̄ parum beat⁹ Moyses: cum ægyptiorū uallatus populis: & mari clausus: p fluctus sibi & populo patrū: pedestrē uiam pijs meritis inuenisset. Quando aūt fortior q̄ tunc erat Moyses: cū extremis circūuent⁹ periculis: nō desperabat salutē: sed exigebat triumphū? Quid Aaron: quādo se beatiorē credidit: q̄ tunc qñ medius stetit inter uiuos ac mortuos: & obiectu sui statuit mortē: ne ad uiuorū transiret agmina a cadaueribus mortuorū? Quid de puero Daniele loquar: q tam sapiēs erat: ut inter leones fame exasperatos: nulla bestialis sæuiciæ formidine frangeret: Ita alienus a metu ut posset epulari: nec uereretur ne ad pastū exemplo sui feras ꝓuocaret? Est ergo & in dolore uirtus: quæ sibi bonæ suauitatē exhibeat cōscientiæ: & ideo iudicio est: q̄ nō minuat dolor uirtutis uoluptatem. Sicut ergo nulla uirtuti decessio beatitudinis p dolorē: ita etiā nulla accessio per uoluptatē corporis: aut cōmodorū gratia. De quibus pulchre Apostol⁹ ait: Quæ mihi lucra fuerūt: hæc duxi ꝓpter christū detrimenta esse. Et addidit: Propter quē oia duxi dāna: & estimo ut stercora: ut christū lucrifaciā. Denicq; Moyses damnū suum credidit thesauros esse ægyptiorū: & opprobriū dominicæ crucis prætulit: nec tunc diues cū abūdaret pecunia: nec postea pauper cū egeret alimēto: nisi forte tūc alicui min⁹ beatus uideretur fuisse: cū in deserto quotidiana alimonia sibi & populo suo deforet. Sed qđ sūmi boni ac beatitudinis nemo negare audeat: māna est: hoc est: panis angelorū ministrabatur e cælo: carnes quoq; quotidiana pluuia totus plæbis epulis redundabāt. Heliæ quoq; sancto panis ad uictum deerat: si quæreret: sed nō uidebat̄ deesse: quia nō quærebat̄. Itaq; diurno coruorū obsequio: mane panis: caro ad uesperā deferebat̄. Nūquid ideo minus beat⁹: quia pauper erat sibi? Minime. Immo eo magis beat⁹: qa deo diues. Alijs em̄ q̄ sibi diuitem esse præstat: ut iste eratiqui tēpore famis cibū a uidua petebat: largiturus ei ut hydria farinæ p triennū & sex mēses nō deficeret: & p quotidianos usus olei uas uiduæ inopi sufficeret ac ministraret. Merito ibi uolebat Petrus esse: ubi istos uidebat. Merito in mōte cū christo in gloria apparuerūt: qa & ipse paup factus est: cū diues esset. Nullū ergo adminiculū præstāt diuitiæ ad uitā beatā. Qđ euidēter dñs in euāgelio demōstrauit dicēs: Beati pauperes: qm̄ uestrū est regnū dei. Beati qui nunc esuriunt & sitiunt iusticiā: quia ipsi saturabūtur. Beati qui nunc fletis: quia ridebitis. Itaq; pauptatē: famē: dolorē: quæ putant̄ mala: nō solū impedimento nō esse ad uitā beatā: sed etiā adiumēto: euidētissime ꝓnūciatū est. Matth. 5.

¶ Quæ putant̄ bona plærūq; impedimēto esse ad beatā & æternā uitā: & quæ mala: māterias qualdā esse uirtutū & æternarū beatitudinū. Ca. V.

SEd & illa quæ uident̄ bona: diuitias: satietatē: lætitiā: expertē doloris: detrimento esse ad fructum beatitudinis: dñico declaratū iudicio liquet: cū dicit: Væ uobis diuitibus: qui habetis consolationē uestrā: Væ uobis qui saturati estis: quia esurietis. Et illis qui rident: quia lugebunt. Sic ergo nō solū adminiculo

ſunt ad uitā beatā: corporis aut externa bona: ſed etiā diſpēdio ſunt. Inde ēm beatus
3.Reg.21. Nabuthe etiā cum lapidaretᵉ a diuite: qa pauper & infirmus aduerſus opes regias ſo
lo erat affectu & religione diues: ut pecunia regali nō cōmutaret paternæ uineæ hæ
reditatē: eoq; perfectus: quia ſanguine ꝓprio defenderet iura maiorū ſuorum. Inde
quoq; miſer Achab ſuo iudicio: qui pauperem necari fecerat: ut eiᵒ poſſideret uine-
am. Certū eſt: ſolum & ſummū bonū eſſe uirtutē: eāq; abūdare ſolum ad uitæ fructū
beatæ: nec externis aut corporis bonis: ſed uirtute ſola uitā præſtari beatam: ꝑ quā
uita æterna acquiritur. Vita ēm beata fructus præſentiū: uita aūt æterna ſpes futuro
rum eſt. Et ſunt tamē qui in hoc corpore tam infirmo: tā fragili: impoſſibilē uitam be
atam putāt: in quo neceſſe eſt angi: dolere: deplorare: ægreſcere: quaſi uero ego in
corporis exultatione dicā uitam beatā cōſiſtere: & nō in altitudine ſapientiæ: ſuaui-
tate cōſcientiæ: uirtutis ſublimitate. Nō ēm in paſſione eſſe: ſed uictorē eſſe paſſiōis
beatū eſt: nec frangi tēporalis motu doloris metuentē accidere hæc quæ grauia ad
uim doloris ferunt: cæcitatē: exilium: famē: ſtuprum filiæ: amiſſionē liberorū. Quis
neget beatū Iſaac: qui nō uidebat in ſenectute: & beatitudines ſuis benedictionibus
cōferebat? An nō beatus Iacob: qui ꝓfugus patria domo: mercēnarius paſtor exili-
um ſuſtinuit: filiæ pudicitiā ingemuit eſſe temeratā: famem ptulit? Non ergo beati:
quorū fide deus accipit teſtimoniū: cū dicitur: Deus Abraam: deus Iſaac: deᵒ Iacob?
Miſera eſt ſeruitus: ſed nō miſer Ioſeph: immo plane beatus: cū dominæ libidines in
ſeruitute poſitus coerceret. Quid de ſancto Dauid loquar: qui triū filiorū deplora-
uit obitū: Ammon & Abſalon: atq; infantuli ex ea quæ fuit Vriæ nati: & qđ his duriᵒ
Iob.10. inceſtum filiæ Thamar? Quō nō beatus: de cuiᵒ ſucceſſione beatitudinis auctor ex-
ortus eſt: qui plurimos fecit beatos? Beati ēm qui nō uiderunt & crediderunt. Fue-
runt & ipſi in ſenſu infirmitatis: ſed cōualuerunt de infirmitate fortes. Quid laborio
ſius aute ſancto Iob: uel in domus incendio: uel filiorū decē interitu momētario: uel
doloribs corporis? Nunquid minus beatus: q̄ ſi illa nō ptuliſſet: in quibus magis ꝓba
tus eſt? Eſto tamen: fuiſſe in illis aliquid acerbitatis. Et ſi putaueris: quē uirtus animi
nō abſcondit dolorem? Neq; ēm pfundū mare negauerim: quia uadoſa littora ſunt:
Neq; cælū lucidum: quia interdū obtexit nubibus. Neq; terrā fœcundā: quia aliqui-
bus locis ieiuna glarea eſt: Aut lætas ſegetes: quia intermixtā ſolāt habere ſterilem
auenā. Similiter puta: beatæ meſſem cōſcientiæ interpellari aliquo acerbo dolore.
Nōne totus manipulis uitæ beatæ ſiquid forte accidit aduerſi atque amaritudinis:
tanq ſterilis auena abſconditur: aut tanq̄ lolij amaritudo frumenti ſuauitate obduci-
tur? Sed iam ad ꝓpoſita pergamus.

¶ De utili: nō queſtuoſo illo: ſed iuſto & honeſto. Ca. VI.

VPeriore libro ita diuiſionē fecimus: ut primo loco eſſet honeſtū ac deco-
rum: a quo officia ducerent: ſecundo loco quid utile. Et quēadmodū in pri-
mo diximus: quia inter honeſtū & decorum eſt quædā diſtinctio: quæ magis
intelligi q̄ explicari poſſit: ſic & cū utile tractamus: conſiderandū uideᵗ quid utilius.
¶ Vtilitatē aute nō pecuniarij lucri eſtimatione ſubducimus: ſed acquiſitione pieta
tis: ſicut Apoſtolus ait: Pietas aūt ad omnia utilis eſt: ꝓmiſſionē habens uitæ præſen
tis & futuræ. Itaq; in ſcripturis diuinis: ſi diligēter quæramus: ſæpe inuenimus: qđ ho
neſtum eſt: utile uocari. Omnia mihi licent: ſed nō omnia utilia ſunt. Supra de uitijs
loquebat. Nūc ergo dicit: Licet peccare ſed nō decet. In poteſtate ſunt peccata: ſed
non ſunt honeſta. Luxuriari ꝓmptū ē: ſed nō iuſtū. Nō ēm deo eſca: ſed uētri colligit.
Ergo quia qđ utile: id etiā iuſtum: iuſtū eſt: ut ſeruiam° chriſto: qui nos redemit. Ideo
iuſti qui ꝑ eius nomine morti ſe obtulerūt? Iniuſti qui declinauerūt: de quibus dicit:
Quæ utilitas in ſanguine meo: dū deſcēdo in corruptionē? Id eſt: quis iuſticiæ meæ
fructus? Vnde & illi: Allegemus iuſtū: quia inutilis eſt nobis: id eſt: iniuſtus: qui nos
arguit: cōdemnat: corripit. Licet hoc poſſit etiā ad auaricia hominū impioq; deriua-
ri: quæ phidiæ uicina eſt. Sicut i Iuda ꝓditore legim°: qui auariciæ ſtudio & pecuniæ
cupiditate laqueū ꝓditionis incurrit atq; incidit. ¶ De hac igit tractādū eſt utilitate:

quæ sit plena honestatis: sicut ipsis uerbis definiuit Apl'us dicens: Hoc aũt ad utilita 1.Cor.7.
tẽ uestrã dico: nõ ut laqueũ injciã uobis: sed ad id qđ honestũ est. Liquet igit' qđ ho
nestũ ẽ utile & iustũ cẽ: & qđ utile: honestũ & iustũ: & qđ iustũ utile & honestũ. Ne-
q; eĩm mihi ad mercatores lucri cupidine auaros: sed ad filios sermo ẽ: & sermo de of
ficijs: quæ uobis (quos elegi in ministerium dñi) inculcare gestio atq; infũdere: ut ea
quæ mentib⁹ ac moribus uestris usu atq; institutione inolita atq; impressa sunt: etiã
sermone ac disciplina aperiant. Itaq; de utilitate dicturꝰ: utar illo uersiculo ꝓpheti
co: Declina cor meũ in testimonia tua: & nõ in auariciam: ne utilitatis sonus excitet
pecuniæ cupiditatẽ. Deniq; aliqui habẽt: Declina cor meũ in testimonia tua: & non Ps.118.
ad utilitatẽ: hoc est: illam questuũ nundinas aucupantẽ utilitatẽ: illã usu hominũ ad
pecuniæ studia inflexam ac deriuatã. Vulgo eĩm hoc solũ dicũt utile qđ questuosũ.
Nos autẽ de ea tractamus utilitate: quæ damnis quærit: ut christũ lucremur: cuius
questus est pietas cũ sufficientia. Magnus ꝓfecto questus quo pietatẽ acquirimus:
quæ apud deũ diues est: nõ caducis facultatibus: sed munerib⁹ æternis: in quib⁹ non
tẽptatio lubrica: sed cõstans & ꝑpetua sit gratia. Est ergo utilitas: alia corporalis: alia
pietatis: sicut diuisit Apl'us. Corporalis eĩm exercitatio ad modicũ inquit utilis est: pi 1.Timoth.4.
etas autẽ ad omnia utilis est. Quid aũt tam honestũ: q̃ integritas? Quid tam decoꝝ:
q̃ immaculatũ seruare corpus: & inuiolatũ atq; incõtaminatũ pudorẽ? Quid etiã tã
decoꝝ: q̃ ut uidua uxor defuncto coniugi fidem seruet? Quid etiã hoc utilius: quo
regnũ cælestẽ acquirit? Sunt eĩm qui se castrauerũt ꝓpter regnũ cælorum.

Vtilitatẽ præcipue fide ac dilectiõe & ægtate metiẽdã: exepla de Dauid & Moy
se: qui idcirco maxie diligebant' a ꝑplis: qa ꝓ ipsis sese obiectarẽt periculis. Ca. VII.

Est igitur nõ solum familiare contubernij honestatis & utilitatis: sed eadem
quoq; utilitas quæ honestas. Ideo & ille qui regnũ cælorũ uolebat omnibus
aperire: nõ qđ sibi utile quærebat sed qđ oĩb⁹. Vnde ordo quidam nobis &
gradus faciẽdus est: etiã ab his usitatis & cõmunibus ad ea quæ sunt præcellentia: ut
ex pluribus utilitatis colligam⁹ ꝓfectũ. Ac primũ nouerimus nihil tã utile q̃ diligi: ni
hil tam inutile: q̃ non amari. Nã odio haberi: exitiale ac nimis capitale arbitror. Itaq;
id agamus: ut omni sedulitate cõmendem⁹ existimationẽ opinionẽq; nostrã: ac pri-
mũ placiditate mentis & animi benignitate influamus in affectũ hominũ. Populatis
eĩm & grata est omnib⁹ bonitas: nihilq; qđ tã facile illabat' humanis sensib⁹. Ea si man
suetudine morũ ac facilitate aĩ moderatione præcepti: & affabilitate sermonis: uer-
borũq; onere: patienti quoq; sermonũ uice: modestiæq; adiuuet' gratia: incredibile
quãtũ ꝓcedit ad cumulũ dilectionis. Legimus eĩm nõ solũ in priuatis: sed etiã in ipsis
regibus: quãtũ facilitas blandæ affabilitatis ꝓfecerit: aut ſupbia uerborũq; obfuerit
tumor: ut regna ipsa labefactaret: & potestatẽ solueret. Jã si quis cõsilio: usu: minis-
terio: officijs populare cõprebẽdat gratiã: aut si quis periculũ suũ ꝓ uniuersa plæbe of
ferat: nõ est dubiũ q̃ tantũ charitatis a plæbe in eũ refundat': ut populus salutẽ eius
& gratiã sibi præferat. Quãtas Moyses a populo illatas absorbebat contumelias: &
cũ dijs in insolẽtes uindicare uellet: se tñ ꝓ populo offerebat frequẽter: ut indignati
oni diuinæ plæbẽ subduceret. Q̃ mitti sermone post iniurias appellabat populũ: cõ-
solabat' in laboribus: delinibat oraculis: fouebat operib⁹. Et cũ deo cõstanter loque-
retur: boies tũ humili & grata appellatione affari solebat. Merito estimat⁹ est supra
homines: ut & uultui eiꝰ nõ possent intẽdere: & sepulturã eiꝰ nõ repertã credere
quia sic sibi totꝰ plæbis mẽtes deuinxerat: ut plus eũ ꝓ mansuetudine diligerent
ꝓ factis admirarent'. Quid eiꝰ imitator sanctꝰ Dauid: electus ex omnib⁹ ad plæbẽ
gendã: q̃ mitis & blandus: humilis spiritu: sedulus corde: facilis affatus? Ante regni
le ꝓ omnib⁹ offerebat: ex eũ oĩbus æquabat suam militiã: & partiebat' laborem: fo
tis in prælio: mãsuetꝰ in imperio: patiẽs in cõuitio: ferre magis ꝓmptus q̃ referre
turias. Ideo tam carus erat oĩbus: ut iuuenis ad regnũ etiã inuitus peteret: relist
cogeret': senex ne prælio interesset a suis rogaret: ꝙ mallent oẽs ꝓ ipso perici
q̃ illum ꝓ omnibus. Ita sibi gratis officijs plæbem obligauerat. Primũ ut in disce

populi exulare in hebron mallet: q̄ in hierusalem regnare. Deinde ut etiam in hoste positam uirtutem diligeret: iusticiam etiam his qui arma cōtra se tulerant æque ac suis præstandā putaret. Deniq; fortissimū aduersæ partis ꝓpugnatorem Abner ducem: & inferentē prælia miratus est: & orantē pacis gratiā non aspernatus: honorauit cōuiuio: interemptū insidijs: doluit & fleuit: pfecutus exequias: honestauit: mortem ulc̄: cōscientiæ fidē præstitit: quā filio inter hæreditaria iura transcripsit: magis sollicit̄: ne innocētis mortē inultam relinqueret: q̄ quo suā mortē doleret. Nō mediocre illud præsertim in rege: sic obire humilitatis munia: ut communē se exhiberet etiā infimis: alieno periculo cibū nō quærere: potū recusare: peccatū fateri: seq; ipsū ꝓ populo offerre morti: ut in se diuina indignatio cōuerteret: cū ferienti angelo of-
2. Reg. 24. ferēs se diceret: Ecce sum ego qui peccaui: & ego pastor malū feci: & iste grex quid fecit? Fiat manus tua in me. Nam quid alia dicā? dolū meditantibus os suū nō aperiebat: & tanq̄ nō audiens: nullum sermonē referendū putabat: Nō respondebat cōuitijs: cū sibi derogaret̄ orabat: cū maledicereturꝫ benedicebat. Ambulans in simpli-
Psa. 101. citate: & superboꝝ fugitans arrogantiā: sectator extitit immaculatoꝝ. Qui cinerem miscebat alimentis suis: cū peccata ꝓpria deploraret: & potum suū temperabat fletibus. Merito hic expetit̄ est ab uniuerso populo: ut uenirēt ad eum oēs tribus israel:
2. Reg. 5. dicētes: Ecce nos ossa tua & caro tua sumus: & heri & nudiustertius cū esset Saul & regnaret sup nos: tu eras qui ꝓducebas & inducebas israel. Et dixit tibi dñs: Tu pasces populū meū. Et quid plura de eo dicā: de quo hmōi dei ꝓcessit sententia: ut de eo diceret: Inueni Dauid ſm cor meū? Quis em̄ in sanctitate cordis & iusticia sicut iste ambulauit: ut impleret uoluntatē dei? Propter quē & delinquētibus posteris eiꝰ uenia data: & prærogatiua est reseruata hæredibus. Quis igit̄ nō diligeret eū: quē uidebat ita carū amicis: ut qa ipse sincære amicos diligebat: æque diligi se a suis amicis arbitraretur? Deniq; parētes eum filijs suis: filij præferebāt parentibꝰ. Vnde gra-
1. Reg. 20. uiter indignatus Saul pcutere Ionathan filiū suū hasta uoluit: quia pluris apud eum ualere Dauid amicitiā iudicabat: q̄ uel pietatem uel auctoritatē paternā. Etenim ad incentiuū charitatis cōmunis plurimū ꝓficit. Si quis uicē amātibus reddat: nec minus redamare se ꝓbet: q̄ ipse amatur: idq; amicitiæ fidelis faciat exemplis. Quid em̄ tā populare q̄ gratia? Quid tam insitū naturæ q̄ ut diligentē diligas? Quid tam inolitū atq; impressum affectibus humanis: q̄ ut eū amare inducas in animū: a quo te amari uelis? Merito sapiēs dicit: Perde pecuniā ꝓpter fratrē & amicū. Et alibi: Amicum
Eccl. 29. Eccl. 22. saluare nō erubescam: & a facie illius nō me abscondā. Siquidē uitæ & immortalitatis medicamentū in amico esse: ecclesiasticꝰ sermo testatur. Et summū in charitate
1. Cor. 13. præsidiū nemo dubitauerit: cū Apl̄us dicat: Omnia suffert: omnia credit: oia sperat: omnia sustinet: charitas nunq̄ cadit. Ideo Dauid nō cecidit: quia carus fuit omnibus: & diligi a subiectis q̄ timeri maluit. Timor em̄ tēporalis tutaminis seruat excubias: nescit diuturnitatis custodiā. Itaq; ubi timor decesserit: audacia obrepit: qm̄ fidē nō timor cogit: sed affectus exhibet. Prima ergo ad cōmendationē nostri est charitas. Bonū est ergo testimoniū habere de plurimorū dilectione. Hinc nascit̄ fides: ut cōmittere se tuo affectui nō uereant̄ etiam alieni: quē pluribus carū aduerterint. Similiter etiā ꝓ fidem ad charitatē peruenit̄: ut qui uni aut duobus præstiterit fidē: tanq̄ diffundat in animos uniuersorū: & omniū acquirat gratiam.

De cōsiliū plurimorū ad cōciliationē ualere alioꝝ: qđ claruit in Salomone. Ca. VIII.

Vo igitur hæc ad cōmendationē nostri plurimū operātur: charitas & fides: d & tertiū hoc si habeas qđ in te admiratione dignū plærique existiment: & iure honorandū putent. Et qua consiliorū usus maxime conciliat homines: ideo prudentia & iusticia in unoquoq; desiderant̄: & ea expectantur a pluribꝰ: ut in quo sint illi deferat̄ fides: quo possit utile cōsiliū ac fidele desiderāti dare. Quis em̄ ei cōmittat: quē nō putet plus sapere: q̄ ipse sapiat qui quærit cōsiliū? Necesse est igit ut præstantior sit a quo consiliū petitur: q̄ ille est qui petit. Quid em̄ cōsulas bonē: quē non arbitreris posse melius aliquid reperire: q̄ ipse intelligis? Q̄si eum

inueneris qui uiuacitate ingenij: mentis uigore atq; auctoritate præstet: & accedat eo ut exemplo & usu paratior sit: præsentia soluat pericula: prospiciat futura: denunciet imminentia: argumenta expediat: remediū ferat in tempore: paratus sit nō solū ad consulendū sed etiam ad subueniendū: huic ita fides habetur: ut dicat qui consilium petit: Et si mala mihi euenerint: per illū sustineo. Huiusmodi igitur uiro salutē nostram & existimationē cōmittimus: qui sit (ut supra diximꝰ) iustus & prudens. Facit eñ iustitia: ut nullus sit fraudis metus: facit etiam prudentia: ut nulla erroris suspitio sit. Promptius tñ nos iusto uiro q̄ prudēti cōmittimꝰ: ut ſm usum uulgi loquar. Cæterū sapiētū definitione: in quo una uirtus est: cōcurrūt cæteræ: nec potest sine iustitia esse prudentia. Quod etiā in nostris inuenimus. Dicit eñ Dauid: Iustus autē misereꝝ: & fœnerat. Quid fœneret iustus: alibi dicit: locundus uir qui misereꝝ & fœnerat: disponet sermones suos in iudicio. Ipsum illud nobile Salomonis iudicium: nōne sapiētiæ plenum ac iustitiæ est: Itaq; spectemus illud si ita est. Duæ inquit mulieres in conspectu regis Salomonis steterunt: & dixit una ad eū: Audi me domine: Ego & hæc mulier in uno habitantes cubiculo: ante diem tertiū partu edito singulos filios suscepimus: & eramus una: arbiter nullus domi: nec ulla alia fœmina nobiscum nisi nos solæ: & mortuꝰ est filius eius hac nocte: ut obdormiuit super eū: & surrexit media nocte: & accepit filium meū de sinu meo: & collocauit eū in sinu suo: & filiū suum mortuū posuit in sinu meo. Et surrexi mane: ut lactarem paruulū: & inueni eum mortuū: Et consideraui illū diluculo: & nō erat filius meus. Et respondit altera. Non: sed filius meus est hic qui uiuit: filius autē tuus qui mortuus est. Et hæc erat contentio: cū utraq; filium sibi uendicaret superstitē: defunctū autem suū negaret. Tunc rex iussit afferri macheram: & infantē diuidi: & singulas partes dari singulis: dimidiam uni: & dimidiā alteri. Exclamauit mulier quæ uero erat affectu percita: Nequaquā domine infantē diuidas: detur potius illi & uiuat: & nō interficias eum. At respondit altera: Neq; meus neq; huiꝰ sit infans: diuidite eum. Et statuit rex dari infantem et mulieri quæ dixerat: nolite interficere eum: sed date eum illi mulieri: quia mota sunt inquit uiscera eius in filio suo. Itaq; nō immerito æstimatus est intellectus dei in eo esse: in quo occulta sunt dei. Quid autē occultius: q̄ internorū uiscerum testimonia: in quæ sapientis intellectus uelut quidā pietatis descendit arbiter: & uelut quandā genitalis alui uocem eruit: qua maternus patuit affectus: qui elegerat filiū suum uel apud alienam uiuere: q̄ in cōspectu matris necari? Sapientiæ igitur fuit: latentes distinguere cōscientias: ex occultis eruere ueritatem: & uelut quadā machera ita spiritus gladio penetrare: nō solum uteri: sed etiā animæ & mentis uiscera. Iustitiæ quoq; ut quæ suum necauerat: alienū nō tolleret: sed uera mater reciperet suum. Denicq; etiam scriptura hoc pronunciat. Audiuit inquit omnis israel hoc iudiciū: quod iudicauit rex: & timuerūt a facie regis: eo q̄ intellectus dei in eo esset: ut faceret iustitiā. Denicq; & ipse Salomon ita poposcit sapientiā: ut daretur sibi cor prudēs audire & iudicare cum iustitia.

Pō. 36.

Pō. 111.

3. Reg. 3.

Virtutes omnes indiuiduas: sed opinione uulgi seiunctas: nec tamen apud ipsum uulgus alteram sine altera comprobari: nō solum a philosophis: sed plus etiam intimatur a nostris. Ca. IX.

Liquet igitur etiā ſm scripturam diuinā quæ antiquior est: sapientiā sine iustitia esse nō posse: quia ubi una earum uirtutum: ibi utraq; est. Daniel quoq; [illegible] sapienter alta interrogatione fraudulentæ accusationis deprehendit machinationē: ut calumniatoꝝ sibi responsio nō conueniret. Prudentiæ igitur fuit uocis [illegible] testimonio reos prodere. Iustitiæ quoq; nocentes supplicio dare: innocentē subducere. Est ergo indiuiduā sapiētiæ atq; iustitiæ cōtubernium: sed uulgi usu diuiditur [illegible] quædā forma uirtutum: ut tēperantia sit in despiciendis uoluptatibus: fortitudo [illegible] detur in laboribus & periculis: prudentia in delectu bonorum: sciens cōmoda & [illegible] uersa distinguere: iustitia quæ sit bona custos iuris alieni: & uindex ꝓprietatis: [illegible] cuiq; conseruans. Sit igitur nobis cōmunis opinionis gratia: quadripartita hæc [illegible]

Prudentia

diuisio: ut ab illa subtili disputatione philosophiæ sapiētiæq; quæ limandæ ueritatis causa quasi ex adito quodā eruitur retrabētes pedem: forensem usum ac populare sensum sequamur. ¶Hac igit' diuisione seruata: reuertamur ad propositū. Prudētissimo cuiq; causam nostrā committimus: & ab eo cōsilium promptius q̄ a cæteris poscimus. Præstat tamē fidele iusti consiliū uiri: & sapientissimi ingenio frequēter præpōderat. Vtilia em̄ uulnera amici: q̄ alienorū oscula. Proue. 27.

¶Mystica interpretatio sup. Salomone & regina Saba. Ca. X.

Odi enim quia iusti iudiciū est: sapientis autē argumentū. In illo censura discepta tionis: in hoc calliditas inuentionis. Q̄ si utrūq; conectas: erit magna consilio rum salubritas: quæ ab uniuersis spectatur admiratione sapientiæ & amore iusticiæ: ut omnes quærant audire sapientiā eius uiri: in quo utriusq; uirtutis copula sit. Sicut quærebant omnes reges terræ uidere faciē Salomonis: & audire sapientiā eius: ita ut & Saba regina ueniret ad eum: & tēptaret eum in quæstionibus. Et uenit inquit: & omnia locuta est quæ habebat in corde suo: & audiuit omnē sapientiā Salomonis: nec ullum uerbū præteriuit eam. Quæ sit ista: quā nihil prætereat: nec sit aliquid quod ei non annūciauerit Salomon uerus: cognosce o homo ex his quæ audis loquentē. Verus est inquit sermo quē audiui in terra mea de sermonibus tuis: & de prudentia tua: & nō credidi bis qui dicebant mihi: donec ueni: & uiderunt oculi mei: & nunc nō est nec dimidia quidē pars fm ea quæ annūciabantur mihi: Apposuisti bona super omnia quæ audiui in terra mea. Beatæ mulieres tuæ: & beati pueri tui qui assistunt tibi: qui audiunt omnē prudentiā tuā. ¶Intellige conuiuiū ueri Salomonis: & quæ apponūtur in eo cōuiuio intellige sapienter: & considera in qua terra cōgregatio nationū audierit famam sapientiæ ueræ atq; iusticiæ: & quibus eū uiderit oculis: cōtemplantibus utiq; quæ nō uidentur. Quoniam quæ uidentur tēporalia sunt: quæ aūt non uidentur æterna. Quæ sunt beatæ mulieres: nisi ille de quibus dicitur: Quia multæ uerbū dei audiunt & pariunt: Et alibi: Quicūq; enim uerbum dei fecerit: ipse meus frater & soror & mater est. Qui etiam pueri tui beati qui assistunt: nisi Paulus qui dicebat: Vsq; in hunc diē sto ꝓtestans minori ac maiori. Et Symeon qui expectabat in templo ut uideret consolationē israel: Quomō ergo dimitti poscere: nisi quia assistens domino: discedendi habere facultatē non poterat: nisi uoluntatē domini adeptus esset: Exempli causa ꝓpositus nobis Salomon est: a quo certatim ut audiretur eius sapientia postulabatur. 3. Reg. 10. 2. Cor. 4. Matth. 12.

¶Q̄ a probis uiris consiliū sit requirendū: Exemplā de patribus. Ca. XI.

Ioseph quoq; nec in carcere feriat' erat: quo minus de rebus incertis cōsulere. Cui' cōsiliū ægypto uniuersæ ꝓfuit: ut nō sentiret septē annorū sterilitatē: alios q; populos miseræ famis leuaret iciunio. ¶Daniel ex captiuis regaliū cōsultorum arbiter factus: cōsiliis suis emēdauit præsentia: ānūciauit futura. Ex his em̄ quæ frequenter interpretatus ostenderat ueri se esse annunciū: fides ei in omnibus deferebatur. Sed etiā tertius locus de his qui admiratione digni æstimarentur: Ioseph: Salomonis & Danielis exemplo decursus uidetur. Nam quid de Moyse loquar: cui' omnis israel quotidie cōsilia præstolabatur: quoq; uita fidem faciebat prudentiæ: admirationēq; eius augebat: Quis se nō cōmitteret consilio Moysi: cui senices siqua supra suum intellectū & uirtutē esse arbitrarentur dijudicanda seruabāt: Quis Danielis consilium refugeret: de quo ipse deus dixit: Quis Daniele sapientior: Aut quomodo dubitare homines de eorum mētibus possent: quibus deus tantam conferebat gratiā: Moysi consilio bella conficiebātur: Moysi meritis de cælo affluebat alimonia: potus e petra. Q̄ purus Danielis anim' ut mulceret barbaros mores: mitigaret leones: Quæ in illo temperātia: quāta animi & corporis cōtinentia: Nec immerito mirabilis factus omnibus: quādo quod uehementer admirantur homines: regalibus fultus amicitijs: aurum nō quærebat: nec delatum sibi honorē plus faciebat q̄ fidem. Quinetiā periclitari malebat ꝓ lege domini: q̄ ꝓ gratia hominis

inflecti. Nam de ſancti Ioſeph quē pene prætereriā caſtimonia & iuſticia quid dicā? quarū altera illecebras herules reſpuit: refutauit præmia: altera mortē contempſit: metum reppulit: carcerē præoptauit? Quis hūc priuatæ cauſæ ad cōſulendū idoneum nō iudicaret: cuius ferax animus & mens fertilis: temporis ſterilitatem quodam conſiliorum & cordis ubere fæcundauit?

¶ Improbos homines licet prudentes uideantur fugiendos. Ca. XII.

HAbuertimus igitur: q̄ in acquirendis conſilijs plurimū adiungat uitæ ꝓbitas: uirtutū prærogatiua: beniuolentiæ uſus: frugalitatis gratia. Quis eñ in cœno fontē requirat? Quis e turbida aqua potū petat? Itaq; ubi luxuria eſt: ubi intēperantia: ubi uitiorum cōfuſio: quis inde ſibi aliquid hauriendum exiſtimet? Quis nō deſpiciat morū colluuionem? Quis utilem cauſæ alienæ iudicet: quē uidet inutilem uitæ ſuæ? Quis iterum improbū: maliuolumq; conſultū melioſum: non fugiat: & ad nocendum paratū? Quis non eum omni ſtudio declinet? Quis uero (q̄uis inſtructū ad conſilij opem: difficilem tamē acceſſu) ambiat: in quo ſit illud: tanq̄ ſi quis aquæ fontē præcludat? Quid eñ ꝓdeſt habere ſapientiā: ſi conſilium neges? Si cōſulendi intercludaſ copiam: clauiſti fontē: ut nec alijs influat: nec tibi ꝓfit. Pulchre autē & de illo conuenit: qui habens prudentiā: commaculat eam uitiorum ſordibus: eo ꝓ aquæ exitum cōtaminet. Degeneres animos uita arguit. Quomodo eñ eum potes iudicare cōſilio ſuperiorē: quem uideas inferiorem moribus? Supra me debet eſſe: cui me cōmittere paro. An uero idoneū eum putabo: qui mihi det conſiliū: qđ non dat ſibi: & mihi eum uacare credā: qui ſibi nō uacet: cuius animū uoluptates occupent: libido deuincat: auaricia ſubiuget: cupiditas perturbet: quatiat metus? Quomodo hic cōſilij locus: ubi nullus quietis? Admirandus mihi & ſuſpiciendus cōſiliarius: quem ꝓpitius dominus patribus dedit: offenſus abſtulit. Huius imitator debet eſſe: qui poteſt conſiliū dare: & alienā a uitijs cuſtodire prudentiā: quia nihil inquinatū in illā incurrit.

¶ Sapientiā uitioſos homines ſibi uendicare non debere: quippe quæ nullum cōſortium cū uitijs poteſt habere. Ca. XIII.

QVis igitur tanq̄ uultu ſpeciē præferat pulchritudinis: & beluinis poſteriorib⁹ ac ferinis unguibus formæ ſuperioris deboneſtet gratiam: cū tam admirabilis & præclara forma uirtutū ſit: & ſpecialiter pulchritudo ſapientiæ: ſicut ſcripturæ indicat: Eſt eñ hæc ſpecioſior ſole: & ſup omnem ſtellarum diſpoſitionē: luci cōparata inuenitur prior. Lucē etenim hanc ſuſcepit nox: ſapientiā autē nō uincit malicia. ¶ Diximus de eius pulchritudine: & ſcripturæ teſtimonio cōprobauimus: ſuperē ſt ut doceamus ſcripturæ auctoritate nullā ei contubernū cū uitijs eſſe: ſed individuā cum cæteris uirtutibus cōiunctionē: cuius ſpiritꝰ eſt diſertus: ſine inquinamēto: certus: ſanctus: amans bonū: acutus: qui nihil uetet benefacere: benignus: ſtabilis: certus: ſecurus: omnē habens uirtutē: omnia ꝓſpiciens. Et infra: Sobrietatē eñ docet & iuſticiā & uirtutē.

¶ Q̄ prudētia oībus uirtutibus ſit aſſocia: maxime in cupiditate calcāda. Ca. XIIII.

OMnia igitur operatur prudētia: cū omnibus bonis habet conſortiū. Nam quomodo poteſt utile conſiliū dare: niſi habeat iuſticiā: ut induat conſtantiā: mortē nō reformidet: nullo terrore: nullo reuocetur metu: nulla adulatione a uero deflectendō pūtet: exiliū non refugiat: quæ nouerit ſapienti patriam mundū eſſe: egeſtatē nō timeat: quæ nihil deeſſe ſapienti ſciat: cui totus mundus diuitiarū eſt? Quid eñ præceſſius illo uiro: qui auro moueri neſciat: contemptum habeat pecuniariū: & uelut ex arce quadam deſpiciat hominū cupiditates? Qđ qui fecerit: hunc homines ſupra hominē eſſe arbitrātur. Quis eſt inquit: & laudabimus eum? Fecit enim mirabilia in uita ſua. Quomodo eñ non admirādus: qui diuitias ſpernit: quas plæriq; ſalutī ꝓpriæ prætulerunt? Decet igitur omnes eximia frugalitatis cōtinentiæ auctoritas: & maxime eum qui honore præſtet: ne

d

minentē uirum thesauri possideant sui: & pecunijs seruiat: qui præest liberis. Illud magis decet: ut supra thesaurū sit animo: & infra amicū obsequio. Humilitas enim gratiā auget. Hæc plena laudis & digna primario uiro: nō cōmunē cum tyrijs negociatoribus & galathis mercatorib⁹ habere turpis lucri cupidinem: nec omne bonum locare in pecunia: & tanq̄ mercennario munere quotidianos numerare quæstus calculari compendio.

¶ De liberalitate: quæ non solum facultatū dispersione: sed & beniuolentia cōstat & cōsilio. Ca. XV.

QVod si ab his sobriū gerere animū: laudabile est: quāto illud præstantius si dilectionē multitudinis liberalitate acquiras: neq; superflua circa importunos: neque restricta circa indigētes? ¶ Plurima aūt genera liberalitatis sunt: nō solum quotidiano sumptu egentib⁹ (quo uitā suam sustinere possint disponere ac dispēsare alimoniā) uerūetiam his qui publice egere uerecūdantur consulere ac subuenire: quatenus cōmunis egenorum alimonia nō exhauriat. De eo ēm loquor q̄ præest alicui muneri: ut si officiū sacerdotis gerat: aut dispēsatoris: ut de his suggerat episcopo: nec reprimat si quē positū in necessitate aliqua cognouerit: aut delectum opibus ad inopiæ necessitatē redactum: maxime si nō effusione adolescentiæ: sed direptione alicuius & amissione patrimonij in eam recidерit iniuriam: ut sumptū exercere diurnū non queat. Summa etiā liberalitas: captiuos redimere: eripere ex hostiū manibus: subtrahere neci homines: & maxime fœminas turpitudini: reddere parentibus liberos: parētes liberis: ciues patriæ restituere. Nota sunt hæc nimis illyrici uastitate & thraciæ: quāti ubiq; uenales erāt toto captiui orbe: quos si reuoces unius pūnciæ numerū explere nō possint. Fuerūt tamen qui etiā quos ecclesiæ redemerūt in seruitutē reuocare uellet: ipsa grauiores captiuitate: qui inuiderent alienā misericordiam. Ipsi si in captiuitatē uenissent seruirent liberi: si uenditi fuissent seruitutis ministeriū non recusarent: & uolunt alienam libertatē rescindere: qui suam seruitutē nō possent rescindere: nisi forte precium recipere emptori placeret: in quo tamē nō rescinditur seruitus: sed redimitur. Præcipua est igitur liberalitas: redimere captiuos: & maxime ab hoste barbaro q̄ nihil deferat humanitatis ad misericordiā: nisi q̄ auaricia reseruauerit: ad redemptionem æs alienū subire: si debitor soluendo non sit: atq; artetur ad solutionē quæ sit in re debita: & inopia destituta: enutrire paruulos: pupillos tueri. Sunt etiā qui uirgines orbatas parentibus tuēdæ pudicitiæ gratia conubio locent: nec solum studio sed etiā sumptu adiuuent. Est etiam gen⁹ illud liberalitatis q̄d Apostolus docet: ut
1. Timoth. 5. si quis fidelis habet uiduas subministret illis: ut earum alimonijs ecclesia nō grauetur: ut his quæ ueræ uiduæ sunt sufficiat. Vtilis igitur huiusmodi liberalitas: sed nō cōmunis omnibus. Sunt ēm plærique etiā uiri boni: qui tenues sunt censu: contenti quidē exiguo ad sui usum: sed nō idonei ad subsidium leuandæ paupertatis alienæ: Tamē suppetit aliud beneficentiæ gen⁹: quo iuuare possint inferiorē. Est enim duplex liberalitas: una quæ subsidio rei adiuuat: id est usu pecuniæ: altera quæ operum collatione impēditur: multo frequēter splendidior: multoq; clarior. Quanto illustrius Abraam captam armis uictricibus recepit nepotem: q̄ si redemisset: Quāto utilius regem pharaonem sanctus Ioseph consilio prouidentiæ iuuit: q̄ si contulisset pecuniam? Pecunia enim unius ciuitatis nō redemit ubertatem: prospicientia totius ægypti per quinquennū famem repulit. Facile autem pecunia consumitur: consilia exhauriri nesciunt. Hæc usu augentur: pecunia minuitur: & cito deficit atque ipsam destituit benignitatem: ut quo pluribus largiri uolueris: eo pauciores adiuues: & sæpe tibi desit quod alijs conferendum putaueris. Consilij autem operisque collatio: quo in plures diffunditur: eo redundantior manet: & in suū fontem recurrit. In se enim refluit ubertas prudētiæ: & quo pluribus fluxerit: eo exertius fit omne quod remanet.

De sobrietate: que & tẽperantia: in liberalitate seruanda: Exemplũ de Ioseph & eius prudentissimo per interpretationẽ somnij cõsilio. Ca. XVI.

dia captare familiare multis: elegantiori cōuiuio & suauioribus delectari epulis usitatum est. Ieiunare autem & cōtinentē esse paucorum est: & alieni cupidū non esse rarum est. Contra autem detrabere uelle alteri & non esse contentum suo. Nam in hoc cum plærisq; consortiū est. Alia igitur prima: alia media officia. Prima cum pauc̄is: media cū pluribus. Deniq; in ipsis uerbis frequenter discretio est. Aliter em̄ bonum deū dicimus: aliter hominē: aliter tustū deū appellamus: aliter hominē. Similiter & sapientē deū aliter dicimus: aliter hominē. Qđ & in euāgelio docemur: Estote ergo uos pfecti: sicut & pater uester qui in cælis est perfect⁹ est. Ipsum Paulū lego pfectū & nō pfectum. Nā cū dixisset: Nō qđ iā acceperim: aut iam pfect⁹ sim: sequar aūt sic ut cōprehēdā: statim subiecit: Quicūq; ergo pfecti sum⁹. Duplex ē em̄ forma pfectiōis: Alia medios: alia plenos numeros habes. Alia hic: alia ibi. Alia fm̄ hominis possibilitatē: alia fm̄ pfectionē futurā. Deus aūt iustus p omnia: sapiens sup oia: pfectus in omnib⁹. Inter ipsos quoq; homines distantia est. Aliter Daniel sapiens: de quo dictum est: Quis daniele sapientior: aliter alij sapientes. Aliter Salomon: qui replet⁹ est sapientia super omnē sapientiā antiquorum: & sup omnes sapientes ægypti. Aliud est em̄ cōmuniter sapere: aliud sapere perfecte. Qui cōmuniter sapit: p temporalibus sapit: pro se sapit: ut alteri detrahat aliquid: & sibi adiungat. Qui perfecte sapit: nescit sua spectare cōmoda: sed ad illud quod æternum est: quod decorum atq; honestū toto affectu intendit: quærens nō qđ sibi utile est: sed qđ omnib⁹. Itaq; hæc sit formula: ut inter duo illa honestū atque utile errare nequeam⁹: eo p̄ iustus nihil alteri detrahendū putet: nec alterius incōmodo suum cōmodum augeri uelit. Hāc formā tibi præscribit Apostolus dicens: Omnia licent: sed nō omnia expediūt. Omnia licent: sed nō omnia ædificant. Nemo qđ suū est quærat: sed quod alterius. Hoc est: nemo cōmodū suum quærat: sed alterius: nemo bonorem suū quærat: sed alterius. Vnde & alibi dicit: Alter alterum existimātes superiorē sibi nō quæ sua sunt singuli cogitantes: sed quæ aliorū. Nemo etiā suam gratiā quærat: nemo suā laudē: sed alterius. Quod euidēter etiam in Prouerbijs declaratū esse aduertimus: dicēte sancto per Salomonē spiritu. Fili si sapiens fueris: tibi sapiens eris & p̄ximis: Si aūt mala tus euaseris: solus hauries mala. Sapiens em̄ alijs consulit sicut iustus: quando quidē consors sui est utriusq; forma uirtutis.

Matth. 5.

Phil. 3.

Eccles. 28.

1. Cor. 10.

Phil. 2.

¶ De calumnia reprimenda: & beneficētia cunctis exhibenda: Exemplū de harmonia membrorū: quæ singula singulis obsequuntur. Ca. III.

Si quis igitur uult placere omnibus p omnia: quærat nō qđ sibi utile est: sed qđ multis: sicut quærebat & Paulus. Hoc est em̄ cōformari christo: alienum nō quærere: nihil alteri detrabere ut acquirat sibi. Christus em̄ dom⁹ cū esset in forma dei: exinaniuit se ut formā susciperet hominis: quā operū suorum locupletaret uirtutibus. Tu ergo expolias: quē christus induit: Tu exuis: quē uestiuit christus: Hoc em̄ agis: quādo alterius detrimento: tua cōmoda augeri expetis. Cōsidera o homo: unde nomē sumpseris: ab humo utiq; quæ nihil cuiquā eripit: sed omnia largitur omnib⁹: & diuersos in usum omniū animantiū fructus ministrat. Inde appellata humanitas: specialis & domestica uirtus hominis: quæ consortē adiuuet. Ipsa te doceat forma tui corporis: membrorūq; usus. Nūquid membrū tuū alter⁹ membri officia sibi uēdicat: ut oculus officiū oris: aut os oculi officiū sibi uēdicet: aut man⁹ pedū ministeriū: aut pes manuū? Quinetiā ipsa man⁹ dextera ac sinistra dispartita habent officia plæraq; ut si usum cōmutes utriusq; aduersum naturā sit: priusq; totū boiem exuas: q̄ membroꝝ tuoꝝ ministeria cōuertas: si aut de sinistra cibū suggeras: aut de dextera fugaris ministerio sinistræ: ut reliqas cibosq; abluas nisi forte pescat necessitas. Finge hāc & da oculo uirtutē: ut possit detrabere sensū capiti: auditū auribus: mēti cogitatōes: odoratū naribus: ori saporē & sibi cōferat: nōne oēm statū dissoluet natura? Vnde pulchre Aplus ait: Si totū corpus oculus: ubi audit⁹? Si totū auditus: ubi odoratus? Omnes ergo unū corpus sumus & diuersa mēbra: sed oia corpori necessaria. Non em̄ potest membrū mēbro dicere: nō es mihi necessariū: quinetiā ipsa quæ ui-

detur infirmiora mẽbra esse: multomagis necessaria sunt: & maiorẽ plærũq; tuendi se requirunt sollicitudinẽ. Et si quid dolet membrũ unũ: cõpatiunt ei membra omnia. Vnde q̃ graue est ut detrahamus aliquid ei cui nos cõpati oportet: & cui debemus cõfortiũ ministerij ei fraudi & noxæ simus? Hæc utiq; lex naturæ est: quæ nos ad omnẽ stringit humanitatẽ: ut alter alteri tanq̃ unius partes corporis inuicẽ deferamus. Nec detrahẽdũ quicq̃ putem⁹: cũ cõtra naturæ legem sit: nõ iuuare. Sic em̃ nascimur ut cõsentiant membra mẽbris: & alterũ alteri adhæreat: & obsequant sibi mutuo ministerio. Q̃ si unũ desit officio suo: impediant & cætera. Q̃ si eruat oculũ manus: nõne sibi operis sui usum negauit? Si pedẽ uulneret: quanto⁹ sibi actuũ ꝓfectum inuiderit? Et quanto grauius est totũ hominẽ q̃ unũ membrũ detrahit: Iam si in uno membro totũ corpus uiolat: utiq; in uno homine cõmunio totius humanitatis soluitur: uiolat natura generis humani: & sanctæ ecclesiæ cõgregatio: quæ in unũ cõnexum corpus atq; compactũ unitate fidei & charitatis assurgit. Christus quoq; dominus qui ꝓ uniuersis mortuus est: mercedẽ sanguinis sui euacuatã dolebit. ¶ Quid ꝙ etiã ipsa lex domini hanc formã tenendã edocet: ut nihil alteri detrahas tui cõmodi seruandi grã: cũ dicit: Nõ trãsferas terminos antiquos quos statuerũt pres tui: cũ uitulũ errantẽ fratris tui reducendũ præcipit: cũ furẽ mori iubet: cũ uetat mercenariũ debita mercede fraudari: cũ pecuniã sine usuris reddendam censet? Subuenire em̃ nõ habẽti humanitatis est: duriciæ autẽ plus extorquere q̃ dederis. Etem̃ si deo iops auxilio tuo æquat: qa nõ habuit: unde de suo redderet: nõne impiũ est: si sub humanitatis simulatione amplius ab eo poscas: qui nõ habebat unde minus solueret? Absoluis igitur alteri debitorẽ: ut cõdemnes tibi: & hanc humanitatẽ uocas: ubi est iniquitatis auctio. Hoc præstam⁹ cæteris animãtibus: qd̃ alia genera animantiũ con-
Ps.36. ferre aliquid nescũt. Feræ autẽ eripiunt: homines tribuũt. Vnde & psalmista ait: Iustus miseret & tribuit. Sunt tamẽ quibus & feræ cõferant. Siquidẽ collatione sobolem suã nutriunt: & aues cibo suo pullos fatiant suos: homini aũt soli tributum est: ut omnes tãq̃ suos pascat. Debet istud ipso naturæ iure: Quod si nõ licet nõ dare: quõ detrahere licet? ¶ Nec ipsæ leges nos docent: quæ ea quæ detracta sunt alicui cũ iniuria personæ aut rei ipsi⁹ cumulo: restitui iubent: quo furem a detrahẽdo: aut pœna deterreãt: aut multa reuocent. ¶ Pone tamẽ ꝙ aliquis possit aut pœnam nõ timere: aut multæ illudere: Nũquid dignũ est ut aliqui alteri detrahãt: Seruile hoc uitiũ: & familiare ultimæ cõditioni: adeo contra naturã: ut inopia magis hoc extorquere uideat: q̃ natura suadere. Seruo⁹ tamẽ occulta furta: diuitum rapinæ publicæ. Quid aũt tã cõtra naturã: q̃ uiolare alterũ tui cõmodi causa: cũ ꝓ omnib⁹ excubandũ: subeundas molestias: suscipiendũ laborẽ: naturalis affectus ꝓsuadeat: & gloriosum unicuiq; ducatur: si periculis ꝓprijs quærat uniuersorũ tranquillitatẽ: multũq; sibi unusquisq; arbitret gratius excidia patriæ reppulisse: q̃ ꝓpria pericula: præstantiusq; esse existimet: ꝙ operã suam patriæ impenderit: q̃ si in ocio positus tranquillã uitam uoluptatum copijs functus egisset?

¶ Alienis incõmodis: nostra lucra nõ quærenda. Ca. IIII.

Inc igit colligitur: ꝙ homo qui fm naturæ formatus est directionẽ ut obediat sibi: nocere non possit alteri. Quod si cui nocet naturam uiolet: neq; tantum esse cõmodi q̃d adipisci sese putet: quantũ incõmodi q̃d ex eo sibi accidat. Quæ em̃ pœna grauior: q̃ interioris uulnus conscientiæ? Q̃d seuerius iudiciũ q̃ domesticũ: quo unusquisq; sibi est reus: seq; ipse arguit ꝙ iniuriã fratri indigne fecerit? Q̃d non mediocriter scriptura cõdemnat dicens: Ex ore stulto⁹ baculus contumeliæ. Stulticiæ igitur cõdemnat: qui contumeliã facit. Nõne hoc magis fugiendũ: q̃ mors: q̃ dispendium: q̃ inopia: q̃ exilium: q̃ debilitatis dolor? Quis em̃ uitiũ corporis: aut patrimonij damnum: non leuius ducat uitio animi: & existimationis dispendior? ¶ Liquet igitur id expetẽdum & tenendum omnibus: quod eadem singulorũ sit utilitas: quæ sit uniuersorum: nihilque iudicandũ utile: nisi quod in commune ꝓfit. Quomodo enim potest uni prodesse: quod inutile sit omnibus? Mihi certe non

uidetur: qui inutilis est omnib⁹ sibi utilis esse posse. Etenim si una lex naturæ oībus: una utiq; utilitas uniuersoꝝ. Q; si una utilitas uniuersoꝝ: ad cōsulendū utiq; omnib⁹ naturæ lege cōstringimur. Nō est ergo ei⁹ qui cōsultū uelit alteri fm naturā: nocere ei aduersus legē naturæ. Etēm si hi qui in stadio currūt: ita ferunt præceptis informari atq; instrui: ut unusquisq; celeritate: nō fraude cōtendat: cursuq; quantū pōt ad uictoriā ꝓperet: supplātare autem alterum aut manu deijcere nō aūsit: quātomagis in hoc cursu uitæ istius: sine fraude alteri⁹ & circūscriptione: gerēda nobis uictoria est? Quærūt aliqui: si sapiens in naufragio positus: insipiēti naufrago tabulā extorquere possit: utrū debeat. Mihi quidē: & si præstabil⁹ cōmuni uideat⁹ usu: sapiēti de naufragio q̄ insipiēti euadere: tamē nō uideť ꝙ uir christian⁹: & iustus: & sapiens quærere sibi uitā aliena morte debeat: utpote qui etiā si latronē armatū incidat ferientē referire nō possit: nedū salutē defendit: pietatē cōtaminet. De quo in euāgelij libris aperta & euidens sentētia est: Recōde gladiū tuū. Omnis eīm q gladio peruerit: gladio feriet. Quis latro detestabilior: q̄ plecutor q uenerat ut christū occideret? Sed noluit se christus persecutoꝝ defendi uulnere: q uoluit suo uulnere oēs sanare. Cur eīm te potiorē alteri iudices: cū uiri sit christiani præferre sibi alterū: nihil sibi arrogare: nullū sibi honorē assumere: nō uendicare meriti sui preciū? Deniq; cur nō tuū tolerare potius incōmodū: q̄ alienū cōmodum diripere assuescas? Quid tam aduersus naturā: q̄ nō esse contentū eo q̄ habeas: aliena quærere: ambire turpiter? Nā si honestas fm naturā (oia eīm fecit de⁹ bona ualde) turpitudo utiq; cōtraria ē. Nō pōt ergo honestati cōuenire & turpitudini: cū hæc inter se discreta naturæ lege sint. Matth. 26.

¶ Nihil a sapientibus nisi qđ honestū sit expetēdū: & honestati salutē quoq; postponendam: In quo Dauid maxime cōmendať. Ca. V.

¶ Ed tam ut etiā in hoc libro ponamus fastigiū: in quo uelut in fine disputatōis hūæ dirigam⁹ sentētiā: ut nihil expetendū sit nisi qđ honestū. Nihil nāq; agit sapiēs: nisi qđ honestū sit: nisi qđ cū sinceritate sine fraude sit: neq; q̄cq̄ facit: in quo se crimine quoq; obliget: etiā si latere possit. Sibi eīm est re⁹ priusq̄ cæteris: nec tā pudenda apud eū publicatio flagitij: q̄ cōscientia est. Qđ nō fictis fabulis ut plr disputant: sed ueritatis iustorū uirorum exemplis docere possumus. Nō igiť ego simulabo terræ hiatū: quæ magnis quibusdā dilluerit soluta imbribus: in quē descendisse gyges: atq; ibi fabularū illū equū æneū offēdisse a Platone inducť: qui in lateribⁿ fuis fores haberet: quas ubi aperuit animaduertisse anulū aureū in digito mortui hominis: cui⁹ illic exanime corpus iaceret: auriq; auarū sustulisse anulū: Sed cū se ad pastores recepisset regios: de quorum ipse numero foret: casu quodam ꝙ paleam eius anuli ad palmā cōuerterat: ipse omnes uidebat atq; a nullo uidebať: deinde cū in locum suum reuocasset anulū: uidebať ab omnib⁹. Cuius sollers fact⁹ miraculi: p anuli opportunitatē reginæ stupro potitus: necē regi intulit: cæteriscq; interēptis quos nec andos putauerat: ne sibi impedimento foret: lydiæ regnū adeptus est. Da inqt būe anulum sapienti: ut beneficio ei⁹ possit latere: cum deliquerit. Nō eīm minus fugiet peccatorū cōtagiū: q̄ si nō possit latere. Nō eīm latebra sapienti spes impunitatis: sed innocētia est. Deniq; lex nō iusto est posita: sed iniusto: quia iustus legē habet mētis suæ: & æquitatis ac iusticiæ suæ normā. Ideoq; nō terrore pœnæ reuocatur a culpa: sed honestans regula. Ergo ut ad ꝓpositū redeamus: nō fabulosa ꝓ ueris: sed uera ꝓ fabulosis exempla ꝓferamus. Quid eīm mihi opus est fingere hiatū terræ equū æneū anulūq; aureum in digito defuncti repertū: cuius anuli tanta sit uis ut ꝓ arbitrio suo qui eū sit indutus anulū: appareat cū uelit: cū autē nolit: cōspectui se præsentiū subtrahat: ut præsens non possit uideri? Nēpe eo tendit istud: utrum sapiens etiā si isto utať anulo: quo possit ꝓpria flagitia celare & regnū assequi: nolit ne peccare: & grauius ducat sceleris cōtagiū pœnæ: aut dolorib⁹? an uero spe impunitatis utať ad ꝓpetrandū sceluſ. Quid inquā mihi op⁹ est figmēto anuli: cū possim docere ex reb⁹ gestis: ꝙ uir sapiēs cū sibi in peccato nō solū latēdū sed etiam regnādū uideret si peccatū admitteret: contra autē periculū salutis cerneret si declinaret flagitiū: eligeret tamen 1. Timo.

magis salutis periculum ut uacaret flagitio: q̄ flagitium quo sibi regnū pararet. ¶ De-
1. Reg. 26. nicq; Dauid cū fugeret a facie regis Saul: cū cum rex cū tribus milib⁹ uirorum electo-
rum ad inferendā necē in deserto quæreret: ingressus in castra regis: cū dormientē
offendisset: nō solum ipse nō percussit: sed etiā ꝓhibuit: ne ab alio qui simul ingressus
fuerat perimereť. Nam cū diceret ei Abisai: Cōclusit hodie dominus inimicū tuum
in manib⁹ tuis: & nunc occidā eum: respondit: Nō cōsumas illū: quoniā quis mittet
manū suam in christū domini: & purus erit? Et addidit: Viuit dom⁹: quia nisi domi
nus percusserit illū: aut nisi hora ill⁹ uenerit ut moriatur: uel in pugnā descenderit: &
apponat̄ mihi: nō sit a domino mittere manū meā in christū domini. Itaq; nō permi
sit necari eū: sed solā lanceā quæ erat ad caput er⁹: & lenticulā tulit aquæ: dormienti-
busq; cūctis: egressus de castris trāsiuit in cacumē mōtis: & coarguere cœpit sipato-
res regios: & præcipue principē militiæ Abner: q̄ nequaq̄ fidā custodiā regi & dño
suo adhiberet. Deniq; demōstraret ubi esset lancea regis: uel lenticula quæ erat ad
caput eius. Et appellatus a rege lanceā reddidit: & dom⁹ inquit restituat unicuiq;
iusticias suas: & fidem suam: sicut tradidit te dom⁹ in man⁹ meas: & nolui mittere
manū meā in christū domini. Et cum hoc diceret: timebat tamē insidias eius & fugit:
sedem exilio mutans. Nec tamē salutē prætulit innocentiæ: cū tam secūdo facultate
sibi tributa regis necandi noluisset uti occasionis beneficio: quæ & securitatē salutis
metuenti: & regnū offerebat exuli. ¶ Vbi opus fuit Iobāni gygeo anulo: qui si tacuis
set: nō esset occisus ab Herode? ¶ Præstare hoc illi potuit silentiū suum: ut & uidere-
tur & non occidereť. Sed quia nō solum peccare se ꝓpter salutis defensionē passus
non est: sed ne alienū quidē peccatū ferre ac perpeti potuit: ideo in se causam necis
excitauit. Certe hoc negare nō possunt potuisse fieri ut taceret: qui de illo gyge ne-
gant potuisse fieri: ut anuli beneficio absconderet. ¶ Sed fabula: & si uim non habet
ueritatis: hanc tamē rationē habet: ut si possit celare se uir iustus: tamē ita peccatum
declinet: quasi celare nō possit: nec personā suam indutus anulū: sed uitā suam chri-
Col. 3. stum indut⁹ absondat: sicut Apostol⁹ ait: Quia uita nostra absc̄dita est cū christo
in deo. ¶ Nemo ergo hic fulgere quærat: nemo sibi arroget: nemo se iactet. Nolebat
se christus hic cognosci: nolebat prædicari in euāgelio nomen suū cum in terris uer-
saretur: uenit ut lateret sæculū hoc. Ergo & nos simili modo absondam⁹ uitam no-
stram christi exemplo: fugiamus iactantiā: prædicari nō expectamus. Melius est hic
Ibidem. esse in humilitate: ibi in gloria. Cum inquit christus apparuerit: tunc & uos cum illo
apparebitis in gloria.

¶ Famis tēpore subueniendū: nec auare partis incubandū: uel precia captanda: Ex-
empla de Iosephi: & diuite auaro in euangelio. Ca. VI.

Non uincat igit̄ honestatē utilitas: sed honestas utilitatē. Hanc dico utilitatē:
quæ æstimatur ꝑm uulgi opinionē. Mortificetur auaricia: moriat̄ cōcupiscē-
tia. Sanct⁹ in negociatione introisse se negat: quia precio & captare incremē-
Prouer. 11. tat: nō simplicitatis: sed uersutiæ est. Et ali⁹ ait: Captans ꝑcia frumenti: maledictus in
plæbe est. Definita est sentētia: nihil disputationi relinquens: quale cōtrouersiarum
genus solet dicendi esse: cum alius alleget agriculturā laudabilem apud omnes ha-
beri: fruct⁹ terræ simplices esse triplos: plus qui seminauerit eū ꝓbatiorē fore: uberi-
ores reditus industriæ nō fraudari: negligentiā magis & incuriā ruris inculti rēpbē
di solere. Arauit inquit studios⁹: uberi⁹ seminauit: diligētius excolit: bono collegi ꝓ-
uentu: solicitius recōdit: seruauit fideliter: ꝓuide custodiuit. Nunc in tēpore famis uē
dat: subueniō esurientibus: uendo frumentū nō alienū: sed meū: nō pluri q̄ cæteri: im-
mo etiā minori precio. Quid hic fraudis est: cū multi possent periclitari si non habe-
rent qđ emerēt? Nū industria crimen uocat̄? Nū diligentia reprehendit̄? Nū ꝓui-
dēna uituperat̄? Fortasse dicat: Et Ioseph frumēta i abundātia collegit: in charitate
uēdidit. Nū car⁹ aliqs emere cōpellit̄? Nū uis adhibet̄ emptori? Oib⁹ deferet̄ emen-
di copia: nulli irrogat̄ iniuria. His igit̄ quātū cuiusq; fert ingeniū disputatis: exurgit
alius dicēs: Bona quidē agricultura quæ fruct⁹ ministrat oib⁹: quæ simplici industria

accumulat terrarum fæcunditatē: nihil doli: nihil fraudis interferens. Deniq; si quid uitij fuerit: plus dispendij est: quia si bene aliquis seuerit melᵒ meter: & si sincærum tritici granum seminauerit: puriorem ac sincæram messem colliget. Fæcunda terra multiplicatū reddit qđ acceperat: fidelis ager fœneratos solet restituere puentus. De redditibus igit̄ uberis glebæ expectare debes tui mercedē laboris: de fertilitate pinguis solitudine sperare cōpendia. Cur ad fraudē conuertis naturæ industriā & indulgentiā? Cur inuides usibus hominū publicos partᵒ? Cur populis minuis abundantiā? Cur affectas inopiā? Cur optari facis a pauperibᵒ sterilitatē? Cū eā nō sentiant beneficia fæcunditatis: te auctionāte preciū: te cōdente frumentū: optant potiᵒ nihil nasci: q̄ te de fame publica negociari. Ambis frumentoꝝ indigentiā: alimentorum penuriā: uberis soli partus ingemiscis: fles publicā fertilitatē: horrea frugū plena deploras: exploras quādo sterilior puētus sit: quādo exilior partᵒ: uotis tuis gaudes arrisisse maledictam: ut cuiq̄ nihil nasceret. Tūc messem tuam uenisse lætaris: tunc tibi de omniū miseria cōgeris opes: & hanc tu industriā uocas: hanc diligentiā nominas: quæ calliditatis uerlutia: quæ astutia fraudis est: & hoc tu remediū uocas: qđ est cōmentū nequiciæ. Latrocinū hoc an fœnᵒ appellēt? Captanē tanq̄ latrocinij tēpora: quibᵒ inuiscera hominū durus insidiator obrepas. Augetē preciū tanq̄ sorte cumulatū fœnoris: quo periculū capitis aceruatē. Tibi cōditæ frugis multiplicat̄ usura: tu frumentū quasi fœnerator occultas: quasi uenditor auctionaris. Quid impcaris male omnibus: quia maior futura sit fameſ: quasi nihil frugū supsit: quasi infæcundior annus sequatē? Lucrū tuum: damnū publicū est. Ioseph sanctus omnibus aperuit horrea: nō clausit: nec precia captauit annonæ: sed penne subsidiū collocauit: nihil sibi acquisiuit: sed quēadmodū fames etiā in posterum uinceret: prudā ordinatione disposuit. Legisti quēadmodū hūc frumētariū precij captatorē exponat in euāgelio dominᵒ Iesus: cuius possessio diuites fructus attulit: & ille quasi egens dicebat: Quid faciā: nō habeo quo cōgregē: Destruā horrea mea: & maiora faciā: cū scire nō posset: utꝝ sequēti nocte anima sua ab eodē repeteret. Nesciebat quid faceret: quasi ei alimēta deessent: hærebat ambiguo. Nō capiebāt horrea annonā: & ille se ægere credebat. Recte igit̄ Salomon: Qui cōtinet inquit frumētū: relinquet illud nationibus nō hæredibᵒ: qm̄ auariciæ emolumētū ad successorū iura nō puenit. Qđ nō legitime acquirit̄: quasi uētis quibusdā ita extraneis diripiētibᵒ dissipatur. Et addidit: Captans annonā maledictus in plæbe est: benedictio aute eius in capite qui participat. Vides ergo q̄ largitorē frumenti esse deceat: nō precij captatorē. Nō est igitur ista utilitas: in qua plus honestati detrahit̄: q̄ utilitati adiungitur. Luc. 12. Prouer. 11.

Peregrinos tempore famis urbe nō arcēdos: qđ nō solum inhonestū sed & inutile. ꝓpositis cōprobat̄ exemplis. Ca. VII.

Sed & illi qui peregrinos urbe ꝓhibent: nequaq̄ ꝓbandi: expellere eo tēpore quo deberēt iuuare: seperare a cōmertijs cōmunis parētis: fusos omniᵒ partus negare: insita iam cōsortia utendi auerti: carere: cū quibᵒ fuerint cōmunia iura: eū his nolle in tempore necessitatis subsidia partiri. Feræ non expellunt feras: & homo excludit hominē: Feræ ac bestiæ cōmunem putant omnibᵒ uictū: quē terra ministrat. Illæ etiā conformē sui generis adiuuant: homo impugnat: qui nihil a se alienum debet credere quicquid humani est. Quāto ille rectius: qui cū iam puēta ꝓcessisset ætate: & famē toleraret ciuitas: atq; ut in talibᵒ solet: peterēt uulgo: ut peregrini urbe ꝓhiberentur: præfecturæ urbanæ curā exteris maiorē sustinēs: conuocauit honoratos: & locupletiores uiros popposcit: ut in mediū cōferent: dicens: tam inhumanū esse peregrinos ejicē q̄ hominē ex homine exui: q cibū morienti negaret. Canes ante mensam impastos esse nō patimur: & homines extrudimus? Q̄ inutile quoque tot populos mundo perire: quos dira confecerat labes: tantos urbi suæ perire: qui solerent adiumēto esse: uel in cōferendis subsidijs: uel in celebrādis cōmercijs: neminē famem alienā iuuare: ꝓtrahere ut plurimum diem posse: non inopiam repellere: immo tot cultoribus extinctis: tot agricolis occidentibᵒ: occasura

in perpetuū subsidia frumētaria. Hos igit excludimus qui uictū nobis inferre cōsue
runt. Hos nolum⁹ in tēpore necessitatis pascere: qui nos omni ætate pauerūt. Quā-
Deut. 8. ta sunt quæ ab ipsis nobis hocipso tēpore ministrant? Non in solo pane uiuit homo.
Nostra illic familia: plæriq; etiā nostri parentes sunt. Reddam⁹ qd accepimus. Sed
uereamur: ne cumulemus inopiā. Primū oīm misericordia nūq destituit: sed adiuua-
tur. Deinde subsidia annonæ quæ his impartiēda sunt collatione redimamus: repa-
remus auro. Nūquid his deficientib⁹: nō alij nobis redimēdi cultores uident? Quā-
to uil⁹ est pascere q emere cultores? Vbi etiā reparesː Vbi inuenias quē reformes?
Adde: si inuenias quem ignarum & alieni usus: numero possis substituere: nō cultui.
Quid plura? Collato auro: coacta frumēta sunt. Ita nec abūdātiā urbis minuit: & pe-
regrinis alimoniā subministrauit. Quātæ hoc cōmendationis apud deū fuit sanctissi-
mo seni? Quātæ apud homines gloriæ? Hic magn⁹ uere pbatus: qui uere potuit im
peratori dicere: demōstrās ꝓuinciæ tot⁹ pplos: Hos tibi oēs reseruaui: hi uiuūt be-
neficio tui senatus: hos tua curia iam morti abstulit. Quāto hoc util⁹: q illud qd ꝓxi-
mæ romæ factū est: eiectos esse urbe amplissima: qui iam plurimā illic ætatē transe ge
rāt: flentes cū filijs abijsse: quib⁹ uelut ciuibus ad moliendū exilium deplorarent: in-
terruptas cōpluriū necessitudines: direptas affinitates. Et certe arriserat anni fæcū-
ditas: nuectio urbis sola egebat frumento: potuisset iuuari: si peterēt ab italis frumē
tum: quorū filij expellebant. Nihil hoc turpius: excludere quasi alienū: & exigere
quasi tuū. Quid illū ejcis: qui de tuo pascitur? Quid illū ejcis: qui te pascit? Seruum
retines: trudis parentē? Frumentū susc̄pis: nec affectū impartis? Victū extorques:
nec rependis gratiā? Q deforme hoc q inutile? Quō em̄ potest utile esse qd nō de-
cet? Quātis corporatorū subsidijs: dudū roma fraudata est? Potuit & illos nō amit-
tere: & euadere famem: expectatis uentoꝝ opportunis flatib⁹: & sperataꝝ cōmea-
tū nauiū. Q uero illud superi⁹ honestū atq utile? Quid em̄ tā decorū atq; honestū:
q collatione locupletū iuuare egentes: ministrare uictū esurientibus: nullū cibū defo-
re? Quid tam utile: q cultores agrorum reseruari: nō interire plæbē rusticanorum?
Qd honestū igitur & utile est: & quod utile honestū: Ecōtra: quod inutile indecoꝝ:
quod autē indecoꝝ: id etiam inutile.

¶ Honestatē saluti quoq; prælatam a deo cōprobari: Exempla de Iosue & Caleb: &
cæteris exploratoribus. Ca. VIII.

Numeri. 13. et. 14. Q Vando maiores nostri seruitio exire potuissent: nisi id nō solū turpe: sed etiā
inutile credidissent: regi seruire ægyptiorum? Iesus quoq; & Caleb missi ad
explorandā terrā: uberē quidē terram: sed a ferocissimis inhabitari gentib⁹
nūciauerunt. Terrore belli populus infractus: recusabat terræ eius possessionē. Sua-
debant missi exploratores Iesus & Caleb terrā esse utilem: inde eorū putabant cede
re nationib⁹: lapidari potius eligebāt (qd minabat populus) q decedere de honesta
te. Dissuadebant alij: plæbs reclamabat: dicēs: Aduersus diras & asperas gentes bel
lum fore: cadendū sibi in prælio: mulieres suas & pueros direptioni futuros. Exarsit
dñi indignatio: ut omnes uellet pdere: sed rogante Moyse tēperauit sententiā: ulti-
onē distulit: Satis eē perfidis supplicij indicās: ut si parceret interim: nec percuteret
incredulos: ad eam tamē terrā quā recusauerant, ꝓpter incredulitatis suæ preciū nō
pueniret: sed pueri & mulieres qui nō imurmurauerāt: uel sexu: uel ætate uenabi-
les caperēt eius terræ ꝓmissam hæreditatē. Deniq; quicūq; erāt a uicesimo anno &
supra in deserto eorū membra ceciderūt: sed aliorū dilata est pœna. Qui aūt ascen-
derūt cū Iesu & dissuadendū putauerunt: plaga mala statim mortui sunt. Iesus uero
& Caleb cū innoxia ætate uel sexu in terrā ꝓmissionis intrarunt. Pars igitur melior
gloriā saluti prætulit: deterior salutē honestati. Diuina aūt sententia eos, ꝓbauit: q ho-
nesta utilib⁹ præstare arbitrabant. Eos uero cōdēnauit: apud quos ea quæ uidebā-
tur saluti potius q honestati accōmoda præponderabant.

¶ Fraudes & turpia lucra clericos maxime dedecere: & omnes honestatē Dauid
& Nabuthe imitari debere. Ca. IX.

Nihil itaq; deformius: q̄ nullū habere amorē honestatis: & usu quodā degeneris mercaturæ questu sollicitari ignobile: auaro æstuare corde: diebus ac noctib⁹ anhiare in alieni detrimēta patrimonij: nō eleuare animū ad honestatis nitorē: no cōsiderare ueræ laudis pulchritudinē. Hinc nascunt aucupia quæsitæ hæreditatis: cōtinentiæ atq; grauitatis simulatione captatæ: qđ abhorret a ꝓposito christiani uiri. Omne em̄ qđ arte elicitū & fraude cōpositū est: caret merito simplicitatis. In ꝓlis q nullū ecclesiastici ordinis officiū receperint: incōgrua iudicat affectatæ ambitio hæreditatis. In supremo fine uitæ positos suū habere iudiciū: ut libere testēt qđ sentiūt: q postea nō sunt emendatur: cū honestū non sit cōpetentia cōpendia alijs uel debita: uel parata auertere: cū uel sacerdotis uel ministri sit ꝓdesse si fieri pōt oibus: obesse nemini. Denicq; si non pōt alteri subueniri: nisi alter lædat: cōmodius est neutrū iuuari: q̄ grauari alterū. Ideoq; in causis pecuniarijs interuenire nō ē sacerdotis: in quib⁹ nō pōt fieri: quin frequēter lædat alter qui uincit: qm̄ intercessoris bñficio se uictū arbitrat. Sacerdotis est igit̄ nulli nocere: ꝓdesse uelle oibus: posse aūt solus est deo. Nā in causa capitis nocere ei quē iuuare debeas periclitantē: nō sine pec cato est graui. In causa aūt pecuniæ odia quærere insipientiæ est: cū ꝓ salute hois graues frequēter fiant molestiæ: in quo etiā periclitari gloriosum sit. Proposita igit̄ forma in sacerdotis officio teneat: ut nulli noceat: ne lacessitus quidē & aliqua iniuria offensus. Bon⁹ em̄ est uir q dixit: Si reddidi retribuēti mihi mala. Quæ em̄ ē gloria: si eū nō lædimus: qui nos nō læserit: Sed illa uirt⁹ est: si læsus remittas. Q̄ honestū: ꝓ Dauid cū potuisset regi inimico nocere: maluit parcere: Q̄ etiā utile: qui successori hoc ꝓfuit: ut discerent oēs fidē regi ꝓprio seruare: nec usurpare imperiū: sed uereri: itaq; & honestas utilitati prælata est: & utilitas secuta est honestatē. Parū est q̄ peperit: addidit q̄ etiā in bello doluit occisū: & flebiliter deplorauit dicēs: Mōtes q estis in gelboe neq; ros neq; pluuia cadat sup uos. Mōtes mortis: qm̄ ibi sublata ē ꝓtectio potētiū: ꝓtectio Saul. Nō ē unct⁹ in oleo: sed sanguine uulneratorū & exadipe belli gerantiū. Sagitta Ionathæ nō est retro reuersa: & gladi⁹ Saul nō est reuersus uacu⁹. Saul & Ionathas spectosi & charissimi: inseparabiles in uita sua: & in morte nō sūt separati. Sup aquilas leuiores: sup leones potētiores. Filiæ israel plorate sup Saul: q uestiebat uos uestimenta coccinea cū ornamēto uestro: qui imponebat aurū sup uestimēta uestra. Quō ceciderunt potētes in media pugna: Ionathas in morte uulneratus est. Doleo in te frater Ionatha: speciosus mihi ualde. Ceciderat amor tu⁹ in me: sicut amor mulierū. Quō ceciderūt potētes: & perierūt arma cōcupiscendæ: Quæ mater unicū sic defleret filiū: quēadmodū hic defleuit inimicū: Quis gratiæ auctorē tantus, ꝓsequeret laudib⁹: quātus iste, ꝓsecut⁹ est insidiatorē capitis sui: Q̄ pie doluit: quāto ingemuit affectu: Aruerunt mōtes, ꝓphetico maledicto: & diuina uis sentētiā maledicentis impleuit. Itaq; ꝓ regiæ necis spectaculo pœnā elemēta soluerūt. Quid uero de sancto Nabuthe: Quæ fuit causa mortis: nisi honestatis cōtēplatio: Nā cū ab eo uineā rex posceret: pecuniā daturū se pollicens: indecoꝝ; preciū, ꝓ paterna recusauit hæreditate: maluitq; morte declinare hmōi turpitudinē. Nō mihi inquit fiat a dño: ut dem tibi hæreditatē patrū meorū. Hoc est: tantū mihi opprobriū non fiat: nō ꝓmittat de⁹ tantū exторqueri flagitiū. Nō utiq; de uitib⁹ dicit. Neq; em̄ de uitib⁹ cura est deo: neq; de terreno spacio: sed de iure loquit̄ patrū. Potuit utiq; & alterā uineā de uineis regis accipere: & amicus esse: in quo nō mediocris sæculi huj⁹ utilitas æstimari solet: sed qđ turpe erat iudicauit nō fieri uel uideri utile: maluitq; piculū cū honestate subire: q̄ utilitatē cū opprobrio. Vulgarē utilitatē loquor: nō illā in q̄ etiā honestatis gratia est. Deniq; & ipe rex potuit extorquere: sed impudēs arbitrabat: sed occisum doluit. Dīs quoq; mulieris imanitatē: quæ honestatis immemor: turpe antetulit lucrū: cōgruo supplicio plectendā annūciauit. Turpis est itaq; uis fraus. Deniq; etiā in rebus utilib⁹ execrabilis est stateræ fallacia: & fraudulēta mensura. Si in foro rex; uenalū in usu cōmerciorū fraus plectitur: potest ne irreprehensibilis uideri inter officia uirtutū: Clamat Salomon: Pondus magnū & exiguū: & mensuræ

duplices: immūda sunt apud deū. Supra quoq; ait: Statera adultera abominatio est dño: pondus aūt æquum: acceptabile est illi.

¶ Vitia uirtutibus oblitterari: & pfidis ac etiam fraudulētis fidē oportere custodiri: qđ Iosue gabaonitis intimat exhibuisse. Ca. X.

IN omnib⁹ igit decora est fides: iustitia grata: mensura æqtatis iocūda. Quid aūt loqr de cōtractib⁹ cæteris: ac maxime de coēptione prædiorū: uel trāsactionib⁹ atq; pactis? Nōne honestatis formulæ sunt: dolū malū abesse: eūq; cui⁹ dolus fuerit depbensus: duplici pœnæ obnoxiū fore? Vbiq; igit honestatis præponderat cōsideratio: quæ dolū excludit: fraudem ejcit. Vnde recte generalē Dauid ꝓ
Ps. 14. pheta ꝓmpsit sententiā dicens: Nec fecit ꝓximo suo malū. Non solū itaq; in cōtractibus in quib⁹ etiā uitia eorū quæ ueneunt ꝓdi iubent: ac nisi intimauerit uenditor: q̄is in ius emptoris trāscripserit doli actione uacuant: sed etiā generaliter dolus in omnib⁹ abesse debet: aperiēda simplicitas: intimāda ueritas est. ¶ Veterē aūt istā de dolo nō iurisperitorū formulā: sed patriarchārū sententiā scriptura diuina euidēter expressit in libro testamēti ueteris: qui Iesu naue inscribit. Nā cū exisset fama ꝓ populos: siccatū esse mare in hebræorū transitu: fluxisse aquā de petra: de cælo diurnā ministrari almoniā: tot populi milib⁹ abundantē: corruisse muros hierico: sacro tubarum sono ictos & ululatu plæbis arietatos: gethæos; quoq; regem uinctū & suspēsum in ligno usq; ad uesperā: gabaonitæ metuētes ualidam manū: uenerūt cū uersutia simulantes se de terra longinqua esse: diuq; pegrinatos dirupisse calciamenta: detriuisse amictus uestiū: quarū uetustescentiū indicia monstrarēt. Causam aūt tanti laboris emerendæ pacis: & iocundæ cū hebræis esse amicitiæ cupiditatē: & cœperūt ab Iesu naue poscere ut secū firmaret societatē. Et quia adhuc erat ignar⁹ locorum: atq; incolarū inscius: nō cognouit fraudes eorū: neq; dūm interrogauit: sed cito credidit. Adeo sancta erat illis rēponsus fides ut fallere aliquos posse non crederetur. Quis hoc reprehēdat in sanctis: qui cæteros de suo affectu æstimant? Et qa ipsis amica est ueritas: mentiri neminē putant: fallere quid sit ignorāt: libenter credūt qđ ipsi
Prouer. 14 sunt: nec possunt suspectū habere qđ nō sunt. Hinc Salomon ait: Innocēs credit omni uerbo. Nō uituperāda facilitas: sed laudanda bonitas. Hoc est innocentē esse: ignorare qđ noceat: & si circūscribitur ab aliquo: de omnib⁹ tū bene iudicat: qui fidem esse in omnib⁹ arbitrat. Hac igitur mētis suæ deuotione inclinat⁹ ut crederet: testamentū disposuit: pacē dedit: cōfirmauit societatē. Sed ubi in terras eorū uentū est: deprehensa fraude: q̄ cum essent finitimi aduenas se esse simulauerāt: circūscriptū sese populus patrū indignari cœpit: Iesus tamē pacem quā dederat reuocandā non censuit: quia firmata erat sacrameti religione: nedū alienā perfidiā argueret: suam fidem solueret. Multauit eos tamē ulciscī obsequio ministerij. Clementior sentētia: sed diuturnior. Manet enim officijs pœna ueteris astutiæ: bæreditario in hūc diem ministerio deputata.

¶ Auaros & fraudulentos interdū cupitis fraudari: semp autem apud deū maliuolētiæ reatu obnoxios teneri. Fabula de quodā Syracusano: & paradigma de Doech idumæo: & Annania mentitioso. Ca. XI.

AN ergo in bæreditatibus adeundis digitorū percussiones: & nudi successoris salutationes notabo. Nā hæc etiā uulgo notabilia: nō simulatæ piscationis cōpositas copias ut emptoris illiceretur affectus. Cur em tam studiosus luxuriæ ac delitiarū repertus est ut hususmodi fraudem pateret? Quid mihi tractare de Syracusano illo ameno secretoq; secessu: & de siculi hominis calliditate: qui cū peregrinum aliquē repperisset: cognito q̄ cupidus esset hortorū uenalium: ad cœnam in hortos rogauerit: ꝓmisisse: inuitatum post triduū uenisse: offendisse illic magnam piscatorum multitudinē: exquisitis copijs adornatū conuiuiū: In ꝓspectu cœnantium ante hortulos cōpositos piscatores: ubi nunq̄ ante iaciebant retia: unusquisq; qđ cœperat certatim offerebat epulantibus: supra mensam pisces ingerebātur resilientes: oculos recūbentiū uerberabāt. Mirari cœpit hospes tantā copiam piscīū: tantarūq;

numerū cymbarū. Reſponſum quærenti: aquationē illic eſſe: dulcis aquæ gratia: innumerabiles eo piſces cōuenire. Quid multa? Pellexit hoſpitē: ut ſibi extorqueret hortos uendere: uolens cogitur: precīū rogatus ſuſcipit: Sequēti die ad hortos emptor cū amicis uenit: nauigiū nullum inuenit. Percōtanti num aliqua piſcatorib⁹ eo eſſet die feriarū ſollēnitas: reſpondeť: nulla: nec unquā illic præter heſternū diem piſcari ſolitos. Ex hic redarguendi haberet auctoritatem dolū qui tam turpe captarit aucupiū delitiarum? Qui em̄ alterū peccati arguit: ipſe a peccato debet alien⁹ eſſe. Nō ergo huiuſmodi nugas ego in hanc eccleſiaſticæ cenſionis auctoritatē uocabo: quæ generaliter cōdemnat omnē lucri turpis appetentiā: breuiq; ſermoni: cōpendio excludit leuitatē ac uerſutiā. Nā de illo quid loquar: qui de eo teſtamēto qđ ab alijs licet factū: falſum tamē cognouerit: hæreditatē ſibi aut legatum uendicet: & lucrum quærat alieno crimine: cū etiam leges publicæ cū qui ſciēs falſo utitur: tanq; facinoris reum aſtringant? Regula autē iuſticiæ manifeſta eſt: q⁹ a uero declinare uirum nō deceat bonū: nec dāmno iniuſto afficere quenquā: nec doli aliquid annectere: fraudi ſue cōponere. Quid euidēti⁹ eo: qđ Annanias: qa fraudauit de pcio agri ſui quē ipſe uendid⁹ erat: & pōtionē precij tanq; ſummæ totius numerū ante pedes poſuit apoſtolorū: licut reus fraudis interijt? Licuit utiq; illi nihil offerre: & hoc ſine fraude feciſſet. Sed quia fraudē admiſcuit: nō liberalitatis gratiā reportauit: ſed fallaciæ pœnā exoluit. Et domin⁹ in euangelio cū dolo accedentes repudiauit dicens: Vulpes foueas habent: qm̄ in ſimplicitate cordis & in inocētia nos iubet uiuere. Da quid quoq; ait: Sicut nouacula acuta feciſti dolū: nequiciæ arguens ꝓditorē: eo q⁹ inſtrumentū hmōi ad hominis adhibetur ornatū: & plærūq; ulcerat. Si qs igit̄ prætendat gratiā: & dolum nectat: Doech ꝓditoris exemplo ut eum quē celare & ptegere debeat: ꝓdat ad mortē inſtrumenti iſtius cōparatione cenſeť: qđ ebriæ mētis & titubantis uitio manus uulnerare cōſueuit: Sicut iſte maliciæ ebri⁹ uino p funeſtæ ꝓditionis indiciū Abimelech ſacerdoti necem detulit: eo q⁹ ꝓphetam hoſpitio ſuſcepiſſet: quē rex inuidiæ accenſus ſtimulis ꝓſequebat.

De malo temerarij iuramenti: paradigma de Herode & Iepte: & q⁹ filia eius ſponte ſua die condicta reuerſa: fidem illorum præcellat pythagoreorū qui ſe uades inuicem dederunt. Ca. XII.

QVrum igitur ac ſincerū oportet eſſe affectum: ut unuſquiſq; ſimplicē ſermonē ꝓferat: uas ſuū in ſanctificatione poſſideat: nec fratrē ſuū circūſcriptione uerborū inducat: nihil ꝓmittat inhoneſtum: at ſi ꝓmiſerit tolerabilius eſt ꝓmiſſam nō facere: q̄ facere qđ turpe ſit. Sæpe plæriq; cōſtringunt ſeipſos iuriſiurandi ſacramento: & cū ipſi cognouerint ꝓmittendū nō fuiſſe: ſacramenti tamē cōtemplatione faciunt: quod ſponderūt. Sicut de Herode ſupra ſcripſimus: q ſaltatrici præmiū turpiter ꝓmiſit: crudeliter ſoluit. Turpe q⁹ regnū ꝓ ſaltatione ꝓmittit̄: crudele q⁹ mors ꝓphetæ ꝓ iuriſiurandi religione donatur. Quāto tolerabilius tali fuiſſet periurij ſacramento: ſi tamē periurij poſſit dici: qđ ebrius inter uina iurauerat: qđ deieratus inter ſaltantium choros ꝓmiſerat. Infertur diſco ꝓphetæ caput: & hoc æſtimatū eſt fidei eſſe: qđ amentiæ fuit. Neq; unquā adducar ut credā nō ineaute ꝓmiſiſſe principem Iepte: ut immolaret deo quicquid ſibi reuertēti intra limē dom⁹ ſuæ occurreret: cū & ipſum uoti pœnituerit ſui poſtq̄ filia occurrit ſibi. Deniq; cōſcidit ueſtimenta ſua: & dixit: Heu me filia: ipediſti mihi: impediſti mihi: in ſtimulū dolorum facta es mihi. Qui licet pio metu ac formidine acerbitatē duræ ſolutionis impleuerit: tamen luctū annuum etiā poſteris deplorandū ſtatuit ac dereliquit. Dura ꝓmiſſio: acerbior ſolutio: quā neceſſe habuit lugere etiā ipſe qui fecit. Deniq; factū eſt præceptū & decretum in iſrael ex diebus in dies. Ambulabūt inquit filiæ populi iſrael: lugentes filiam Iepte galaditidis quattuor diebus in anno. Nō poſſum accuſare uirum qui neceſſe habuit implere quæ uouerat: ſed tamē miſerabilis neceſſitas quæ ſoluitur parricidio. Melius eſt non uouere: q̄ uouere id quod ſibi cui ꝓmittitur nolit exolui. Deniq; in Iſaac habemus exēplū: ꝓ quo arietem de⁹ ſtatuit immolari

Wiſ. 5.

Matth. 8. Pō. 51.

1. Reg. 22.

Matth. 14.

Iudiſ. 11.

sibi. Non semp igitur ꝑmissa soluenda omnia sunt. Deniq; ipse domin⁹ frequenter suam mutat sententiã: sicut scriptura indicat. Nã & in eo libro qui inscribit Numeri:
Numeri.14. ꝑposuerat percutere morte: & perdere populũ: sed postea rogatus a Moyse: recõ-
Numeri.16. ciliatus est populo suo. Et iterũ ad Moysen & Aaron ait: Diuidite uos de medio synagogæ: & cõsũmabo eos simul. Quib⁹ discedentib⁹ a cœtu: Datban & Abiron: atq;
Judic.11. Chore subito impios terra prærupto soluta hiatu absorbuit. Præcellẽti⁹ & antiqui⁹ istud exemplũ de filia Iepte: q̃ illud qd̃ memorabile habeꝫ apud philosophos de duobus pythagoreis. Quorũ alter cum a tyranno Dionysio capitis damnat⁹ esset: præscripto mortis die: poposcit ut domũ pergẽdi ei facultas daretur: quo cõmendaret suos. Ac ne reuertendi nutaret fides: uadem mortis obtulit: ea conditione: ut si ipse deforet ad constitutũ diem: uas eius sibi ꝑ eo moriendũ agnosceret. Nec qualitatẽ sponsionis qui offerebaꝫ recusauit: cõstantiq; animo diem necis præstolabaꝫ. Itaq; alter se nõ subtraxit: alter ad diẽ repedauit. Qd̃ eousq; fuit mirabile: ut tyrãn⁹ eos sibi in amicitiã ascisceret: quorũ urgebat periculũ. Qd̃ ergo in spectatis & eruditis uiris plenũ miraculi est: hoc in uirgine multo magnificẽtius: multoq; illustrius deprehenditur: Quæ ingemiscẽti patri ait: Fac mihi ut exiuit de ore tuo. Sed spaciũ duorum popposcit mensiũ: ut cũ æqualibus conuentũ ageret in montibus: quæ uirginitatẽ ei⁹ prædestinatã neci pio affectu ꝑsequerentur. Nec flet⁹ æqualiũ mouit puellam: nec dolor flexit: nec gemitus retardauit: nec dies præterijt: nec fefellit hora. Rediit ad patrẽ: quasi ad uotũ rediret: & uoluntate ꝓpria cunctantẽ impulit: fecitq; arbitratu spontaneo: ut qd̃ erat impietatis fortuitũ fieret pietatis sacrificiũ.

¶ Quantũ periculum luditb honestatis intuitu subierit. Ca. XIII.

Ecce tibi luditb se offert mirabilis: quæ formidatũ ꝑplis uirũ Holofernẽ adijt: assyriorum triumphali septũ caterua. Quẽ primo formæ gratia & cultus decore perculit: deinde sermonis circũscripsit elegantia. Primus triũphus eius fuit ꝙ integrũ pudorem de tabernaculo hostis reuexit. Secũdus: ꝙ fœmina de uiro reportauit uictoriam: fugauit populos cõsilio suo. Horruerũt persæ audaciam eius. Vtiq; (qd̃ in illis pythagoreis duobus mirantur) nõ expauit mortis periculũ: sed nec pudoris qd̃ est grauius bonis fœminis: nõ unius ictum carnificis: sed nec totius exercitus tela trepidauit. Stetit inter cuneos bellatoq; fœmina: inter uictricia arma: secura mortis. Quantũ ad molem spectat periculi: moritura ꝓcessit: quantũ aꝺ fidem dimicatura. Honestatẽ igitur secuta est luditb: & dũ eam sequitur utilitatem inuenit. Honestatis em̃ fuit ꝓhibere: ne populus dei se ꝑphanis dederet: ne ritus patrios & sacramenta ꝑderet: ne sacras uirgines: uiduas graues: pudicas matronas: barbaricæ subijceret impuritati: ne obsidionẽ deditiõe solueret. Honestatis fuit se malle ꝓ omnibus periclitari: ut omnes eximeret a periculo. Quanta honestatis auctoritas: ut cõsilium de summis rebus fœmina sibi uendicaret: nec principibus populi committeret. Quanta honestatis auctoritas: ut deum adiutorem præsumeret: quanta gratia ut inueniret.

¶ Q; semp honestatẽ sequatur utilitas: qd̃ licet apud homines aliter sæpe contingere uideatur: apud deũ tamen perpetuo ita esse cõprobaꝫ: ad exemplũ ductis in medium Helisæo: Iohanne baptista: ducib⁹ græcorũ & romanorum: & Susanna: Moyse: Raguel: filijs israel: qui imminente captiuitate: ignem poti⁹ sacrificij q̃ thesauros abscondere uoluerunt. Et de his qui uxorem leuitæ ab habitatoribus gabaa stupro enectam bello sunt ulti. Leprosis quoq; qui nutu diuino fugato de obsidione samariæ syriorum exercitu fugam eorum potius in ciuitatem indicare: q̃ repertis incumbere decreuerunt. Ca. XIIII.

Iesi.6. Quid uero Helisæus nisi honestatẽ secutus est: cũ exercitũ syriæ: qui ad obsidendũ eum uenerat: captiuũ introduxit in samariã: cuius oculos cæcitate obduxerat: & dixit: Dñe aperi oculos eorũ ut uideant: & uiderũt: Itaq; cũ rex israel ꝑcutere ingressos uellet: eãq; sibi dari a ꝑpheta facultatẽ poscceret: respondit: non ꝑcutiendos quoq; captiuitate nõ esset manu operat⁹ armisq; bellicis: sed magis

subsidio alimentorū iuuandos. Deniq; epulatis refectis copijs: nunq; postea in terrā israel piratæ syriæ reuertendū putarunt. ¶Quanto hoc sublimius q illud græcorū: q cū duo populi aduersum se de gloria imperioq; decertarent: & alter ex his haberet copiam: quēadmodū naues alteri⁹ populi clanculo exureret turpe credidit: malitq; minus posse honeste: q plus turpiter. Et isti quidē sine flagitio hoc facere nequibant: ut eos qui cōsummandi belli perfici gratia in societatē cōuenerant: hac fraude deciperent: quā licet possent negare: nō possent tū nō erubescere. ¶Helisæus autē nō fraude deceptos licet sed potestate domini percussos: maluit tamē seruare q perdere: quia decorū foret hostī parcere: & aduersario donare uitā: quā potuisset auferre: nisi pepcisset. ¶Liquet igitur id qđ decorū est: semp esse utile. ¶Nā & Iudith sancta decoro cōtemptu ppriæ salutis soluit obsidionis periculū: & publicā honestate ppria acquisiuit utilitatē. ¶Helisæus gloriosius ignouit q pculit: & utilius seruauit hostes: q cœperat. ¶Quid aūt aliud Iohannes: nisi honestatē cōsiderauit: ut mhonestas nuptias etiā in rege nō posset ppeti dicens: Non licet tibi illā uxorē habere? Potuit tacere: nisi indecorum sibi iudicasset mortis metu uerū non dicere: inclinari regi: propheticam auctoritatē adulatione subtexere. Sciebat utiq; moriturum se esse: quia regi aduersabat⁹: sed honestatē saluti prætulit: Et tamen quid utilius? q qđ passionis uiro sancto aduexit gloriā? ¶Sancta quoq; Susanna denūciato falsi testimonij terrore: cū binc se uideret urgeri periculo: unde opprobrio: maluit honesta morte uitare opprobrium: q studio salutis turpem uitā subire ac sustinere. Itaq; dum honestati intendit: etiā uitam reseruauit: quæ si id quod sibi uidebatur ad uitā utile præoptasset: nō tātā reportasset gloriam: immo etiā id quod nō solum inutile sed etiā periculosum foret: pœnā criminis forsitan nō euasisset. ¶Aduertim⁹ igitur quia id quod turpe est: non potest esse utile: neq; rursus id quod honestū est inutile: quia cōplex honestatis est semp utilitas: & utilitatis honestas. ¶Memorabile ferūt rhetores: q dux romanorū cum ad eum aduersarij regis medicus uenisset: pollicēs daturum se regi uenenū: uinctū eum ad hostem remiserit. Et reuera prædarū ut qui uirtutis certamē susceperat: nollet fraude uincere. Non em in uictoria honestatē ponebat: sed ipsam: nisi honestate quæsitā: uictoriā turpem prænūciabat. ¶Redeamus ad nostrū Moysen: atq; ad superiora reuertamur: ut quāto præstantiora: tanto antiquiora ppemamus. ¶Nolebat ægypti rex populum dimittere patrū. Dixit Moyses sacerdoti Aaron: ut extenderet uirgā suam sup omnes aquas egypti. Extendit Aaron: & cōuersa est aqua fluminis in sanguinē: & nemo poterat bibere aquā: omnesq; ægyptij siti peribant: sincæra aūt fluenta patribus abundabant. Iactauerunt fauillam in cælum: & facta sunt ulcera: & uelicæ cadentes in hominibus & quadrupedibus. Deduxerunt grandinē in igne flāmeo: cōtrita erant super terrā omnia: Rogauit Moyses: & uniuersa in suam gratiā reuerterunt. Grando sedata est: sanata ulcera: solutos potus flumina præbuerūt. Iterum caligantibus tenebris operta erat terra per triduū: ex quo Moyses manum leuauerat: & tenebras infuderat. Moriebatur omne primogenitū ægyptiorū: cum hebræorū omnis esset inoffensa ppgenies. Rogatur Moyses: ut his quoq; finem exitijs daret: orauit & impetrauit. In illo prædicandum: q a fraudis consortio tēperauerit: in hoc mirabile qđ diuinitus intenta supplicia: & uirtute propria etiam ab hoste detorserit. Vere nimirū (sicut scriptū est) mansuetus & mitis: sciebat q fidem rex nō seruaret ppmissi: tamē honestū putabat ut rogatus oraret: læsus benediceret: appetit⁹ remitteret. Proiecit uirgā: & serpens fact⁹ est qui deuorauit serpētes ægyptiorū: significans q uerbū caro fieret: quæ serpentis diri uenena uacuaret p remissionē & indulgētiā peccatorū. Virga est em uerbū directum: regale plenū potestatis: insigne imperij. Virga serpens facta est: quoniā qui erat filius dei ex deo patre natus: filius hominis fact⁹ est nat⁹ ex uirgine: qui quasi serpēs exaltatus in cruce: medicinā uulneribus infudit humanis. Vnde & ipse dominus ait: Sicut Moyses exaltauit serpentē in deserto: ita exaltari oportet filium hominis. Deniq; & alter⁹ in signū ad dominū Iesum pertinet qđ fecit Moyses: Manum suam misit in sinū: & ptulit

Matt. 6.

Daniel. 13.

Exo. 7.

Ioh. 3.

eam: & facta est manꝰ eius sicut nix. Iterū misit & ꝓtulit eam: & erat sicut carnis hūanæ species: significans domini Iesu primū fulgorem diuinitatis: postea susceptionē carnis: in qua fide credere omnes gentes populosq; oporteret. Merito manū misit: qua dextera dei christus est: in cuius diuinitatē & incarnationē si quis nō crediderit: quasi reprobꝰ flagellaꝫ: sicut ille rex: qui qm̄ signis nō credidit euidentib⁹ postea flagellatꝰ orabat: ut ueniā mereret. ¶ Quātus igit̄ honestatis affectꝰ esse debeat: ex his ꝓbaꝫ: & eo maxie q̄ se obijciebat ꝓ ppl'o dices: ut remitteret ppl'o deꝰ: aut certe de libro uiuentū se deleret. ¶ Tobias quoq; formā exp̄sit honestatis euidentiꝰ: cū re-
Tobie.1. licto cōuiuio mortuos sepeliret: & ad cibos paupis mensæ inuitaret iopes. ¶ Raguel
Tobie.7. præcipuæ cōtēplatione honestatis: cū rogaretur ut filiā suā in coniugiū daret: uitia quoq; filiæ nō tacebat: ne circūuenire petitorem uideretur tacendo. Itaq; cū Tobias filiꝰ Tobiæ poscceret ut sibi eam daret puellam: respondit: lege quidē ipsi eam deberi tanq̄ ꝓpinquo: sed dedisse se eā iam sex uiris: & omnes eos esse mortuos. Iustus itaq; uir plus alienis timebat: & mallebat innuptam sibi manere filiam: q̄ ꝓpter nuptias eius extraneos periclitari. ¶ Q breuiter absoluit omnes quæstiones philosophorum. Illi de uitijs tractant domoꝝ: tegenda an ꝓdenda a uēditore uideantur: hic noster nec filiæ uitia celanda arbitratus est. Et certe non ipse affectabat ut eā traderet: sed rogabatur. Quanto utiq; iste honestior sit illis: dubitare nō possumus: si conferamus quāto præstantior sit filiæ causa: q̄ rei uenalis pecunia. ¶ Cōsideremus aliud qđ in captiuitate gestum summū tenuit honestatis decorem. Nullis eū aduersis honestas impeditur: quæ in his eminet: & magis præcellit q̄ in ꝓsperis. Inter uincula itaq; inter arma: flāmas: seruitutē quæ liberis omni supplicio grauior ē: inter pœnas mortis: excidia patriæ: uiroꝝ formidinē: pemptorū sāguinē: nō excidit m̄ cura honestatis maioribꝰ nr̄is: sed inter euersæ patriæ cineres & fauillas: in affectibꝰ pijs resplēduit & refulsit. ¶ Nā cū in pfidē ducerent patres nostri: q tunc dei oipotētis cultores
2. Macha5. 1. erant: acceptū ignē de altari sacerdotes dñi occulte in ualle absconderunt. Erat illic uelut patens puteus: aquæ secessu infrequēs: nec populari usui patens: ignoto & ab arbitris remoto loco: ibi obsignauerunt indicio sacro pariter ac silentio ignē reconditum. Nō illis studio fuit aurum defodere: argentū absconderē: quod seruarēt posteris suis: sed inter extrema sua honestatis curā habentes: sacrū ignem seruandum putauerūt: ne eum uel impuri cōtaminarēt: uel defunctoꝝ sanguis extingueret: uel deformiū ruinarum aceruus aboleret. Abierunt itaq; in perfidē sola religione liberi: quoniā sola illis p captiuitatē extorqueri nequiuit. ¶ Post plurimū uero tēporis: q̄ placuit deo: dedit hanc mentē regi persaꝝ ut restaurari in iudæa templum: & legitimos reparari hierosolymis ritus iuberet. Cuiꝰ gratia muneris: Neemiam sacerdotē rex persarū direxit. At ille secū deduxit illorum sacerdotū nepotes: qui ꝓfecturi de patrio solo: sacq; ne periret ignem absconderunt. Venientes autē: ut patꝝ sermone est ꝓditū: nō inuenerūt ignē: sed aquā grassā. Et cū deesset ignis quo adolerēt altaria: haurire eos aquam: Neemias sacerdos sibiq; deferre: & aspergere sup ligna præcepit. ¶ Tunc uisa mirabile: cū esset cælum intextum nubibus: sol repente illuxit: accensus est magnus ignis: ita ut omnes in tam euidēti domini gratia: factum stupētes lætitia perfunderetur. Orabat Neemias: psallebant sacerdotes hymnū deo usq; quo consumptū est sacrificium. Iussit iterum Neemias reliqua aqua maiores perfundi lapides. Quo facto flamma accensa est: lumen autē refulgens ab altari cōsumptū ilico est. Hoc patefacto indicio: rex persarum eo loco in quo ignis fuerat absconditus: & postea reperta est aqua: templū fieri mandauit: cui inferebant dona plurima. Appellauerunt autē illud qui erant cū sancto Neemia epathar: quod interpretatiōnē habet purificatiōis: a plurimis nepthe uocatur. ¶ Inuenitur autē in descriptionib⁹ Hieremiæ ꝓphetæ: q̄ iusserit accipere de igne eos qui postea essent futuri. Hic est ignis qui cecidit super sacrificium Moysi: & cōsumpsit illud: sicut scriptum est: Quia exiuit ignis a domino: & consumpsit uniuersa quæ erant sup altare holocausta. Hoc igne oportebat sanctificari sacrificium. Ideoq; & filios Aaron qui alienū ignem inferre uoluerunt: exuit iterum ignis a domino & cōsumpsit eos: ita ut mortui extra ca-

stra ꝓijcerentur. Venies autem Hieremias in locum: inuenit domum in modū spelunce: & tabernaculū: & arcam: & altare incensi intulit illuc: & obstruxit ostium. ¶ Qđ cum bi qui simul uenerant curiosius perscrutarent: ut notarent sibi locum: nequaquā cōprehēdere atq; inuenire potuerunt. Vt autē cognouit Hieremias quod affectassent: dixit: Ignotus erit locus: donec congreget deus congregationem populi: & ꝓpitius fiat. Tunc deus ostēdet hæc: & apparebit maiestas domini. ¶ Cōgregationē populi tenemus: ꝓpitiationē domini dei nostri agnoscimus: quā ꝓpitiator in sua operatus est passione. Arbitror q; nec ignem istū possimus ignorare: cū legerimus: quia baptiçat dominꝰ Iesus in spiritu sancto & igni: sicut in euangelio dixit Iohānes. Merito consumebatur sacrificiū: quoniā ꝓ peccato erat. Ille autē ignis typus spiritussancti fuit: qui descensurus erat post domini ascensionē: & remissurus peccata omniū: qui quasi ignis inflammat animū ac mentē fidelem. Vnde ait Hieremias: accepto spiritu: Et factum est in corde meo ut ignis ardens: flāmigerans in ossibus meis: & dissolutus sum undiq; & ferre non possum. Sed & in actibꝰ apostolorū cum descendisset super apostolos spūssanctus: & plærosq; qui expectabant ꝓmissa dñi: tanquā ignem dispersas esse linguas legimus. Deniq; sic uaporabatur animus singulorū: ut musto repleti esse æstimarentur: qui acceperant linguarū diuersitatem. Quid ergo sibi uult ꝙ ignis aqua factus est: & aqua ignem excitauit: nisi quia spiritalis gratia per ignem exurit: per aquā mundat peccata nostra? Eluitur eīm peccatum: & exuritur. Vnde & Apostolus ait: Vnuscuiusq; opus quale sit ignis probabit. Et infra: Si cuius opus arserit: detrimentū patietur: ipse autē saluus erit: sic tamen quasi ꝓ ignē. Quod ideo posuimus: ut ꝓbaremus per ignem exuri peccata. Notū est ergo hunc esse uere ignem sacrū: qui tunc in typo futuræ remissionis peccatorū descendit super sacrificium. Hic igitur ignis absconditꝰ captiuitatis tempore quo culpa regnat: tēpore autem libertatis ꝓmitur. Et licet in aquæ specié mutatus: tamē seruat ignis naturam: ut consumeret sacrificiū. Nec mireris: cum legeris: quia pater deꝰ dixit: Ego sum ignis consumens. Et alibi: Me dereliquerunt fontem aquæ uiuæ. Ipse quoq; dominus Iesus quasi ignis inflāmat audientium corda: quasi fons refrigerat. Nam ipse in euāgelio suo dicit: ꝙ ideo uenerit ut ignem in terras mitteret: & potum sitientibꝰ aquæ uiuæ ministraret. Heliæ quoq; tēpore defecit ignis: quādo ꝓuocauit ꝓphetas gentium ut altare sine igne accenderēt. Et cū illi nequissent facere: hostiā suam tertio ipse perfudit aqua: & manabat aqua in circuitu altaris: & exclamauit: & cecidit ignis a domino de cælis: & cōsumpsit holocaustum. ¶ Hostia illa tu es: Cōsidera tacitus singula. In te descendit uapor spiritussancti: te uidet exurere cū tua peccata consumit.

Isaiæ.20.

1.Cor.3.

Hiere.2.

3.Reg.18.

Deniq; qđ consumptū est sacrificiū Moysi tēpore: sacrificium ꝓ peccato erat. Vnde Moyses ait: sicut in Machabæoꝝ scriptū est libro: eo ꝙ nō sit manducatū qđ erat ꝓ peccato: cōsūptū est. Nōne tibi cōsumi uidet: qñ in baptismatis sacramēto iterū hō totꝰ exterior? Vetus hō noster exterior crucifixꝰ est cruci: Apls clamat. Illic sicut patrū exēpla te docēt ægyptꝰ demergit: hebræꝰ resurgit sancto renouatus spū: qui etiā ꝓ mare rubrū iter offenso trāsiuit uestigio: ubi baptiçati sunt prēs sub nube: & in mari. In diluuio quoq; Noe tpe mortua est ois caro: iustus tū cū sua ꝓgenie seruatꝰ est. An nō consumit hō: cū absolute mortale illud a uita? Deniq; exterior corrūpit: sed interior renouat. Nec solū in baptismate: sed etiā in pœnitēcia fit carnis iteritꝰ ad ꝓfectum spūs: sicut aplica docemur auctoritate: dicēte sancto Paulo: Iudicaui ut præsēs eū q hic opatꝰ est tradere hmōi satbanæ in interitū carnis: ut spūs saluus sit in die domini nostri Iesu christi. Prolixior excursus admirādi gratia mysterij factus uidetur: dū studemus reuelatū plenius sacramentū pandere: qđ eousq; plenū honestatis est ut sit plenum religionis. ¶ Quanta autē honestatis cura maioribus fuerit: ut unius mulieris iniuriam stupro illatam intēperantium bello persequerētur: & uicto populo tribus Beniamin obtestarentur in coniugium se eis ꝓprias filias non daturos. Remanserat tribus sine ullo posteritatis subsidio: nisi fraudis necessariæ accepisset licētia. Quæ tamen indulgentia congruo intemperantiæ supplicio nō uidetur uacare:

Iohā.6.

1.Cor.4.

1.Cor.5.

quãdo illis hoc solũ pmissum est: ut raptu inirent cõiugia: nõ conubij sacramento. Et reuera dignũ fuit: ut qui alienũ cõtuberniũ soluerant: ipsi nuptiarũ amitterent sollẽ-
Judic. 19. nitatẽ. ¶ Ex plena autẽ miserationis historia: Vir inquit leuita acceperat sibi iugalẽ: qnã a cõcubitu cõcubinã appellatam arbitror: quæ aliquãdo post quibusdã: ut fieri solet: offensa rebus ad patrẽ se cõtulit: & fuit illic quattuor mẽsibus. Exurrexit uir eius & abijt ad socerũ suũ domũ: ut cũ sua iugali repararet gratiã: & reuocaret eã: ac reduceret. Occurrit ei mulier: atq; in domũ patris sui introduxit maritũ. Lætatꝰ adolescẽtulæ pater: uenit obuiã: & sedit cũ eo tribus diebus: & epulati sunt: & quieuerunt. Et sequenti die surrexit leuita diluculo: & retẽtus est a socero: ut tam cito nõ discederet conuiuij iocunditatẽ. Et alio & tertio die nõ pmisit pater adolescentulæ ꝓficisci generum suũ: donec lætitia & gratia inter eos omnis cõsummaretur. Sed die septimo cũ iam ad uesperum declinaret dies: post mensas & læta cõuiuia: cum prætexeret finitimæ noctis uicinia: ut apud suos potius q̃ apud extraneos requiescendũ putaret: nequiuit tenere: & dimisit una cũ filia sua uirum. Verũ ubi facta est aliqua ꝓgressio: cum uesper iam ꝓpior urgeret: & appropinquandum foret ad urbem iebulæorũ: dicente seruulo ut ad eã domin⁹ suus deflecteret: nõ acquieuit dominꝰ suꝰ: quia non erat ea ciuitas filiorũ israel: sed intendit peruenire usq; gabaa: quæ habitabatur a populo tribus Beniamin. Nec erat quisquã qui aduenientes reciperet hospitio: nisi uir peregrinus ꝓgressa ætate. Qui cũ aspexisset eos: & interrogasset leuitã: quo uadis: uel unde uenis: quo respondente quia esset uiator: & repeteret montẽ effrem: & nõ esset qui colligeret eum: hospitiũ ei obtulit: & adornauit conuiuiũ. At ubi satietas epulandi facta est: & mensæ remotæ: irruentes pestilentes uiri circũierunt domũ. Tunc senior filiã suam uirginẽ: & coæqualẽ eius cum qua cubitare solita esset offerebat uiris iniquitatis: tantũ ne uis irrogaretur hospiti. Verum ubi parum ratio ꝓcessit & ius prævaluit: cessit leuites iugali suæ. Et cognouerũt eã: & tota nocte illuserunt ei. Qua atrocitate uel dolore victa iniuriæ: ante hostium hospitis quo uir suus diuerterat ꝓiecit se atq; exhalauit spiritum: supræmo licet uitæ munere affectũ bonæ cõiugis seruans: ut exequias saltem sui funeris marito reseruaret. Quo cognito (ne multis moror) omnis ꝓpe populus israel in bellũ exarsit: dubioq; euentu cum anceps maneret prælium: tertia tamen prælandi uice tradit⁹ est populus beniamin populo israel: & diuina iudicatus sententia pœnas intẽperantiæ luit. Cõdemnatus quoq; ne quis ei ex numero patrũ filiam suã daret in uxorem. Idq; confirmatũ iurisiurandi sacramento est. Sed cõpuncti q̃ tam acerbã in fratres tulissent sententiã: ita seueritatẽ eius temperauerunt: ut orbatas parẽtibus uirgines in coniugiũ sibi ascisceret: quorum patres ꝓ delicto pempti forent: uel raptu copulam sociarent: quia ꝓ tam turpis cõmissi facinore: qui alieni matrimonij ius uiolauerant indignos se impetrando exhibuere matrimonio. Sed ne piret una a populo tribus: fraudis indulta est cõniuẽtia. ¶ Quãta igitur honestatis cura maiorib⁹ fuerit: hinc ꝓdit: ut quadraginta milia uiroꝝ istringerent gladiũ aduersus fratres suos de tribu Beniamin: dum ulcisci uolunt iniuriam pudicitiæ: quia temeratores castitatis non sufferebantur. Itaq; in eo bello cæsa sunt utrimq; sexaginta quinq; milia bellatorũ: & exustæ urbes. Et cum inferior primo fuisset populus israel: tamẽ nec aduersi metu belli percitus uindicãdæ castitatis seque strauit dolorem. Ruebat in prælium: uel sanguine suo paranꝰ cõmissi flagitij diluere
Reg. 6. notam. ¶ Et quid mirũ si populo dei decorũ illud atq; honestũ curæ fuit: quãdo etiã leprosis (sicut in libris Regnorũ legimus) honestatis nõ defuit consideratio: Fames erat magna in samaria: quia obsederat eam syrorũ exercitus. Rex militares excubias supra murũ sollicitus reuisebat: Interpellauit eũ mulier dicens: Persuasit mihi hæc mulier ut afferrẽ filiũ meũ: & attuli: & coximus & comedimus eũ: & ꝓmisit ut & ipsa postea filium suum afferret: & carnes illius simul manducaremus. Nunc autem filium suum abscondit: & non uult eum afferre. Motus rex q̃ non solum humanis sed etiam parricidalibus cadaueribus mulieres pastæ uiderentur: & tam atrocis calamitatis exemplo percitus: Helisæo ꝓphetæ mandauit necem: cuius in potestate fore

crederet: ut obsidionem solueret: ꝑpulsaret famem: uel quia nō permiserat regi ut
perueteret syros quos cæcitate perfuderat. Sedebat Helisæus cū senioribus in be-
thel: & priusq̄ introiret ad eum regis nūcius ait ad seniores uiros: Si uidistis: quoniā
filius homicidæ illi⁹ misit auferre caput meū: Et introuit nuncius: & mandatū regis
pertulit: denuncians præsens capitis periculū. Cui respondit ꝑpheta: Hac hora diei 4. Reg. 7.
crastina: mēsura similaginis sicli: & duæ mēsuræ hordei sicli in porta samariæ. Et cū
missus a rege nūcius nō credidisset: dicens: Si pluerit dominus abundantiā de cælo
frumēti: nec siquidē id posse effici: Dixit ad eū Helisæus: Quia non credidisti: oculis
tuis uidebis: & nō manducabis. Et factus est subito in castris syriæ uelut quadrigarū
sonus: & uox multitudinis & uox magnæ uirtutis atq; ingens belli tumultus: & arbi
trati sunt syri: q̄ rex israel in societate aduocasset prælij regē ægypti: & regē amor-
reorum: & fugerunt diluculo: relinquētes tabernacula sua: quoniā uerebant ne im-
prouiso aduentu nouorū opprimerent hostiū: & cōiunctis regū uiribus nō possent
resistere. Id incognitū samariæ erat: quoniā uicti metu & fame rabidi: nec prætende-
re audebāt. Erant autē leprosi quattuor ad portā ciuitatis: quibus uita erat supplī-
cium: & mori lucrū: & dixerunt ad se inuicē: Ecce nos hic sedem⁹: & morimur. Si in-
gredimur urbem: moriemur fame: si manemus hic nullū subsidium uiuēdi suppetit
nobis: Eamus in castra syriæ: aut cōpendium mortis erit: aut salutis remediū. Perre-
xerunt itaq; & intrauerūt castra: & ecce omnia nuda hostiū. Ingressi tabernacula: pri
mum repertis alimētis fugauerūt famem: deinde auri & argenti quantū potuerunt
diripuerūt. Et cū soli prædæ incūberent: disposuerunt tamē regi nūciare fugisse sy-
rios: quia id honestū arbitrabantur: q̄ represso indicio fouere fraudis rapinam. Quo
indicio egressus est populus: & diripuit castra syriæ: & cōmeat⁹ hostiū: Abundātiā
fecit annonæ: ultate reddidit: ut ꝑm ꝑpheticum dictū mensura similaginis sicli: &
duæ mensuræ hordei pari precio constarēt. In hac lætitia plæbis: nuncius ille in quo
requiescebat rex: cōstitutus in porta: inter exeuntiū festinationē & remeantiū exul
tationem: conculcatus a plæbe mortuus est.

¶ Laus honestatis: magnanimitate Hester: & fide Ionathæ commendatur & Abi-
melēch. Ca. XV.

QVid Hester regina: nonne ut populum suum periculo exueret (qđ erat de-
corum atq; honestum) morti se obtulit: nec immitis regis trepidauit furorē?
Ipse quoq; rex persarum ferox atq; tumido corde: tamē decorū iudicauit in-
dici insidiarum quæ sibi paratæ forent gratiam repræsentare: populūq; liberū a ser-
uitute eripere: eruere nec: nec parcere necī ei⁹ qui tā indecora suasisset. Deniq; quē
secundū a se præcipuū inter omnes amicos haberet: cruci tradidit: q̄ deboneſtatū
se eius fraudulentis cōsilijs animaduertisset. ¶ Ea em̄ amicitia ꝑbabilis quæ honesta
tem tuetur: præferenda sane opibus: honoribus: potestatibus: honestati uero præ-
ferri non solet: sed honestatem sequi. Qualis fuit Ionathæ: qui pro pietate nec offen
sam patris: nec salutis periculum refugiebat. Qualis fuit Abimelech: qui pro hospi-
talis gratiæ officijs necem potius sui q̄ proditionem fugientis amici subeundam ar-
bitrabatur.

¶ De moderamine amicitiæ conseruandæ: clauditur uolumen. Ca. XVI.

AN ibi igitur præferendum honestati: quæ tamen ne amicitiæ studio præterea-
tur: etiam hoc scriptura admonet. Sunt enim plærāq; philosophoꝝ quæsti-
ones: utrū amici causa quisquā contra patriam sentire nec ne debeat: ut ami-
co obediat: utrum oporteat ut fidem deserat: dum indulget atq; intēdit amici com-
moditatibus. Et scriptura quidem ait: Claua & gladi⁹ & sagitta ferrata: sic homo est Proue. 25.
testimonium dans falsum aduersus amicum suum. Sed considera quid astruat. Non
testimonium reprehendit dictum in amicum: sed falsum testimonium. Quid enim
si dei causa: quid si patriæ cogatur aliquis dicere testimonium? Nunquid præpon-
derare debet amicitia religioni: præponderare charitati ciuium? In his tamen ipsis
rebus requirenda est ueritas testimonij: ne amicus appetatur amici perfidia: cuius

fide absolui debebat. Amicus itaq; neque noxio gratificari debet: neque innocenti insidiari. ¶ Sane si necesse sit dicere testimonium: si quid in amico uitij cognouerit corripere occulte: si non audierit corripere palam. Sunt enim bonæ correptiones: & plærum meliores: q̄ tacita amicitia. Et si lædi se putat amicus: tu tamen corripe. Et si amaritudo correptionis animū ei⁹ uulneret: tu tamē corripere ne uerearis.

Prouer. 27. Tolerabiliora sunt em̄ amici uulnera: q̄ adulantiū oscula. Errantē igitur amicū corripe: innocentē amicum ne deseras. Constans em̄ debet esse amicitia: pseuerare in affectu. Nō puerili modo amicos mutare uaga quadā debemus sentētia. Aperi pect⁹ tuum amico: ut fidelis sit tibi: & capias ex eo uitæ tuæ iocunditatē. Fidelis enim amicus: medicamētū est uitæ & immortalitatis gratia. Defer amico ut æquali: nec te pudeat ut præuenias amicū officio. Amicitia em̄ nescit superbiā. Ideo em̄ sapiens dicit:

Eccl. 22. Amicum salutare non erubescas. Nec deseras amicū in necessitate: nec derelinquas eum: neq; destituas: quoniā amicitia uitæ adiumētū est. Ideo in ea onera nostra portemus: sicut Apostolus docuit. Dicit em̄ his quos eadē complexa est charitas. Ecce em̄ si amici secundæ res amicos adiuuant: cur nō & in aduersis amici rebus amicorū adiumentū suppetat? Iuuemus cōsilio: cōferamus studia: cōpatiamur affectu. Si necesse est: toleremus ꝓpter amicū etiam aspera. ¶ Plærūq; inimicitiæ subeundæ sunt ꝓpter amici innocentiā: sæpe obtrectationes. Si restiteris uel responderis cū amic⁹ arguitur & accusat: nec te pœniteant eiusmodi offensiones. Iusti em̄ uox est: Et si mala mihi euenerint ꝓpter amicum sustineo. In aduersis em̄ amic⁹ ꝓbatur. Nam in ꝓsperis amici omnes uidentur. Sed ut in aduersis amici patientia & tolerātia necessaria est: sic in ꝓsperis auctoritas cōgrua est: ut insolentiā & extollentiā amici reprimat &

Iob. 9. redarguat. Q̄ pulchre in aduersis positus Iob dicit: Miseremini mei amici mei miseremini. Non quasi abiecta uox ista est: sed quasi censoria. Nā cum iniuste arguitur ab amicis: respōdit: Miseremini mei amici. hoc est: misericordiā debetis facere. Opprimitis autē uos & impugnatis hominem: cuius crūnis compati ꝓ amicitia uos oportebat. ¶ Seruate igit̄ filij initam cū fratribus amicitiā: qua nihil est in rebus humanis pulchrius. Solatium quippe uitæ huius est: ut habeas cui pectus aperias tuum: cum quo arcana participes: cui cōmittas secretum pectoris tui: ut colloces tibi fidelem uirum: qui in ꝓsperis gratuletᵉ tibi: in tristibus cōpatiatur: in persecutionibus adhortetur. Q̄ boni amici hebræi pueri: quos a sui amore nec fornacis ardētis flamma diui-

2. Reg. 1. sit. De quo loco: ut superi⁹ dixim⁹: bene ait sanctus Dauid: Saul & Ionathas speciosi & charissimi: inseparabiles in uita sua: & in morte nō sunt separati. Hic est amicitiæ fructus: nō ut fides ꝓpter amicitiā destruatur. Non potest em̄ homini amicus esse: qui deo fuerit infidus. Pietatis custos amicitia est: & æqualitatis magistra: ut superior inferiori se exhibeat æqualē: inferior superiori. Inter dispares enim mores nō potest esse amicitia: & ideo cōuenire sibi utriusq; debet gratia. Nec auctoritas desit inferiori: si res popposcerit: nec humilitas superiori. Audiat quasi parem: quasi æqualē: & ille quasi amicus moneat: obiurget nō iactātiæ studio: sed affectu charitatis. Neq; monitio aspera sit: neq; obiurgatio contumeliosa. Sicut em̄ adulationis fugitans amicitia debet esse: ita etiam aliena insolentiæ. Quid est em̄ amicus: nisi consors amoris: Ad quē animū tuū adiungas atq; applices: & ita misceas ut unū uelis fieri ex duob⁹: cui te alteri ut tibi cōmittas: a quo nihil timeas: nihil ipse commodi tui causa inbonestum petas: Nō em̄ uectigalis amicitia est: sed plena decoris: plena gratiæ. Virt⁹ est em̄ amicitia: nō quæstus: quia nō pecunia quæritᵉ: sed gratia: nec licitatione pretioꝝ: sed cōcertatione beniuolentiæ. ¶ Denicq; meliores amicitiæ sunt inopū plærūq; q̄ diuitum: & frequēter diuites sine amicis sunt: quib⁹ abundant pauperes. Nō est enim uera amicitia: ubi est fallax adulatio. Diuitibus itaq; plærique assentatorie gratificantur: Erga pauperem nemo simulator est. Verum est: quicquid defertur pauperi: huius amicitia inuidia uacat. ¶ Quid amicitia pretiosius: quæ angelis communis & bo-

Luc. 16. minibus est? Vnde & dominus Iesus dicit: Facite uobis amicos de iniquo mammona: qui recipiant uos in æterna tabernacula sua. ¶ Ipse nos deus amicos ex seruulis

facit:sicut ipse ait:Iam uos amici mei estis:si feceritis quæ ego præcipio uobis. Dedit Ioh.15.
formã amicitiæ quã sequamur:ut faciamus amici uoluntate:ut aperiam⁹ secreta nostra amico quæcũq; in pectore habemus:& nos illius arcana nõ ignoremus. Ostẽdamus illi nos pectus nostrum:& ille nobis aperiat suũ. Ideo inquit: Vos dixi amicos: Ibidem.
quia omnia quæcũq; audiui a patre meo nota feci uobis. Nihil ergo occultat amicus si uerus est:effundit animũ suũ:sicut effundebat mysteria patris dominꝰ Iesus. Ergo qui facit mandatũ dei amicus est:& hoc honoratę noie. ¶Qui est unanimis: ipse amicus est.ꝙ unitas animorũ in amicis sit:neq; quisquã detestabilior: q̃ qui amicitiam læserit. Vnde in ꝓditore dominus hoc grauissimũ inuenit quo eius cõdemnaret perfidiam:ꝙ gratiæ uicem nõ præsentauerit:& cõuiuijs amicitiæ uenenũ malitiæ miscuerit. Itaq; sic ait: Tu uero homo unanimis dux meus & notus meus: qui semp mecũ Pũ.54.
dulces capiebas cibos. Hoc est:nõ potest sustineri istud:qa unanimis appetisti eam: qui tibi donauerat gratiã. Nam si inimicꝰ meus maledixisset mihi:sustinuissem utiq;: & ab eo qui me oderat absconderẽ me. Inimicꝰ uitari potest:amicus nõ potest: si insidiari uelit. Illũ cauemus cui nõ cõmittimus consilia nostra: hunc cauere non possumus:cui cõmisimus. Itaq; ad aceruandã peccati inuidiã nõ dixit:tu uero seruus meꝰ: apostolus meus:sed unanimis meus:hoc est:nõ meus sed etiam tuus ꝓditor es: qui unanimã ꝓdidisti. ¶Dñs ipse cũ a tribꝰ regibꝰ offensus esset:q sancto Iob honorẽ nõ detulissent:ignoscere his ꝓ amicũ maluit:ut amicitiæ suffragiũ remissio fieret peccatorũ. Itaq; rogauit Iob:& dñs ignouit. Profuit illis amicitia:quibꝰ obfuit insolentia.

Hæc apud uos deposui filij:quæ custodiatis in animis uestris: quæ utrũ aliqd
b ꝑfectus habeant uos ꝓbabitis:Interim copiam multã exemplorum afferũt.
Nam ꝑpe omnia maiorũ exempla:plurima quoq; dicta:bis tribus inclusa libris tenentur:ut & si sermo nihil deferat gratiæ:series tamen uetustatis quodam cõpendio expressa:plurimũ instructionis conferat.

¶Sancti Ambrosij episcopi Liber officiorũ tertius explicit.

Capitulorū libri primi de Vocatione omniū gentiū sancti Ambrosij epi: recollecta annotatio.

De ppositōe quēstionū q̄ iter defensores liberi arbitrij: et p̄dicatores gr̄e dei vertūtur: intentione q̄ auctoris ac tractandor̄ ordine: iuxta quem primitus ō volūtatis humanę motib⁹ et gradibus disputandū est: de redargutione p̄terea quorūdā non sane inter voluntatē et gratiam dei discernētium. La. I.

Q̄ omni humanę voluntati naturaliter q̄ liscūq; insit volūtas: Et de distinctiōe volūtatis in naturalē: animalē: et spiritalē. La. II.

Q̄ etiā diuina puidētia q̄uis electū sibi populū specialibus ad pietatē direxerit institutis: nulli tñ nationi hominū bonitatis suę dona subtraxerit. La. III.

De pulchra ac subtili huius q̄stionis tractatione: Vtrū cum bonę voluntatis homo esse incipit: eadem q̄ in ipso erat corrigat volūtas: an alia ei quā non habebat: et q̄ priori repugnet: detur. Quēadmodū etiā cum in diuinis scripturis salus generalis omnib⁹ hoīb⁹ p̄mittit: p parte hoiuz oēs homines nominent. La. IIII.

De solutōe calūnioſę obiectiōis qua ꝺdaz dicunt auctorē p superius dicta p̄tradicere apso diffinienti: Q̄ deus velit omnes hoīes saluos fieri: et in agnitionē veritatis venire. Et q̄ p̄fūditas diuinitatis mysteri or̄ atq; iudicior̄ a nobis non sit p̄scrūda. La. IIII.

Cur anteriorib⁹ seculis dimisse sint oēs gētes ingredi vias suas: vno tñ israele excepto: et ad cognitionē veritatis electo. Et quare de⁹ vni homini det gratiam: alteri autem deneget. La. V.

Qualis sit natura būana sine gr̄a. La. VI.

Cur saluator oiuz hoiuz: nō oibus dederit hunc sensum vt cognoscerent verū deuz. Cur etiam ꝺdam paruuli salui fiant renati: alij pereant non renati. La. VII.

A quo fonte nascat fides: et vnde habeatur spūs fidei. Et quēadmodū hęc fides dei fm mēsurā p arbitrio largientis. La. VIII.

Q̄ a dño deo oia virtutū dona dirigant et disponant. Et q̄ omnia in manu ei⁹ sint. Q̄ deus sit auctor oīnis boni. La. IX.

Finis

Sancti Ambrosij epi ꝺ Vocatiōe omniū gentiū liber primus: In quo dissoluit pugnaz disputatiōis quę iter defensores liberi arbitrij et p̄dicatores gratię dei agitur: feliciter incipit.

De ppositione q̄stionū quę iter defensores liberi arbitrij: et p̄dicatores gratię dei vertūtur: interpretatione quoq; auctoris: ac tractādor̄ ordine: iuxta quę primit⁹ de volūtatis humanę motib⁹ et gradibus disputanduz est. De redargutione p̄terea quorūdā nō sane int̄ voluntatē et gratiā dei discernētiū: La. I.

Iter defensores liberi arbitrij et p̄dicatores gratię dei: magna et difficilis dudū vertitur q̄stio. Quęritur enī vtrum velut de⁹ oēs homines saluos fieri. Et quia negari hoc nō p̄t: cur voluntas oipotentis nō impleatur: inquiritur. Tunq; hoc fm voluntates hominū fieri videatur: gratia videt excludi: q̄ si meritis redditur: constat eam nō donum esse sed debitū. Vnde iterum q̄ritur: cur hoc donum sine quo nemo salu⁹ ē: ab eo qui oēs saluari vult: non omnibus conferatur. Atq; ita cōtrariarum disputationū nullus terminus reperitur: dum non discernit quid manifestū: quid sit occultuz.

De hac igit̄ compugnāna opinionuz qua mensura et tēperantia sentiendū sit: quātuz domin⁹ adiuuerit: annitar inq̄rere: exercēs atq; discutiens moduluz facultatis meę in his quę cordi meo sobue (quātuz arbitror) inhęserūt: vt si in eas regulas p̄cesserit stiluo: q̄ nihil offensionis: nihil habeāt p̄rauitatis: non solū nobis: sed et alijs vtile sit: ad aliquē nos limitem peruenisse: quē nō debeamus excedere. Primitus itaq; ō volūtatis humanę motibus et gradibus disputādū ē.

Inter quā et gratiā dei quorūdā nō sana discretio est: existimantiū q̄ p̄dicatiōe gratię liberū negetur arbitriū: nec aduertentiuz eadem regula sibi posse obūci: q̄ gratiā negent: cum eam humanę voluntatis nō ducem volunt esse sed comitē. Si enī tollit volūtas: vbi ipsa est verarū origo virtutū? Si tollit gratia: vbi ipsa est bonorū causa me-

ritoum?

¶ Dō omni hūane voluntati naturaliter qualiscūq; insit volūtas. Et de distinctione volūtatis in naturale: animale: ⁊ spiritale. Dō etiaz diuina ꝓuidetia ꝙuis electuz sibi populum specialib⁹ ad pietate direxerit institutis: nulli tame nationi hominū bonitatis suę dona subtraxerit: Ca. ii.

Sed iam auxiliāte christo qō tractādo cōcepimus: inchoemus. ¶ Cibi animę humanę quārū itelligere atq; experiri datur: naturaliter ꝙliscūq; inest volūtas: q̄ aut apetitur qō placet: aut declinat qō displicet. ¶ Hui⁹ volūtatis (quārū ad naturalē pertinet motum ex vitio primę ꝙuaricationis infirmum) genera sunt deo: fm quę volūtas hominis aut sensualis aut animalis est. Sed cuz adest gratia dei: accedit ei per donum spiritus tertium genus: vt possit fieri spiritalis. Et per hunc excellentiorem motum oēs affectus vndecūq; nascentes supernę rationis lege dijudicet. ¶ Sensualis igit̄ voluntas quā ⁊ carnalem possumus dicere: non erigitur supra eū motum qui ō corporis sensibus nascitur: qualis ē in animis paruulorum: qui lz nullo iudicio rationis vtantur: ostendūt tamen aliquid se velle: aliquid nolle: cum videndo: audiendo: odorando: gustādo: tangēdo: et ea quibus delectant amāt: ⁊ ea quibus offenduntur oderunt. Quid autem ē amare: nisi velle? aut quid est odisse nisi nolle? Habent ergo etiam ipsi voluntatē suam: quę etsi ꝓuidendi ⁊ cōsulendi impos atq; ignara sit: t his tamē amat agere quę carnis sensibus blādiuntur: donec vigor rationalis ingenij per maturiora ministeria corporis excitet: ⁊ ad famulantiū sibi membroꝝ vsum: nō aliēno motu: sed sua lege moueatur. ¶ Ab hoc ergo sensuali apetitu: i quo remanēt bi ḡs etiaz in annis maiorib⁹ exordes videmus ⁊ fatuos: ad animalem surgit voluntatem: quę priusq; spiritu dei agatur: etiaz si supra sensualem motum sese attollere pōt: tamen sine sui amoris participatiōe: in terrenis occiduisq; versatur. ¶ In hac humana etiā ingenia si corporeę voluptati nō turpiter seruiant: et cupiditates suas iusticię atq; honestatis legibus temperēt: nihil supra meredem glorię tēporalis acquirūt. Et cū ꝓsentem vitam decēter exornēt: ęternę tamē beatitudinis ꝑmiū nō habent: quia rectas actiones ⁊ bona studia sua non ad eius laudem atq; honorē referūt: a quo acceperūt: vt in ipsa animali discretione sublimius saparent: ⁊ excellenti⁹ ęteris enitescerēt. ¶ Cū esi ḡdam non soluz ad instituta vtilissima rū artiū ⁊ doctrinas liberaliū disciplinarū: sed etiam ad inquisitionē summi boni aciē mentis intenderint: ⁊ inuisibilia dei: ꝑ ea q̄ facta sunt: intellecta cōspexerint: nō agētes gratias tamē deo: nec ꝓfitentes illū sibi esse huius facultatis auctorem: sed dicentes se esse sapientes: hoc ē nō in deo: sed in semetipsis gloriātes: quasi ad veritatis inspectionem: suis studijs atq; ratiōib⁹ ꝓpinquassent: euanuerūt in cogitatiōib⁹ suis. Et qō illumināte dei gratia inuenerāt: obęcante supbia ꝓdiderunt: relapsi a supna luce ad tenebras suas: hoc est ab incōmutabili atq; ęterno bono: ad mutabilē corruptibilemq; naturā. ¶ Cū ergo tales i amorē sui recidūt ⁊ ita sibimet placēt: vt totū qō in se laudabile iudicant: non ad dona dei referant: sed sibi vendicēt: ⁊ studio ꝓprię volūtatis asciscant: ꝑcul ab illa spiritali exulant voluntate: ⁊ nihil in se habēt quo ad vitā ꝓuehant ęternam: incipientes in semetipsis etiam illa temporalia dei dona corrumpere: ⁊ a bono eorum vsu in cōsuetudinem inumerabilium trāsire vitioum. ¶ Quis esi scriptuz sit: Qui cuz diuideret excelsus gētes: quem admodū diuisit filios adaz: statuit terminos gentium fm numerū angelorū dei: ⁊ facta est portio domini: populus eius iacob: funiculus hereditatis ei⁹ israel. Et scriptuz sit dominū dicere ad israel: Erunt mihi sancti: quia ego sanctus sum: dominꝰ deus vester: qui segregaui vos ab omnib⁹ gētibus esse mihi. Et ꝙuis scriptū sit i libro hester: dicēte mardochęo: Gratias tibi ōne quoniam feciſti noua signa ⁊ prodigia: qualia nō sunt facta in gentib⁹: diuidēs oīne ęculuz i sorteo duas: elegisti vnā tibi populi tui: relinquēs aliā gentib⁹. Et paul⁹ et barnabas dicāt: Et nos mortales sum⁹ similes vobis homies annūciātes vobis ꝑuerti ad deum viuū: q̄ fecit ęluz ⁊ terrā ⁊ mare ⁊ omnia q̄ in eis sunt: q̄ in ꝓteritis generationibus dimisit oēs gentes ingredi vias suas. ¶ Quis ergo hęc ⁊ multa ꝑmilia veritatis scriptura ꝓnūciet: fm ipsaz tamen credimus ⁊ pūssi-

Ro. i.

Act. 14.

me ꝓfitemur: q̄ nunq̄ vniuersitati hoiuꝫ diuinę ꝓuidentię cura defuerit. Quę ꝫ excepturn sibi populū specialibus ad pietatem direxerit institutis: nulli tamen nationi hominū bonitatis suę dona subtraxit: vt prophetice voces ⁊ ꝓcepta legalia cōuincerēt in elemētoꝝ obsequio ac testimonijs accepisse. Unde ⁊ inexcusabiles facti sūt: q: deos sibi dei dona fecerūt: ⁊ q̄ creata erāt ad vtendū: venerati sūt ad colendū. ¶ In quā impietatē etiaꝫ illa gens quā sibi ab oībus gētibus oīs segregauit: tota transisset: nisi misericordię suę ꝓpositum sustentandis electorū lapidibus ꝓtendisset. ¶ Nam plenę sūt pagine veteris testamēti de israelitice defectionis relatu: vt aperte appareat diuinę semp fuisse gr̄ę q̄ non omnis ille populꝰ discessit a domino. ¶ Ita būana natura in primi hominis ꝓuaricatiōe viciata: etiā inter beneficia: inter ꝓcepta ⁊ auxilia dei: semp in deteriorē est ꝓclivior voluntatē: cui cōmitti nō est aliud q̄ dimitti. Hęc itaq; voluntas vaga: incerta: instabilis: imperita: infirma ad efficiendū: facilis ad audēdū: in cupiditatibus cęca: in honoribus tumida: curis anxia: suspitionibꝰ inquieta: glorię q̄ virtutū auidior: fame q̄ scientię diligentior: ⁊ p omnes sui experientiā miserior: fruendo bis q̄ cōcupuerit: q̄ carendo: nihil in suis habet viribus nisi periculi facilitatē. Quoniā voluntas mutabilis quę non ab incōmutabili voluntate regit: tāto artiꝰ ꝓpinquat iniquitati: quanto acrius intendit actioni. ¶ Odiū ergo hominꝫ ea placēt q̄ deo displicent: voluntas eiꝰ animalis est. Quia etiaꝫ si in bonis moribꝰ agat: male adhuc viuit: si non in dei gloriā viuit. Hoc est enī ꝓprium ⁊ ꝓcipuū pium: vt in domino gloriētur: nec se nisi in deo diligāt. Bene enī se amant: q̄ in se opa dei amant. Nam ⁊ deus hoc amat i nobis q̄ ipse fecit: et hoc odit q̄ ipse nō fecit. Si ergo opus dei amamus in nobis: bonā voluntatē recte amamꝰ in nobis: q̄ vtiq; si opꝰ dei non esset: amāda nō esset. Quis aūt homo (nisi male voluntatis fuerit) bonam in se non amat voluntatē: q̄ superni agricolę prima plantatio ē. Dicēte enī veritate: Omnis plantatio quā nō plantauit pater meus cęlestis: eradicabit: Quicquid nō ē eradicandum: manifestū ē: a patre esse plātatū. Bona aūt volūtas oīuꝫ virtutū germen ē primū. Quę inita origini suę in illa ꝑterna ⁊ incōmutabili volūtate redesc̄it: vt vere sit spiritalis: Qui adhęret deo: vnus spūs ē. 1.Cor.6. dum p cōmunionē illuminātis ⁊ illuminati: iustificātis ⁊ iustificati: regēt̄ ⁊ subdāt: oīs actio ad vnum referē: ⁊ q̄ ad vnū refertur: vtriusq; ē. Quia nec a deo alienari pōt q̄ dedit: nec ab hoie q̄ accepit.

¶ De pulchra ac subtili huius q̄stionis tractatione: Utrū cum bonę voluntatis hō esse incipit: eadē q̄ in ipso erat corrigat volūtas: an alia ei quā non habebat: et q̄ priori repugnet: detur. Quēadmodū etiaꝫ cum in diuinis scripturis salus generaliter omnibꝰ hominibꝰ ꝓmittit: ꝓparte hominū oēs homines nominent: Ca. iii.

Hęc tractandū videt: vtrū cuꝫ bonę volūtatis esse homo incipit: eadeꝫ q̄ in ipso erat: corrigat volūtas: an alia ei quā nō habebat ⁊ q̄ priori repugnet: detur. ¶ Q̄ vt euidētius appareat: alteꝰ id nō pigeat inquirere. Oēs hoies in ꝓmo homine sine vitio cōditi sumus: et oēs naturę nostrę incolumitatē: eiusdē homis q̄uaricatione perdidimus. Inde tracta mortalitas: inde multiplex corporis animiq; corruptio: inde ignorantia ⁊ difficultas: curę inutiles: illicitę cupiditates: sacrilegi errores: timor vanꝰ: amor noxius: iniusta gaudia: pęnitēda ꝓfilia: ⁊ nō mino: miseriaꝝ multitudo q̄ criminū. ¶ His q̄ atq; alijs malis in naturā humanā irruētibus: fide pdita: spe relicta: intelligentia obcęcata: volūtate captiua: nemo i se vnde repararet inuenit: q: etsi fuit q̄ naturali itellectu conatus sit vitijs reluctari: huius tñ tpis vitaꝫ sterilitate omnis: ad veras aūt virtutes ꝑternamq; beatitudinē nō ꝓfecit. Sine cultu enī veri dei: etiā q̄ virtus videt esse: peccatū est: nec placere vllus deo sine deo pōt. Qui vero deo nō placet: cui nisi sibi ⁊ diabolo placet? A quo cū homo spoliaret: nō volūtate: ꝑ volūtatis sanitate puaꝝē. Quia nec detrudi ab innocētię statu posset: nisi voluntate peccaret. ¶ Quę ꝫ naꝝ erat bona: q̄uitate facta est mala: Et ille animi morꝰ q̄ nunq̄ pōt sine aliquo esse amore: hoc est sine aliq̄ volūtate: nō pdidit appetitū: sed mutauit affectū: id recipiēs de siderio: q̄ debuit refutare iudicio. ¶ Cum igit homo ad pietatē redit: de q̄ ideo dictū est: Spūs vadēs ⁊ nō rediēs. Quia nisi illi

Psal.15.

A ⁊

deus puerteret: non rediret: non fit nouum figmentū nouaq; creatura: nō alia i eo creatur substātia: ſ eadez ḡ fuerat labefactata: reparak. Nec aliud ab eo auferk niſi vitium qō natura non habuit. Fuit eſi in adā natura ſine vitio: q p volūtatis inobediētiam mala multa ptraxit: t i posteros magis magisq; multiplicāda trāſmudit. Quę vt vincantur atq; in nihilū deducank: non efficit niſi gratia ſaluatoris: q opus ſuū opere ſuo
2. Joh. 3. reparat. Sicut eſi dicit iohes apls: In hoc apparuit filius dei: vt ſoluat opa diaboli. Et ſicut rūpit vincula captiui: ſic veſtit nuditatē ſpoliati: ſic ſanat vulnera ſauciati: vt qō in ipſo agit: etiaz per ipſum geratur. Cui vtiq; ptra hoſtem ſuum nō expedit ſine pte ctore pāligere. Cum illo eſi habet certamē: a quo aliquādo ſuperatus eſt. Non ergo fidat de viribus ſuis: q etiam cum eſſent itegrę: non ſteterūt: ſed per illuz quęrat victoriam: q ſolus nō ē victus t omnibus vicit: Etſi quęrit: nō dubitet quęrendi affectum ab illo ſe accepiſſe quem ḡrit. Nec q; ſpiritu dei agitur: ideo ſe putet liberū arbitriū non habere: qō ne tunc qdez perdidit quādo diabolo volūtate ſe dedit: a quo iudiciū voluntatis deprauatū eſt nō ablatū. Qō ergo non interfectum eſt per vulnerantem: non tollitur per medentē: vulnus ſanatur: non natura remouek. Sed qō in natura periit: nō reſtituit niſi ab auctore naturę. Di
Diere. 31. cit dominꝰ: Et diſponā domui iſrael: t domui iude teſtamētū nouū: non ſm teſtamētum qō diſpoſui patribus eoꝝ in die qua apprehendi manum eorum: vt educerē illos de terra ęgypti: quia ipſi non pſeuerauerūt in teſtamento meo: et ego eos neglexi dicit dominus: Quia hoc ē teſtamētū qō diſponā domui iſrael poſt dies illos: dicit dominus: Dabo leges meas in ſenſu ipſorum: et in corde ipſoꝝ ſcribam eas: t ero illis i deū: et ipſi erunt mihi in populū. Et nō docebit vnuſquiſq; ꝓximum ſuū: t vnuſquiſq; fratrem ſuuz dicens: Cognoſce dominū: quia omnes cognoſcēt me a puſillo eoꝝ vſq; ad magnū: quia ꝓpitius ero iniquitatibꝰ eoꝝ: t peccatoꝝ eorum memor nō ero. Et dabo illis viam alteram t cor aliud: vt me timeāt omnes dies in bonū ipſis t filijs eorū poſt eos: t conſtituam illis teſtamentū ęternum qō non auertam poſt eos: t timorem meuz dabo in cor eorum ne diſcedant a me: t viſi

tabo eos vt bonos eos faciam. Per eſaiam quoq; de gratia ſua dominus qua ex omnibus hominibꝰ neuam creaturā facit: eadez ḡnunciat dicens: Ecce faciam noua q̄ nunc Eſa. 4
oriuntur: t cognoſcetis ea: t faciam i deſerto viam: t in ſicca terra flumina. Benedicēt me beſtię agri: ſirenę et filię ſtrutionū q; dederim in deſerto aquam et flumina in ſicca terra ad potādū genus meum electum: populum meum quem mihi acquiſiui vt enarrent virtutes meas. Et iterum: Per ipſum Eſa 4
me iuro: niſi exibit de ore meo iuſticia: t verba mea non auertentur: quia mihi flectetur omne genu: t pfitebitur omnis lingua deo.
Si ergo impoſſibile eſt iſta non fieri: quia nec incerta ḡſcięntia dei eſt: nec mutabile cōſilium nec ineffica volūtas: nec falſa, pmiſſio: omnes iſti de quibꝰ hęc ḡdicta ſunt: ſine cuiuſq; exceptione ſaluātur. Dat eſi leges ſuas in ſenſū ipſoꝝ: eaſq; in cordibus eorū digito ſuo ſcribit: vt agnitionem dei nō doctrinę humanę opere ſed magiſterio ſummi eruditoris accipiāt. Quia neq; qui plātat: 1. Cor. 3
neq; qui rigat eſt aliquid: ſed qui incrementum dat deus. Oēs bt a puſillo vſq; ad magnum cognoſcūt deum: quia vt venirēt ad chriſtū: a patre audierūt atq; didicerūt: omnes educti ab erroꝛe diriguntur in viaz vitę: oīnibꝰ corde mutato recta ſapere t recta velle donatur: omnibus timor quo in mandatis dei eruditur inſeritur. Fit in deſerto via: t terra arida fluminibꝰ irrigatur: vt qui prius ad pfitendum deū: os non aperiebāt: t velut muta atq; irrationabilia animalia i ſeritatem tranſierāt beſtiarum: diuinorum eloquiorū fontibus mundati benedicunt t laudāt deū: enarrātes virtutes t mirabilia miſericordię eiꝰ qui elegit eos t in filios adoptauit ac noui teſtamenti fecit hęredes.
Si autē (vt apls loquit) bois confirmatū teſtamētū nemo ſpernit aut ſuperordinat: quomodo fieri poteſt: vt extra illa parte diuina promiſſio reſoluatur? Adanet prorſus t quotidie impletur qō abraę dominꝰ ſine cōditione pmiſit: ſine lege donauit: Quia etſi qdaz quibus hęc ḡdicata ſunt: nō crediderunt: incredulitas eorum fidem dei nō euacuauit. Eſt eſi deus verax: omnis autē ho- Ro. 3.
mo mendax. Et illi quidem qui audito euāgelio credere noluerūt: inexcuſabiliores facti ſunt: cū ſi nullum pręconiū veritatis audiſſent. Sed certum eſt eos apud ḡſcientiā

dei: abrae filios non fuisse: nec in illoꝝ sorte
Ge.26. numeratos: ꝺ quibus dictū est: Benedicē-
tur in semine tuo omnes tribus terre. Credi-
Gre.31. turos enī ꝓmisit qui dixit: Et non docebit
vnusquisq; ꝓximū suum: & vnusquisq; fra-
trem suum: dicēs: Cognosce dominū: quia
omnes cognoscēt me a pusillo eorū vsq; ad
magnum. Reconciliandos ꝓmisit ꝺ dixit:
Propitius ero iniquitatib⁹ eorum: & pecca-
torum eorū memor nō ero. Obedituros ꝓ-
misit ꝺ dixit: Dabo illis viam alteram & cor
aliud vt timeāt me omnes dies. Perseuera-
turos ꝓmisit qui dixit: Timorem meū da-
bo in cor eorū ne discedant a me: & visitabo
eos: vt bonos eos faciā. Postremo omnes
Esa.45. sine cuiusq; exceptione ꝓmisit ꝺ dixit: Per
memetipsum iuro nisi exibit de ore meo iusti-
cia: & verba mea nō auertent: quia mihi fle
ctetur omne genu: & confitebitur olo lingua
deo. Nec si dicamus nō fieri ꝙ deus iura
uit esse faciendū: falsitatem deo (ꝙ absit) &
mendaciū ascribimus veritati. Si autez vt
pietas fidesq; pluadent: dei verba nō eccī-
dūt: & sit omnino ꝙ statuit: quomodo no-
bis veracis ꝓmissionis firmitas aparebit:
cum multa adhuc hominū milia ꝺmonijs
seruiāt: & idolis genu flectāt: nisi huiusmo-
di denunciationes dei fm illam incōmutabi
lem scientiam editas nouerim⁹: in qua apud
illum iam vniuersitas humana discreta est:
& siue de bonis siue de malis loquatur: ita
vni⁹ partis meminit: quasi neminē horuz
2.Cor.5. ꝑtermittat. Haz cū dicit apostol⁹: Vete-
ra transierunt: ecce facta sunt omnia noua:
nunquid non omnes homines videt diuis-
Col.1. se renouatos? Aut cuz dicit: Quia i ipso cō
placuit omnē plenitudinez habitare: & per
ipsum recōciliari omnia in ipso: Nūquid nō
Heb.2. recōciliationis intelligit? Aut cū ait: Nouis-
simis istis diebus locutus est nobis in filio
quem constituit heredē vniuersorū? Nūqd
aliud sonat forma sentētie ꝙ omnes homi-
nes in christi hereditate a patre esse transfer
Ps.2. ptos: fm ꝓphetiam dauid dicentis: Postu
la a me: & dabo tibi gentes hereditatez tuā
& possessionē tuaz terminos terre? Dicente
Joh.12. eīm domino: Si exaltat⁹ fuero a terra: omnia
traham ad me: Nōne vniuersorum videtur
ꝓmissa cōuersio? Aut cū de ecclesia ꝓpheta-
Esa.40. tur & dicit: Omnis vallis replebitur: & omnis
mons & collis humiliabitur: et erunt prauа
in directa: & aspera in vias planas: Nunqd
vllus hominū videtur omissus ꝙ nō signifi
catus sit christo esse subdendus? Quid cuz
dicitur: Et venient omnis caro in conspectu Esa.66.
meo vt adorent in hierusalem: dicit domi-
nus? Aut illud: Et erit i diebus illis: Effun Joel.2.
dam de spirim meo super omnem carnem?
Aut illud: Alleuat dom⁹ omnes qui cor- Ps.144.
ruunt: & erigit omnes elisos: Nunqd non ita
ꝓnunciatū est quasi ab hoc dei munere ne-
mo discret⁹ sit? Habet ergo populus dei
plenitudinē suam: & quis magna pars ho-
minū: saluāt⁹ gratiā aut repellat aut negli-
gat: in electis tamē & ꝓscitis atq; ab omniū
generalitate discret⁹: specialis quēdā censē-
tur vniuersitas: vt de toto mundo tot⁹ mū-
dus liberatus: & de omnib⁹ hominib⁹ omnes
homines videantur assumpti. Sicut etiā
cum de impijs sermo scriptura locutionē suaz
diuinus stilus ordinat: vt ea quę de quadā
parte dicūtur: ad omnes homines ptinere
videantur. Veluti est illud ꝙ ait iohānes
baptista: Qui de cęlo venit: super omnes ē: Joh.3.
qđ vidit & audiuit: testificatur & testimoniū
eius nemo accipit. Aut illud apostoli: Oēs Phil.2.
quę sua sunt quęrūt non ꝙ iesu christi. Aut
illud ꝙ psalmus dauiticus canit: Dom⁹ Ps.13.
de cęlo prospexit super filios hominū vt vi-
deat si est intelligens aut requirens deum.
Omnes declinauerūt: simul inutiles facti
sunt: non est qui faciat bonum nō ē vsq; ad
vnū. His igitur & aliis documētis ꝙ pos-
sunt ab inquirentib⁹ numerosiora proferri:
non dubie demonstrat: interdum & ꝓ parte
terre: omnē terram: & pro parte mundi totū
mundū: & ꝓ parte hominū omnes homines
nominari: quorum tamen discretionē plerū
q; scriptura cito aperit: vt sensus legentis ab
vniuersitatis appellatione ad partem quę in-
telligenda est trāsferat. Sicut est illud apo-
stoli dicentis: Prędicamus iesum christum 1.Cor.1.
crucifixum: iudęis qdem scandalū: gentib⁹
autem stultitiā. Ipsis vero vocatis iudęis
atq; grecis christum dei virtutem & dei sapi
entiam. Nunquid ipsis christus virtus ꝙ-
bus scandalū: aut ipsis sapientia quib⁹ stul
titia? Sed quoniā quidā ex eisdem iustifica
buntur fide: quidam autē sua impietate ob
durabunt: vnum credentium & non creden
tium genus sub vocatorum appellatiōe dis-
creuit: vt quos a fide significabat alienos:
eos q̄uis audissent euangelium: ostēderet

vocationis extraneos. ¶ Hac regula p̄ efaiā
Esa.42. p̄mittit sermo diuin⁹ dicens: Educā cęcos
in viam quam non nouerunt: ⁊ semitas ꝯ
nesciunt calcabūt. Et faciam illis tenebras
illucescere: ⁊ prava in directum. Hęc verba
faciam: ⁊ non derelinquam eos. Sz qō sęq̄
tur: Ipsi autem cōuersi sunt retro: ad partē
quandam generis ipsorum referendus est:
nō ad eos quibus ait: Nō derelinquā eos.
Esa.43. Iterum dicit dominus ad iacob: Noli me
tuere: quia tecum sum. Ab oriente adducā
semen tuum: ⁊ ab occasu colligam te. Dicā
aq̄loni adhuc ⁊ aphrico: noli retinere: adhuc
filios meos ō terra longinqua: ⁊ filias me
as a sūmo terrę: omnes in quibus vocatus
est nomē meum: In gloriam enim meā pa
rauī illum: ⁊ finxi ⁊ feci illum. ¶ Q̄ autem se
quitur: Et p̄duxi plebem cęcam: ⁊ oculi eo
rum sunt cęci: et surdas aures habent: non
potest eis vlla ratione p̄gruere: quos in glo
riam suam parasse se dicat. ¶ In his quipe
omnibus verbis quę ō vno hominū gene
re dicuntur: alijs p̄lonis priora: alijs poste
riora p̄uenīūt. Apud apostolum quoq; qō
in parte populi agitur: sub tot⁹ populi nū
cupatiōe narratur: ⁊ in reliquis plenitudo
censetur. Cum eñ de iudęorum obcęcatiōe
differeret: ⁊ quosdaz ex ipsis gratia saluos
Ro.11. fieri demonstraret: Dico ergo inquit: nūq̄d
repulit deus populū suum? Absit. Nā ⁊ ego
israelita sum ex semine abraā de tribu beniā
min: non repulit deus plebem suam quā ꝓscīuit. Plebs ergo ꝓscita: plebs non repul
sa: hi sunt qui in christo iustificati sunt. Et
qō de oñi israele dici videtur: in his tñ ꝙ
sibi gratię electio reliquos fecit ostenditur:
sicut sequēntia apostolici sermonis enarrāt.
Adūgit eñ ⁊ dicit: An nescitis in helia q̄d
dicat scriptura: quēadmodum interpellat de
um aduersus israel? Domine p̄phetas tuos
occiderūt: altaria tua suffoderunt: ⁊ ego re
lictus sum solus: ⁊ quęrūt animam meā. Sz
quid dicit illi responsum diuinum? Reli
qui mihi septem milia virorum qui nō cur
uauerūt genu baal. Sic ergo inquit: Et in
hoc tempore reliquię per electionem gratię
saluę factę sunt. Si autē gratia: iam non ex
operibus: Alioqn gratia iā non est gratia.
Nō ergo oñis israel reprobatus: nec oñis
electus est: sed partē cęcitas volūtaria auer
tit: partē sibi illuminatio gratuita reserua
uit: ⁊ tamē ita de eis sermo habetur: vt ⁊ in
his qui pereūt: ⁊ in his qui salui fiūt: nulla
tori⁹ generis videatur facta discretio. ¶ Nā
cū legit: Scōm euāgelium quidem inimici
propter vos: sm electionem autē dilecti p̄
pter patres ita locutio sonat: tanē eosdez
dicat dilectos quos dixit inimicos. Sz hāc
caliginez aplō ipse detersit dicendo: Quia
cęcitas ex parte in israel contigit: vt vnum
gen⁹ in duas species intelligeremus esse di
uisū: ⁊ oēm hominē: oēm plenitudinē: oēm
israelem: non semper ad vniuersitatem: sed
plērūq; ad partem esse referendus. ¶ Inter
has autē formulas locutionū: etiam illā in
scripturis dictionez debemus aduertere: q̄
id quod ad diuersorū temporū homines p̄
tinet: ita promittitur quasi de vna eiusdez
ętatis generatione dicatur. Sicut est quod
sanctus petrus apostolus scribēs fut⁹ ⁊ futu
ri tēporis gentibus ait: Vos autem genus 1.Pet.
electum: regale sacerdotiū: gens sancta: po
pulus acquisitionis: vt virtutes annūciet
eius qui ō tenebris vos vocauit in admira
bile lumen suū: qui aliquādo non popul⁹:
nūc autē popul⁹ dei: q̄ nō p̄secuti misēiaz:
nunc autē misericordiā consecuti. ¶ Nūq̄d
cū p̄dicarētur hęc: adhuc illi homines per
manebant: quos omnes deus in p̄teritis
generationib⁹ dimiserat ingredi vias suas:
⁊ idem ipsi qui prius traditi fuerant volun
tatibus suis: nunc ō tenebris in lumen ad
mirabile vocabantur? Nōne illi iam defece
rant: iam in hoc mūdo non erant: nec ab er
rore ad veritatē reditus olim mortuis supe
rebat? Et tamē q̄ post multa sęcula gratia ī
posteris impioꝝ sit: loquendi consuetudo
perstrinxit: vt ipsi videantur nunc eligi qui
prius fuerant derelicti. Pertinent autē hęc
non ad eosdē homines sed ad eiusdē gēis
homines: ⁊ vocatio quę illuxit prope mun
di finē: ad p̄teritā non recurrit ętatē. Ita
modo quodā ⁊ ipsi ⁊ nō ipsi sunt: de q̄bus
⁊ quibus ista dicuntur: dū in aliquo specia
li a generalibus nō diuidūtur: in aliquo ve
ro a cōmunib⁹ separant.

¶ De solutione calumnioſę obiecti
onis qua quidam dicunt auctorē
per superi⁹ dicta cōtradicere aplō
diffinienti: Q̄d deus velit oēs ho
mines saluos fieri: ⁊ in agnitionez
veritatis venire. Et q̄ p̄fundi tas
diuinoꝝ mysterioꝝ atq; iudicio
rū a nobis nō sit p̄quirēda: Ca. iiii.

Sed cū legerint hęc vel audierint: q̄ amant calūnioſa certamina: dicent nos p̄ huiuſmodi diſputatiōes apo
1 timoth. 2. ſtolo cōtradicere diffinicti: Qui deus oēs hoies velit ſaluos fieri: ⁊ in agnitionē veritatis venire. Quā particulā verboꝝ apoſtoli ita nos integre plenecq̄ ſuſcipimus: vt nihil ei de p̄cedētibus ſiue ſubiectis quę ad ipſam p̄tinent ſubtraham⁹. Quoniā vt cętera diuinoꝝ eloquioꝝ teſtimonia ſequeſtremus: hic locus ſufficiat ad euacuādū q̄ calūnioſe obijciunt: ⁊ ad defendendū quod impie diſſitēt. Scribēs itaq̄ ad timotheū
1 tim. 2. paulus apoſtolus ait: Obſecro igitur p̄mo oīuꝫ: fieri obſecrationes: poſtulatiōes: gratarū actiones pro omnibus hominibus: p̄ regibus ⁊ oībus qui in ſublimitate ſunt: vt quietā ⁊ trāquillā vitā agamus in oñi pietate ⁊ caſtitate. Hoc eñ bonū eſt ⁊ acceptū coꝝ ſaluatori noſtro deo: qui oēs hoies vult ſaluos fieri: ⁊ in agnitionē veritatis venire. Vnus eñ deus et vnus mediator dei ⁊ hominū homo chriſtus ieſus qui dedit redēptionē ſemetipſū pro oībus. De hac ergo doctrinę apoſtolicę regula q̄ eccleſia vniuerſalis imbuitur: ne in diuerſū intellectuꝫ noſtrum euagemur arbitrio: quid in ipſa vniuerſalis eccleſia ſentiat requiram⁹: q̄ nihil dubiū eſſe poterit in ſcepto: ſi obedientia cōcordet in ſtudio. Precepit itaq̄ apoſtolus: ſimo per apoſtolū dño qui loquebat in apoſtolo: fieri obſecrationes et poſtulationes: gratiarū actiones p̄ omnibus hominib⁹: p̄ regibus: ac p̄ his qui in ſublimitate ſunt.

REmotis ab dicatisq; omnibꝰ cō certationibus quas intemperantium disputationuꝫ gignit animositas: tria esse perspicuum est: quibus in hac quęstione de qua scōm volumen incipimus: debeat inhęreri. Unum q̄ profitendū est: deum velle omnes homines saluos fieri: ⁊ in agnitionem veritatis venire. Alterum q̄ dubitandum non est: ad ipsam cognitionem veritatis et perceptionem salutis: nō suis quenq; meritis: sed ope atq; opere diuinę gratię peruenire. Tertium quod confitendum est: altitudinē iudiciorum dei: humanę intelligentię penetrabilē esse non posse: Et cur non omnes saluet: qui omnes vult saluos fieri: non oportere disquiri. Quoniam si qđ cognosci non potest: non quęratur: inter primam ac secundā diffinitionem non remanebit causa certaminis: sed secura ac trāquilla fide vtrūq; ꝓdicabitur: vtrūq; credetur. Deus quippe apud quē non est iniquitas: ⁊ cuius vniuersę vię misericordia ⁊ veritas: omnium hominum bonus con

ditor: iustus est ordinator: neminem inde bite damnans: neminem debite liberãs: nostra plectens cuz punit noxios: sua tribuens cum facit iustos: vt obstruatur os loquentium iniqua: et iustificetur deus in sermonibus suis: et vincat cum iudicatur: nec damnati iusta querimonia: nec iustificati verax est arrogantia: si vel ille dicat nõ meruisse se penam: vel iste asserat meruisse se gratiam. ¶Sicut autẽ ea que ad manifestationem gratie et diuinis proferuntur eloquijs: nulla possunt ratiõe: disserendi arte violari: vt pspicue consonantesq́ in tanta numerositate sententie ad aliquod praue interpretationis trahãtur incertum: ita etiã quod de saluatione omnium hominum in eodem scripturarum corpore reperitur: nulla contraria argumentatione temerandum est: vt quanto hocipsum difficiliore intellectu capitur: tãto fide laudabiliore credatur. Magna enim fortitudo est consensionis: cui ad sequẽdam veritatem auctoritas sufficit etiam latente ratione. ¶Proinde vigilanter consideremus: predicatoribus euangelij quid a domino iubeatur. Scd̃m matthe-
Matth. 28. um quippe sic ait: Data est mihi potestas omnis in celo et in terra. Euntes ergo docete omnes gentes baptizãtes eos in nomine patris et filij et spiritussancti: docẽtes eos seruare omnia quecunq́ mandaui vobis. Et ecce vobiscum sum om̃ibus diebus vsq́ ad consummationem seculi. Scd̃m marcum vero eisdem apostolis ita
Marci. 16. dicitur: Ite in orbem vniuersum predicate euãgelium vniuerse creature: et qui crediderit: et baptizat⁹ fuerit ipse saluus fiet: qui vero non crediderit: damnabitur. ¶Nũquid hac preceptione vllarum nationum vllorumve hominum facta discretio est? Neminẽ merito excepit: neminem separauit genere: neminem conditione distinxit. Ad omnes prorsus homines missum est euangelium crucis christi: et ne predicantium ministeria humano tm̃ viderentur opere peragenda: Ecce ego inquit vobiscum sum omnibus diebus vsq́ ad consũmationem seculi. Id est: cũ sicut oues introieritis in medio luporũ: nolite de vestra infirmitate trepidare: sed de mea potestate confidite: qui vos vsq́ ad consũmationẽ seculi in om̃i b ope nõ derelinquã. Nõ ad hoc vt nihil patiamini: sed qd̃ multo mai⁹ est: p̃stiturus vt nulla sceuientiũ crudelitate superemini. In mea eñ potestate p̃dicabitis: et p me fiet: vt inter contradicẽtes: inter furentes: abrae filij de lapidib⁹ suscitẽtur. Ego insinuabo qd̃ docui: ego faciam qd̃ pmisi. Tradẽt eñ vos in conciliis: in synagogis suis flagellabũt vos: et ad reges et p̃sides stabitis ppter me in testimoniũ
illis et gentib⁹. Cũ aũt tradẽt vos: nolite Matth. 10.
cogitare quõ aut qd̃ loquamini. Non eñ vos estis q̃ loquimini: sed spũs patris vestri q̃ loquitur in vobis. Tradet enim frater fratrẽ in mortẽ: et pater filiũ: et insurgẽt filij i parẽtes: et morte eos afficiẽt. Et eritis odio oĩbus hominib⁹ ppter nomẽ meũ. Qui aũt pseuerauerit vsq́ in finẽ: hic salu⁹ erit. ¶Apparuit ergo (vt apls ait) gr̃a salutaris dei oĩb⁹ hominib⁹: et tñ ministri gr̃e odio erant omnibus hominib⁹: et cũ alij essent q̃ oderãt: alij q̃ odijs psequentium p̃mebantur: neutra tñ pars nũcupatione oĩuz hominũ priuabatur: habente q̃dem salutis sue damnũ rebelliũ portiõe: sed obtinẽte plenitudinis censũ fideliũ dignita-
te. ¶Dicit eñ iohes aplo: Sz et si q̃s pec- 1. Joh. 2.
cauerit: aduocatũ habem⁹ apud patrem iesũ christũ iustũ: et ipse ẽ ppitiatio p peccatis nostris: nõ p nostris aũt tñ: sed etiaz p totius mundi. ¶Magni aũt et inenarrabilis sacramẽti mysteriũ est: q p̃dicato-
ribus q̃bus dictũ est: Ite i orbẽ vniuersũ Marci. 16.
et p̃dicate euãgeliũ vniuerse creature: iisdẽ
p⁹ dictũ fuerat: In viã gẽtiũ ne abieri- Matth. 10.
tis: et i ciuitates samaritanoꝝ ne introieritis: sed poti⁹ ite ad oues q̃ perierũt dom⁹ israel. ¶Quis eñ ad oĩuz hominũ vocationẽ euangeliũ dirigeretur: om̃esq́ dñs saluos fieri et i agnitionẽ veritatis vellet venire: nõ tñ sibi dispensationũ suaꝝ abstulerat ptãtem: vt aliter q̃ occulto iusto q̃ iudicio statuerat: cõsilij sui ordo decurreret. ¶Nõ locũ nõ habẽt cõtumatiũ murmura q̃relaꝝ: q: qd̃ de⁹ fieri voluit: cõstat nõ aliter fieri debuisse q̃ voluit. ¶Posteriore v̄o tpe cuz iã dñs iesus in dei p̃ris gl̃ia consideret: et predicatores verbi suscepto
negocio deseruirent: volentes apostoli Act. 16.
euangelizare verbum in asia: vetiti sunt ab spiritusancto: et disponentes ire in bi-

thyniam: prohibiti sūt ab spiritu iesu: nō vtiq; negata illis populis gratia: ꝑ quātum apparuit retardata. Nam postea etiā apud ipsos fides christiana conualuit.

Quę autē fuerit differendę vocationis causa: non claret: ⁊ tamen rei gestę docemur exemplo: q; inter generalia vel promissa vel opera vel ꝓcepta: quędam deus a communibus excepta causis occultiore nouit ordinare ratione: credo vt interpositis quibusdaz obumbrationibus ea quę secretius micant: mirabilius innotescant: ne negligentior fiat acies de facilitate cernendi: ⁊ quodaz modo dormitet assuetis: si non excitetur insolitis. Has autem incognoscibiles illuminationum dilationes: inter quas vtiq; multi in infidelitate deficiunt: non solum in populis remotionibus impiorum: sed etiam in ciuitatibus fidelium per plurimas domos ac familias nouimus fieri: dum christianę fidei etiam qui christiani futuri sunt: aduersantur. Multi enī quod oderūt: amabunt: quod non reapunt ꝓdicabunt.

Et quis inter hęc querulis aut curiosis notū faciet: cur adhuc sol iustitię quibusdam gentibus non oriatur: et a tenebrosis cordibus etiam nunc radios suos veritas reuelanda contineat? Cur corrigendi tam diu sinantur errare: ⁊ quod semp in fine ꝓstandum est: per tam longā nō tribuatur ętatem? Cur filios iam in christum credentibus necdum credant parentes? Et rursum a religiosis parentibus soboles praua discordet? Cum tamen deo qui initiorum fidei incrementiq; largitor est: fm ipsius ꝓceptuz quotidie pro omnibus supplicetur: vt etsi exaudit: nota sit gratia miserationis: etsi non exaudit: intelligatur iudicium veritatis. Sed ne in ꝓteritis quidem sęculis hęc eadem gratia: quę post domini nostri iesu christi resurrectionem vbiq; diffusa est: et de qua
Ps. 76. scriptum est: Illuxerūt coruscationes tuę orbi terrę: defuit mūdo. Quis enim speciali cura atq; indulgentia dei populum israeliticum cōstet electum: omnesq; alię nationes suas vias ingredi: hoc est fm ꝓpriam permisse sint viuere voluntatē: non ita se tamē eterna creatoris bonitas ab illis hominibus auerterit: vt eos ad cognoscendum se atq; metuendum nullis significationibus admoneret. Cęlum quippe ac terra et mare omniscq; creatura quę videri atq; intelligi potest: ad hanc ꝓcipue disposita est humani generis vtilitatem: vt natura rationalis de contemplatione tot specierum: de experimentis tot bonorum: de perceptione tot munerum: ad cultum et dilectionem sui imbueretur auctoris: implente omnia spiritu dei: in quo viuimus mouemur ⁊ sumus. Act.

Quoniam etsi longe est a peccatoribus salus: ꝓsentia tñ salutis ipsi⁹ ac virtute nihil vacuum est. Igitur sicut dicit ꝓpheta: Misericordia domini plena ē terra: quę nullis vnq; sęculis: nullis generationibus defuit: eamq; prouidentiā qua vniuersitatem rerum administrat et continet: regendis alendisq; naturis semper impendit: dispositum habens ex incommutabilis eternitate cōsilij: quibus quidq; temporibus distribueret: et multiformis gratię suę inscrutabiles inuestigabilesq; mensuras: per quę dona ac sacramēta variaret. Sicut enim ista gratię largitas quę in omnes gentes nouissime effluxit: non euacuat eā quę super vnum israel sub lege rorauit: nec ꝓsentes diuitię fidem ꝓteritę abrogāt parcitati: ita nec de illa cura dei: quę patriarcharum filios ꝓprie ꝓsidebat: coniciendum est: gubernacula diuinę misericordię ęteris dominibus fuisse subtracta. Qui qdē in cōparationem electorum videntur abiecti: sed nūq; sunt manifestis occultisq; beneficijs abdicati. Legimus enim in actibus apostolorum paulum et barnabam apostolos lycaonijs dicere: Viri qd hęc facitis? Et nos mortales sum⁹ similes vobis homines: annunciātes vobis ab his vanis conuerti ad deum viuum: qui fecit cęlum ⁊ terram ⁊ mare: ⁊ omnia quę in eis sunt: qui in ꝓteritis generationibus dimisit omnes gentes ingredi vias suas. Et quidem non sine testimonio semetipsum reliqt: benefaciēs ō cęlo: dans pluuias ⁊ tēpora fructifera implēs cibo ⁊ lętitia corda vestra. Act.
Qō est aūt hoc testimonium quod semper domino deseruiunt: et nūq; de eius bonitate ac potestate ꝓticuit: nisi ipa tot⁹ mūdi inenarrabilis pulchritudo

et inenarrabiliũ beneficioꝝ eius diuco et ordinata largitio: per quę humanis cordibus quędaꝫ ęterneꝫ legis tabulę prębebãtur: vt in paginis elementorum: ac voluminibus temporum: communis et publica diuineꝫ institutiõis doctrina legeretur.

¶ Ecclum ergo cunctaꝫ cęlestia: mare ⁊ terra: omniaꝫ quę in eis sunt: consono speciei suę ordinationisq; concentu protestabantur gloriam dei: ⁊ prędicatione perpetua: maiestatem sui loquebantur auctoris. Et tamẽ maximus numerus hominũ qui viaꝫ voluntatis suę ambulare permissus est: non intellexit: nec secutus hanc legem est: ⁊ odor vitę qui spirabat ad vitaꝫ factus est ei odor mortis ad mortem: vt etiam in illis visibilibus testimonijs disceretur: q̃ littera occideret: spiritus autẽ viuificaret.

¶ Ad ad ipsam cognitionem veritatis: et perceptionem salutis non quisq; suis meritis: sed ope ⁊ opera diuine gratie perueniat: Cũ. II.

Quod ergo in israel per constitutionem legis ⁊ prophetica eloquia gerebatur: hoc in vniuersis nationibus: totius creaturę testimonia ⁊ bonitatis dei miracula semper egerũt. Sed cũ in illo populo cui vtiq; eruditio pręfuit: nemo nisi gratia iustificatus sit per spiritum fidei: dõ ambigat eos qui de quibuscunq; nationibus quibuslibet tẽporibus deo placere potuerunt: spiritu gratię dei fuisse discretos? Quę etsi paruior antea atq; occultior fuit: nullis tamen seculis se negauit virtute vna: quantitate diuersa: cõsilio incõmutabili: opere multiformi. Haꝫ et in his diebus quibus totum mundum ineffabiliũ donorum flumina riganꝫ: non idem modus omnibus: nec eadeꝫ mensura confertur. Quus etsi per ministros verbi et gratię dei eadem cunctis veritas prędicetur: eadeꝫ cohortatio adhibeatur: dei tamẽ agricultura est: dei ędificatio: cuius virtus inuisibiliter agit: vt incremento p̃ficiat quod ędificatur aut colitur. Sicut
1.Cor.3. attestatur paulus apostolus dicẽs: Quid igitur est apollo? quid vero paulus? Ministri eius cui credidistis: et vnicuiq; sicut dominus dedit. Ego plantaui: apollo rigauit: sed deus incrementuꝫ dedit. Itaq; neq; qui plantat: est aliquid: neq; qui rigat: sed qui incrementum dat: deus. Qui plantat autẽ ⁊ qui rigat: vnũ sunt. Unusquisq; autem propriam mercedem accipiet ſm suuꝫ laborem. Dei enim sumus adiutores: dei agricultura estis: dei ędificatio estis. Agriculturę ergo huius atq; ędificationis intantum quisq; adiutor ⁊ operarius ac minister est: inquantum vnicuiq; dominus dederit. Et hi qui ministrorũ labore excolantur: ad eum proficiunt modum ad quem illos incremẽti auctor euexerit. In agro enim dominj non vniformis nec vna plãtatio est. Et q̃uis in vnũ decorem totius templi structura conueniat: non idem tamen locus est: nec idẽ vsus omnium lapidum: sicut et in vno corpore non omnia membra eundẽ actum habẽt: dicente apostolo: Hunc autem posuit de- 1.Cor.12.
us membra: et vnumquodq; eorum sicut voluit. Hęc vero membra vnde apta: vnde vtilia: vnde sint pulchra: idem doctor exponit dicens: Ideo notuꝫ vobis facio: Abi.3.
q̃ nemo in spiritu dei loquens dicit anathema iesu. Et nemo potest dicere dominum iesum nisi in spiritusancto. Diuisiones vero gratiarum sunt: idem autem spiritus: et diuisiones ministrationum sunt: idem autem dominus: et diuisiones operationum sunt: ideꝫ vero deus qui operatur omnia in omnibus. Unicuiq; autem datur manifestatio spiritus ad vtilitateꝫ: alij quidem per spiritum datur sermo sapientię: alij sermo scientię ſm eundem spiritum: alteri fides in eodeꝫ spiritu: alij operatio virtutũ: alij prophetatio: alij discretio spirituum: alij genera linguarum: alij interpretatio sermonum: hęc autem omnia operatur vnus atq; idẽ spiritus: diuidẽs singulis prout vult. Hęc magistro gentium tanta luce: tãta euidentia prędicante: qua ratiõe: qua causa dubitãdũ est: an omnium nobis virtutuꝫ germen ex deo sit: vel quis nisi insipientissimus de differẽtia diuinorũ munerũ cõqueratur: aut imparib⁹ ascribẽdũ meritis arbitretur: q̃ nõ equaliter de superna liberalitate conferãtur? Si enim hęc distributio ſm precedentiũ operum merita prouenirent: nõ ipsorum donorum catalogum tali cõclusione apostolus

terminaret: vt diceret: Hęc aūt omnia operatur vnus atq; idem spiritus diuidens singulis prout vult. Vbi vtiq; si meritorum causas voluisset intelligi: diceret: Diuidēs singulis prout merentur: sicut plantatoribꝰ aut rigatoribus premium deuotionis spo-
1.Cor.3. pondit dicens: Vnusquisq; autem propriam mercedem accipiet fm suuz laborē. Datur ergo vnicuiq; sine merito: vnde tendat ad meritum: et datur ante vllum laborem: vnde quisq; mercedem accipiat fm suuz laborem. Nō ita esse etiā euangelicę veritatis testimonio agnoscatur: vbi per cōpara-
Matth.25. tionē dicitur: Vt homo peregre proficiscēs vocauit seruos suos: t tradidit illis substātiam suam: et vni dedit quinq; talenta: alij autem duo: alii vero vnum: vnicuiq; fm propriam virtutem: id est: fm propriam t naturalem possibilitatem: non autez fm propriū meritum: quia aliud est posse operari: aliud operari: t aliud est posse habere charitatem: aliud habere charitatem: t aliud est capacem esse continentię: iusticię: sapiētię: aliud vero esse continentem: iustum atq; sapientē. Non itaq; omnio reparabilis reparatur: nec omnis sanabilis sanatus est: quia reparabilem t sanabilez esse de natura est: reparatum autem t sanatum esse: de gratia est. Deniq; isti quibus fm modulū capacitatis suę quem in eis distributor substantię prouidebat: dispar creditus est numerꝰ talentorum: non meriti remunerationem: sed operis accipere materiaz. In qua duorum seruorum vigilantissima industria: non solum gloriosis laudibus honestatur: sed etiam in eterna domini sui gaudia intrare precipitur. Tertij vero pigri ocium: t desidiosa nequicia sic punitur: vt t vituperationis dedecorek opprobrio: t portione quā acceperat: exuatur. Dignus enim erat perdere inutilē fidē: q̄ non exercuerat charitatem. Vnde et in subsequenti sermone quo apertissime declaratur futuri forma iudicij: sedēte filio hominis in sede maiestatis suę: anteq; facta congregatione omnium gentium: alij ducuntur ad dexteram: alij ad sinistram cōstituendi: laudatio dextrio de operibus charitatis: nihil aliud sinistrio obijcitur q̄ misericordię benuolentięq; neglectꝰ. Acceperant ergo etiam isti fidem: sed nō secuti fuerant dilectionez: nec de non aucto munere damnabūtur. Quis enim omnia bona: dona sint dei: a deo tamen quędam etiaz non petita tribuuntur: vt per ipsa quę accepta sunt: ea quę nondum sunt donata: quęrantur. Semen quippe quod iactur in terrā: non ob hoc seritur: vt ipsum solum maneat: sed vt fructū afferendo: multiplex atq; numerosum sit. Cui quidez profectus ab illo est qui dat incrementū: sed terra viuens t de gratia iam imbre fecunda: habet quod ab ipsa expectetur ad id qō accepit: augendū.

De consideratione differentiaz quibus diuinę gratię opera et dona variata sunt. Ca. iii.

Ds recte (vt arbitror) quātū dominus tribuit: pertractatis: ad id vi digressa ē disputatio: reuertamur: ad cōsiderationem scilicet differentiarum quibus diuinę gratię opera ac dona variata sunt. Altitudo quippe diuitiarum sapientię t scientię dei: cuius inscrutabilia sunt iudicia t inuestigabiles vię: sic semper misericordiam suaz et iudiciuz temperauit: vt secretissima eterni consilij voluntate noluerit in omnibus super oēs generationes aut super omnes homines: equales donorum suorum esse mensuras. Si quidē aliter eos iuuerit: quos ad cognoscendum se: cęli et terrę testimonijs conueniebat: aliter illos quibus non solum elementoruz famulatu: sed etiam doctrina legis: prophetaruz oraculis: miraculorum signis: t angelorum cooperationibus cōsulebat: Et multo magis aliter misericordiam suam vniuersis hominibus declarauerit: quando filiꝰ dei factus est filius hominis: vt inueniretur ab eis qui eum non quęrebant: et appareret his qui illum non interrogabant: t nō in vno tm populo israelitice stirpis excelleret: sed in omni gente quę est sub cęlo: multiplicatuz abiaç semen oriretur: in quam heredum successionem non filij carnis: sed filij promissionis intrarent. Et quanta in preteritis seculis super ceteras nationes: tanta nunc esset in gente iudęa: parcitas gratię. Luz tamen introducta plenitudine gentium: etiaz ipsorum ariditati earundez rigationū inundatio spondeatur. Quę itaq; causę sint harū sub eadē gra dissimilitudinum: q̄ve rōnes: fact; seri-

pturis nō loquentibus ḋo loquetur? Et cū in eis scientia pauli apostoli a disputatiōe trāseat ad stupore: cuius erit tanta prefūptio: qui hec disserēdo existimet aperienda potius ḋ silentio miranda? Patienter igitur et equanimiter ignoret tam remotū ab humana cogitatione secretum: nec tamen quia nequeunt clausa penetrari: ideo etiaz reseratoriū ē pretercūdus introitus. Manifestauerunt enim diuinoꝝ eloquioꝝ multe auctoritates: ⁊ continua omnium seculorum experimēta docuerunt: nullam dei misericordiam: misericordemq; iusticiam: nec alendis vnq; corporibus hominum nec docendis inuandisq; eoruz mētibus defuisse. Semper etenim pluit sup bonos et malos: Matth.5. semper solem suum oriri fecit super iustos ⁊ iniustos: semper vitales auras ꝓbuit: semper dies ⁊ noctis vicissitudines ministrauit: vbertatem agris: multiplicationez seminibus: fęcunditatez generandis hominibus semper impendit. Etsi quando aliquid horum minuit: benignis conceptionibus auersionem desiderioq; male vtentium castigauit: vt miserationes eius ḡrerent in aduersis: cuius iusticiam non timuerant in secundis. Denicq; si ad ipsa mundi exordia recurramus: inueniemus omniū sanctorum qui diluuium precesserunt: dei spiritu fuisse rectorem: propter qḋ ⁊ filij dei nominati sūt. Ro.8. Quoniaz sicut ait apostolus: Quicūq; spiritu dei aguntur: hi filij sunt dei. Et cū ipḋe neglecta obseruantia patrum: illicitis se reprobozum nuptijs miscuissent: atq; ob nefariam societatem digni exterminio iudicarentur: dominus ait: Non permanebit spiritus meus in hominibus istis: quoniā caro sūt. Vnde apparet q̄ ille populus cuius generationes discreto ordine cum annoruz numero digerūtur: spiritalis antea fuit: ea vtiq; voluntate cui spiritussanctus presidebat: sic impēdēs moderaminis sui regimē: vt declinādi ad vitia non adimeret potestatem: qua potestate hic populus si nō vteretur: non relinqueret deum: nec relinqueret eum deus: esset; ille de quo dictum est: Felix q̄ Eccli.31. potuit trāsgredi: ⁊ nō est transgressus. Manet ergo apud deum manſit: ea voluntate manſit: quā deus inspirauit ⁊ rexit. Preparatur enim sicut scriptum est: voluntas a domino. Sed huius preparationis non vnus semper prouect⁹: nec vna mensura ē. Quoniam multis modis ⁊ innumerabilibus differentijs: gratię opera ⁊ dona variant: inq; ipsis singulis generibus munerum: dissimiles sunt gradus ⁊ impares quātitates. Sicut enim ī germinibus herbarū atq; lignorum quę terra producit: nō vna species: nec vnum in ossibus genus ē: sed singula queq; in sui seminis forma et in suę stirpis qualitate gignuntur: plenum autem decorem non statim vt edūtur accipiunt: sed certis ⁊ ordinatis prouehuntur augmentis: donec ad perfectam sui habitus quātitatem ꝑ successa sibi incremēta perueniant: Ita et semina charismatum plantęq; virtutū non in omni agro cordis humani totum hoc pariter qḋ sunt futura nascuntur: nec facile reperitur in exordio maturitas: ⁊ in inchoatione perfectio. Exerit quidem frequēter potens ⁊ misericors deus mirabiles istos suę operationis effectus: et quibusdam mentibus non expectata profectuum moza: totū simul quicquid collaturus est: inuehit. In Deu.7. abraę lumbis leui sanctificatur: ⁊ simul cuz eo domus aaron: ⁊ sacerdotalis ordo benedicitur. In isaac de repromissione cōcepto: ⁊ contra spem sterilium senum nato: omnium gentium vocatio: ⁊ tota christi forma ꝓcondatur. Jacob nullo merito suffragante dilectus: ꝓ esaū nascatur eligitur. Hieremię dicitur: Priusq; te formarem in vtero: noui Hiere.1. te: et priusq; exires ḋ vulua: sanctificaui te. Johānes itra helizabet matris viscera spiritusancto repletus exultat: ⁊ vt nullus iter Luc.1. natos mulierum maior sit: prius sentit initia gratię q̄ nature. Sed cum ⁊ alia similiū documentoꝝ exempla non desint: quę brevitatis studio preterimus: multo tamen crebriora: multoq; numerosiora pars illa hominum ē: cui particulatim quicquid supernа largitas donat accrescit: vt conferendorum munerum causę de his quę sunt collata: pariantur. Quidam accepta fide diffidentia non carent: quam vtiq; inesse sibi nouerat qui dicebat: Credo dñe: adiu- Marc.9. na incredulitatem meaz. Quam nec illi abesse penitus a suis animis sentiebāt: qui dixerunt: Domine auge nobis fidem. Quidā Luc.17. qḋ credūt: nō intelligūt: et mīti eoꝝ diuinę fidei simplicitatis modulo detinēt. Adulti vō cito intellexerūt lumē accipiūt. Ipsa aūt intelligē-

tia non in omnib⁹ eundem habet vigorem: aut similē facultatem. Et plurimi cum t fide et intellectu videantur ornati: laborant tamē indigētia charitatis: Et bis quę fide t intellectu vident: nequeūt inhęrere: quoniam perseuerari in eo non potest: quod nō toto corde diligitur. Donum quoq; ipsius charitatis nō semper eiusmodi est: vt quicquid ad plenitudinem ipsi⁹ pertinet: simul a percipiente sumatur. Est enim amor qui potest alio amore superari. Et sępe dilectio dei ex mūdi dilectione marcescit: nisi ad eū feruorem spiritusancto inflammante profecerit: qui nullo extingui frigore: nullo possit tepore languere. Cum itaq; in hoc inenarrabili dono dei omnium summa donorum: t quędam sit cunctarum vita virtutum: ad hoc cętera conferuntur: vt habeat animę fidelis intentio: per quę ad perfectam charitatem possit eniti. Quę quoniam non solū ex deo: sed etiam deus est: stabiles et perseuerantes atq; insuperabiles facit: quos flumine suę voluptatis impleuerit. Qui autē istarum aquarum dulcedinem nesciunt: et adhuc de mundi huius torrentibus bibūt: aut etiam si aliquid paumorib⁹ labrio de vitę fonte gustauerunt: inebriari tamē aureo babylonis calice delectantur: suo prorsus decipiuntur arbitrio: sua voluntate labuntur: etsi in hac desidia perseuerāt: ipsi se bis quę accepere: dispoliāt. Facile eū quęlibet bona sine charitate possunt perire: quę nō possunt sine charitate ꝓdesse.

Nō auersio a deo non sit diuine ꝓstitutionis: sed ꝓpꝛię volūtat: Ca. iiii.

Hęc autem sūmatim breuiterq; perstricta ad id valeāt: vt certissime nouerimus: nullum fideliū a deo non discedentem relinqui: neq; cuiusq; ruinam ex diuina esse constitutione dispositam: sed multis qui iam iudicio rationis vruntur: ideo liberum esse discedere: vt non discessis sit premium: t vt qō nō potest nisi cooperante spiritu dei fieri: eorum meritis deputetur: quorum id potuit voluntate non fieri. Quę voluntas in malis actionibus sola esse potest: in bonis autē sola esse non pōt. Quis enim sm naturam sit homini: vt bonę sit voluntatis: vitiuz tamen qō per malam voluntatem irruit in naturam: non naturę superatur virtute sed gratię. Regebat ergo primus ille populus dei: spiritu dei: t a maledicti ac ꝓdamnati populi societate ac moribus per eruditionem sanctispiritus abstinebat: custodiens discretionem sui a permixtione carnalium: quorum mala tam diu sustinuit patientia dei: q̄diu boni per id q eos non imitabantur: placere potuerunt. Vbi vero etiam boni malorum imitatione corrupti sunt: t per voluntatis defectum in eādem nequiciam conspirauit vniuersitas: quos excepta noe domo: vna impietas prophanauit: sentēna vna deleuit. Bonitas autez dei ne illi quidem parti defuit: quę in charitate non stetit: et ab initio sui veneno diabolici liuoris intumuit. Principem enim gentis impię fācti fratris meritis inuidētem: ęgdemq; eius parricidali corde meditātem: dignatur dominus paterno mitigare consilio: dicēs ad cain: Vt quid tristis factus es: vt quid concidit vultus tuus? Nonne si recte offeras: recte autē nō diuidas peccasti? Quiesce. Ad te enim erit conuersio eius: t tu dominaberis eius. Depone inquit ortam de inuidię emulatione tristiciam: t flammas odij crudelis extingue. Nihil tibi abel nocuit: nec mihi placendo te lęsit: despecti munera tua meo iudicio: non illius voto. Opus enim bonū negligenter egisti: recta fuisset oblatio tua: si fuisset recta discretio. Scieno cui offerres: scire debueras quid voueres. Nō digne inter me t te diuisisti: quoniam tibi electiora seruasti. Tuus ergo hic error est: tuūq; peccatum: quiesce t noli in insontem fratrē moueri: ad te potius tua culpa reuocetur: noli peccato regnum in te dare: sed tu potius in ipsum fume dominatum. Pęnitendo enim nec in maius facinus progredieris: t ab eo in quo te doles displicuisse: mundaberis. Cum ergo talia ad cain loqueretur deus: nunquid ambiguum est voluisse eū: t quātum ad medendi modum sufficiebat egisse: vt cain ab illo impietatis furore resipiscere? Sed malicia pertinax inde facta est inexcusabilior: vnde debuit esse correctior. Et vtiq; ꝓsciebat deus: ad quem finem insanientis cēt progressura cōceptio. Neq; ex eo q falli scientia diuina non poterat: necessitate peccādi vigebatur facinus volūtatis:

Sect. 4.

a cuius vtiq; intentione atq; effectu potuit incolumitas abel illesa defendi: nisi placuisset deo cum magna laude patientię suę: vt temporalis furor impij: fieret perpetuꝰ bonor iusti. Posteris vero istius fratricidę q̄uis in progenitoris sui moribus viuerent: nunq̄ se diuinam bonitatem negasse: quis non facile aduertat: si consideret q̄tum eis prodesse potuerit tam longa patientia dei: tam diues bonorum temporalium copia: ⁊ multiplicatę fecūditatis tam numerosa ꝓpagatio: quę beneficia ꝫ obdurati nihil remedij et emendationis attulerint: probant tamen auersionem eorum non diuinę fuisse constitutionis: sed proprię voluntatis. In conseruatione autem noe filiorumq; eius ⁊ nurium in quib⁹ omniū gentium seminarium disponebatur: quanta diuinę gr̄ę opera reuelata sint: facta scriptura manifestat: dum in illa mirandę capacitatis arca: vniuersi generis animalium q̄tum reparationis aderat: receptrice: ꝫ gregatura ad se omne hominū genus ecclesia figuratur: dum p lignum ⁊ aquam redemptio crucis christi ⁊ ablutio regenerationis aperitur. Dū in his qui ex illa mūdi vastatione saluati sūt: omnium gentium plenitudo benedicitur. Dū donuꝫ secunditatis iteratur: et solo esu suffocatorum ⁊ sanguinis interdicto: libertas edendi q̄ placuerit: augetur: salutiq; securitas in testimonio versicolozis arcus: hoc est in signo multiformis gratię cōsecratur. Quę vtiq; mysteria atq; sacramēta nō vnius tm familię paucissimoꝝ tunc homines: sed in ipsis omnes eorum posteros imbuebant: vt q̄ eruditiom impendebat parentum: proficeret scientię filiorum. Jam vero procurrente humanę ꝓpagationis augmēto: cuꝫ ipsa mortalium numerositas ꝑ suos multiplicationib⁹ superbiret: ⁊ fm elatiōis suę altitudinem cęlo cuperet molem immodicę instructiōis inferere: q̄ mirabilis ergā cohibendam hanc insolentiam fuit diuinę censura iusticię? Quę vnam illorum populorum loquelam notio sibi inuicem significandi canonibus consonātem: septuaginta ⁊ duarum linguarum varietate confudit: vt et inter dissonas voces operantium pereunte concordia: insanę molitionis machina solueretur: ⁊ habitādo orbi terraruꝫ daret incolas malę congregatiōis oportuna dispersio. In illo autem opere prouidentię dei q̄ ordinabantur miracula gratię christianę: q̄ omnem hanc dispersionem in illius q̄dūcationis erat vocatura cōpagem: in qua omne genu flectitur deo: ⁊ omnis lingua confiteatur: quoniam iesus in gloria dei patris ē. Philip. ii.

Hanc latitudinem gratię in plenitudine dispositorum temporum reuelandę: facta ad abraam promissio dei signis iam luculentioribus indicabat: quando duplex eius successio: filij scilicet carnis ⁊ filij promissionis multitudini arenarum comparabatur ⁊ siderum: ⁊ vir senex per annosam vteri sterilitatē ab spe iam prolis alienus: credebat laudabili fidē per germen vnⁱ filij patrē futurum esse se mundi: prospiciens illum i semine suo: imo conspiciens qui dixit: Abraā diem meum vidit: ⁊ gauisus est. Qua fide abraam cum iustificaretur: nondum mādatum circumcisionis acceperat: sed cum esset in ꝓputio naturali: reputata ē fides eius ad iusticiam: ⁊ eadem fides signaculum circumcisionis acceperat in eo corporis membro: per quod semen procreationis peruenturum erat ad eam carnem: in qua sine carnali semine dei filius deus verbum caro fieret: ac de abraę filia maria virgine nasceret assūptis omnibus in huius natiuitatis cōsortium: qui in christo ꝑ spiritū sanctū regenerati q̄ abraam credidit credidissent. Joh. 8.

Dō etiā añ aduēū christi nationes q̄ alienate a conuersatiōe israel: spem nō habebāt: ob hoc non sint excusabiles. Et quō ꝓpt̄ pscutiones bonoꝝ christus populū suum auxerit: Ca. v.

Hec autem fides anteq̄ veniret: hoc ē semen de quo abraę dictum est: In semine tuo benedicent omnes gentes terrę: intra vnius stirpis populum continebat: vigente apud veros israelitas spe redemptionis nostrę: quoniam etsi fuerūt et alienigenis quos temporibus legis veritas illustrare dignata sit: tā pauci fuerūt: vt vix cognoscant an fuerint. Neq; ob hoc excusabiles sint nationes: quę alienate a cōuersatione israel spem non habentes ⁊ sine deo in hoc mundo: sub ignorantię tenebris perierunt: quia hęc abundantia gratię quę nunc vniuersum mundum rigat: patri antea largitate nō fluxit. Adhibita enim semper est vniuersis hominibus quędam superne mensura doctrinę: quę etsi parciore circul-

Gen. 22.

tionisq; gre fuit: sufficit tñ sicut dñs iudicauit: quibusdam ad remedium: omnib⁹ ad testimonium: vt non dubie: sed euidenter appareat: q̄ nisi vbi abundauit peccatū: superabundaret gratia: nunc quoq; vniuersū genus humanum similis obcęcaret impietas. An forte vt plerique garriunt: meliora & veterum ingenia nostris seculis orta sunt: & aptiores diuinis donis animas tempora extrema pepererunt. Nō etiam si ita esset: ad bonitatem id referendus esset auctoris: qui vocandis ad vitam ęternā populis: ea quę non retinerentur: corda finxisset. Sed nihil prius nouatus est in generatione carnali: nec generosior: aut minorum orta successio est: cum potius in hominibus illi⁹ tēporis: quo mundi redemptor aduenit: quāto erat propago tardior: tāto sit iniquitas inuenta robustior. Probauit hoc iudaici furoris impietas: Et & apta euāgelio christi fuerit illa generatio: non solum populi: & etiā scribarum & principum ac sacerdotum corda docuerunt. Quibus parum fuit in agnum dei tollentem peccatum mundi: cōtra testificationem legis: contra oracula prophetarum: contra diuinarum experimenta virtutum: seditionibus: cōtumelijs: sputis: alapis: colaphis: lapidib⁹: flagris: et ad postremum crucis atrocitate sęuisse: nisi etiam testes resurrectionis eius eadem persequerētur insania: Quam apostoli quādo a pōtificibus flagellati sunt: ostenderunt in psalmo dauitico pphetarum dicentes: Domine tu es qui fecisti cęlum & terram & mare & omnia quę in eis sunt: qui spiritu sancto per os patris nostri dauid pueri tui dixisti: Quare fremuerunt gentes: & populi meditati sunt inania: Astiterunt reges terrę: et principes conuenerunt in vnum aduersus dominum et aduersus christum eius: Cōuenerunt enim vere in ciuitate ista aduersus sanctum filiū tuum iesum quem vnxisti: herodes & pontius pilatus cum gentibus et populis israel: facere quę manus tua & consilium decreuerunt fieri. Igitur ad manifestandam gram dei quę ex ęterno eius incōmutabiliq; consilio in salutem omnium gentium disponebatur: nō prius quasi incapacia declinata sūt tempora: sed ita electa: quę tales populos ediderunt: quoniq; ferox & voluntaria iniqtas non consulendi affectu: sed intentione sęuiendi persisteret facere quę manus dei & consilium decreuerūt fieri: vt mirabilior eēt gratia et potentia dei quę ō tam duris animis: tam tenebrosis mentibus: tam inimicio cordibus fecit sibi populū fidelem: subditum: sanctus: qui non per sapientiā hui⁹ mundi peruenit ad lumen sapiētię dei: sed per illius donum de quo testatur iohannes apostolus dicens: Scim⁹ quia filius dei venit: & dedit nobis sensum: vt cognoscamus verum deus: & simus in vero filio eius. Cui testimonio apostolus paulus consonat dicens: Gratias agentes patri q̄ dignos nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine: qui eripuit nos de tenebris: et de potestate tenebrarum: & transtulit in regnum filij dilectionis suę. Et iterum idem: Eramus enim inquit aliquando insipientes: increduli: errantes: seruientes desideriis & voluptatib⁹ variis: in malicia & inuidia agentes: odibiles: odientes inuicem. Cum autem benignitas & humanitas apparuit saluatoris nostri: non ex operibus iusticię quę fecimus nos: sed fm suam misericordiam saluos nos fecit: per lauacrum regenerationis spiritussancti: quē effudit in nos abunde p iesum christum saluatorem nostrum: vt iustificati gratia ipsius hęredes simus fm spem vitę ęternę. Potuit ne plenius: luculentius: verius explicari: quę merita dominum christus inuenerit: & quos sibi mores subiecerit: q̄ ad se corda conuerterit: quando venit mederi non sanis sed male habētibus: & vocare nō iustos sed peccatores: quoniam gentiū populus qui sedebat in tenebris: lucem vidit magnam: & sedētibus in tenebris et vmbra mortis: lux orta est illis. Fremebant gētes: trascebantur populi: sęuiebant reges: & potestates contradicebant: superstitiones et totius mundi reluctabantur errores. Sed de resistentibus: furētibus: persequentib⁹: populum suum christus augebat: & per vincula ac supplicia mortesq; sanctorū roborabatur fides: vincebat veritas: perq; vniuersum mundum: dominici agri segetis multiplicabatur vberras. Tāta enim desuper ębebatur constantia fidei: fiducia spei: fortitudo tolerātię: vt ille ignis dilectiōis: quē in cordibus fidelium spiritussanctus accenderat: nullo modo oppressentibus posset extingui. Cum & qui cruciabantur: vehementius inardescerent: & qui sęuiebant: eandem quam persequebantur: flāmam sępe conci-

Act. 4.

Tit. 3.

Matth. 9.

Esa. 9.

perent: qua beatus apostolus paulus ignitus: fidenter ferenterq; dicebat: Justificati igitur ex fide pacem habeamus ad dominum nostrum iesum christum: per quem et accessum habemus fide in gratiaz istam in qua stamus: t gloriamur in spe gloriē filiorum dei: non solum autem: sed t gloriamur in tribulationibus: sciētes q; tribulatio patientiam operatur: patientia autem probationem: probatio vero spem: spes aūt non confundit: q; charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritū sanctum qui datus
Ro. 5. est nobis. Et iterum: Quis nos separabit a charitate christi? Tribulatio an āgustia? an persecutio? an fames? an nuditas? an periculū? an gladius? Sicut scriptum est: Quia
Ps. 43. propter te mortificamur tota die: existimati sum⁹ sicut oues occisionis. Sz in his omnibus superamus: per euz qui dilexit nos. Certus sum enim: quia neq; mors: neq; vita: neq; angeli: neq; principatus: neq; instātia: neq; futura: neq; fortitudo: neq; altitudo: neq; pfundum: neq; creatura alia poterit nos separare a charitate dei quę est i christo iesu domino nostro. Hęc charitas diffusa per spiritū sanctum fecit: vt mundus fidelium: mundum vinceret impiorum. Hęc neronis crudelitatem: domitiani furore: ē: multorumq; post eos principum gloriosa innumerabilium martyrū fine confudit: donante christo imitatoribus suis: de persecutionibus regum eternarum stemata coronaz.

Qđ christus pomnib⁹ impios t peccatorib⁹ mortuus fuerit: Ca. VI

In illa igitur ratio dubitādi est: iesū christum dominum nostrum p impios t peccatoribus mortuū: a quorum numero liber inuētus est. Non est pro oib⁹ mortu⁹ christus? Sz pius pro omnib⁹ mortuus est christus. Nemo ergo omnium hominū ante reconciliationem quę p christi sanguinē facta est: non aut peccator aut
Ro. 5. impius fuit: dicente apostolo: Si enim christus cum adhuc infirmi essemus: iuxta tempus pro impijs mortuus est: vix enim p iusto quis moritur: nam pro bono forsitan quis audeat mori. Commēdat autem suam charitatem deus in nobis: Quoniam si cū adhuc peccatores essemus: christus pro nobis mortuus est: multo magis iustificati sāguine ipsius salui erimus ab ira per ipsum. Si enim cuz inimici essemus: reconciliati sum⁹ deo per mortem filij eius: multo magis reconciliati salui erimus in vita ipsius. Idez autem apostol⁹ in secūda ad corinthios ait:
2. Cor. 5. Charitas enim christi vrget nos iudicantes hoc: quoniam si vnus pro omnib⁹ mortuus est: ergo omnes mortui sunt: t pro omnibus mortuus est: vt t qui viuunt: iā non sibi viuant: sed ei qui pro ipsis mortuus est t resurrexit. De seipso vero quid pronūciat audiamus. Fidelis inquit sermo et oni ac
1. Tim. 1. ceptione dignus: Quia christus venit i hūc mundum peccatores saluos facere: quorum primus ego sum. Sed ideo misericordiam consecutus sum: vt in me primo ostenderet christus iesus omnem patientiam: ad informationem eorum qui credituri sunt illi i vitam eternam. Siue ergo circumcisio siue p̄putium: peccato vniuersaliter concludebatur: vnusq; oēs reatus obstrinxerat: t inter magis minusq; impios nemo erat q̄ posset absq; christi redemptiōe saluari: quę redemptio vniuerso se se intulit mūdo: t omnibus hominibus indifferenter innotuit: quando quidem in die quinquagesimo ab illo pascha in quo se hostiam deo verus agnus obtulerat: cum apostoli t q̄ cū eis vnanimes erāt: repleti spiritu sancto linguis omnium gentium loquerentur: cōuenichat exercita miraculo diuersi generis hominū multitudo: vt euangelium christi in eis qui aderant: totus mundus audiret. Confluxerāt
Act. 2. autem (sicut scriptuz est) partbi t medi: elamite t qui mihabitant mesopotamiā: iudeam et cappadociam: pontum t asiam: phrygiam et pāphiliam: egyptū et partes lybię quę est circa cyrenen: t aduenę romani: iudęi quoq; t prosely: cretes t arabes: audientes eoz linguis p̄dicari magnalia dei: quorum testificatio etiam in eas gētes quę remotiores sunt: longe lateq; procurreret: Ad cuius rei effectuz credimus prouidētia dei romani regni latitudinem p̄parataz: vt nationes vocandę ad vnitatem corporis christi: pius iure vnius consociarentur impietatis. Cuius gratia christiana non contēta sit eosdem limites habere quos romana: multosq; iam populorum sceptro crucis christi illa subdiderit: quos armis suis ista non domuit. Quę tamen per apostolica sacerdotu principatuz amplior facta ē arce religionis q̄ solio ptātis. Qđ si forte quēadmodū quasdam gentes qđ non volunt: in consor-

tium filiorum dei nouimus adoptatas: ita etiam nunc in extremis mūdi partibus sūt aliquę nationes: quibus nōdum gratia saluatoris illuxit: Non ambigimus etiam circa illas occulto iudicio dei tempus vocationis esse dispositū: quo cuāgelium qō nōdum viderunt: audiant atq; suscipiāt. Quibus tamen illa mensura generalis auxilij ḡ desuper omnibus semper hominibus est ꝓbita: non negatur. Quāuis tā acerbo natura humana vulnere sauciata sit: vt ad cognitionem dei neminem contemplatio spontanea plene valeat eruditre: nisi obumbrationē cordis vera lux discussserit: quā inscrutabili iudicio deus iustus ⁊ bonus non ita ꝓ teritis sęculis quēadmodum in nouissimis diebus effudit. Unde et beatus apostolus
Col.1. paulus scribens colossensib⁹ ait: Mysterium qō absconditū fuit a sęculis ⁊ generationibus: nunc autem manifestatum est sanctis eius quibus voluit deus notas facere diuitias glorię sacramenti huius in gētib⁹: qō est christus in nobis.

Quomodo mysterium vocationis gentium, ꝓphetis fuerit cognitum ⁊ aplis: Ca. vii.

An quid hoc mysterium etiaꝫ prophetis incognituꝫ fuit? ⁊ illi per ḡs spiritussāctus loquebatur ea quorum ab ipsis fiebant denūciationes: nesciebant? Non ita plane intelligendum puto: sed ipsis gentibus absconditum fuisse mysterium qō dominus qū voluit ⁊ quib⁹ voluit reuelauit. Nam de vocatione gentiuꝫ quę nō erant populus dei: et quibus prius non misertus est: nunc autem miseretur: in
Deut 32. deuteronomio ita dicitur: Et vidit dominꝰ ⁊ zelauit: ⁊ iratus est propter tram filiorum suorum ⁊ filiarum: ⁊ dixit: Auertam faciem meam ab eis: ⁊ ostendaꝫ quid erit in nouissimo: q; generatio peruersa est filijs: in quibus non est fides in illis. Ipsi in zelum cōpulerunt me in hoc qō nō est deus: irritauerunt me in idolis suis. Et ego in zelum incitabo eos in eis qui non erat gens: sup gentē insipiente irritabo eos. Et dauid hęc de adoraturis deuꝫ omnibus gentibus ꝓpcinit: Omnes gentes quascunq; fecisti venient ⁊ adorabunt coram te domine: ⁊ glorifi-
Ps.71. cabunt nomen tuum. Et iterum idem: Et adorabunt eum omnes reges terre: omnes
Ps.71. gentes seruient ei. Et iterum: Benedicētur in ipso omnes tribus terrę: omnes gentes magnificabunt eum. Esaias quoq; similia annunciat dicens: Quoniam erit in nouis- Esa.2. simis diebus manifestus mons domini: et domus dei in cacumine montium: ⁊ exaltabitur super colles: ⁊ venient ad euꝫ omnes gētes. Et iterum idem: Et faciet inquit dominus sabaoth omnibus gentibus: in mōte isto bibent in iocunditate vinuꝫ: vngentur vnguēto in monte isto: tradet hęc oīa gentibus: hoc enim consiliuꝫ super omnes gentes. Et iterum idē: Et reuelabit dominus brachium suum sanctum in conspectu omnium gentium: ⁊ videbunt omnes gentes terrę salutare quę a domino est. Et iterꝫ: Ecce aduenę ad te per me accedent: ⁊ ad te fugient. Et infra: Gentes quę te nō cognouerunt inuocabūt te: et populi qui te nesciunt: ad te confugient. Osee quoq; pria ꝓphetat dicens: Et erit in loco in quo dictuꝫ Osee.1. est eis: non populꝰ meus vos: ibi vocabuntur filij dei viui: ⁊ congregabuntur filij iude ⁊ filij israel in idipsum. Et iterum: Misere- Osee.2. bor: non dilectę: ⁊ dicam non populo meo: populus meus es tu: ⁊ ipse dicet: deus meus es tu. Sub apostolis vero cum ij qui in christum ex circumcisione crediderant: eos qui gentiles erant: dicebanturq; ꝓputiū: iustificationum gratię arbitrarentur participes esse nō posse: Docet beatus apostolꝰ petrus ḡs indiscretus apud deum vterq; sit populus: si in vnitatem fidei ambo conuenerint. Cum autem inquit cępissem loqui: Act.11. decidit spiritussanctus super eos: sicut et in nos in initio. Recordatus sum autē verbi domini: sicut dicebat: Johannes quidē baptizauit aqua: vos autē baptizabimini spiritusancto. Si ergo eandem gratiam dedit illis deus sicut ⁊ nobis qui credidimꝰ in dominum iesum christum: ego quis eram qui possem prohibere deum? His auditis tacuerunt ⁊ glorificauerunt deum dicentes: Ergo ⁊ gentibus deus ꝓnitentiam ad vitam dedit. Jacobus quoq; apostolus ō hac vo- Act.15. catione gentium dicit: Viri fratres audite me: Simon narrauit quemadmodū primū deus visitauit sumere ex gentibus populū nomini suo: ⁊ huic concordant verba ꝓphetarum: sicut scriptuꝫ est: Post hęc reuertar: Amos.9. ⁊ reędificabo tabernaculuꝫ dauid quod cecidit: ⁊ diruta eiꝰ reędificabo: ⁊ erigam illud: vt requirant cęteri hominum dominum: et

omnes gentes super quas invocatus est nomen meum: dicit dominus faciēs hęc: notum a seculo est domino opus suū. Sy- Act. 2.
meon quoq; ille cui responsum erat a spiritu sancto non eum visurum mortem prius q̄ videret christū domini: ō salute omnium gentium q̄e in christo revelabatur: hęc dixit: Nūc dimittis servū tuum domine fm verbum tuum in pace. Quia viderunt oculi mei: salutare tuum. Quod parasti: ante faciem omniū populorum. Lumen ad revelationem gentium: & gloriam plebis tuę israel. His et alijs testimonijs scripturarum: non dubie demonstrat: ista divinissimam: potentissimā: benignissimaq; gratiam qua in novissimo mundi tēpore omnes gentes in regnum christi vocārtur prioribus seculis in occulto dei absconditam fuisse consilio. Et cur hac manifestatione qua nunc vniuersis nationibus innotescit: antea revelata nō fuerit: nullam posse scientiam cōprehendere: nullam intelligentiam penetrare: cum tamen illud quod ō bonitate dei pijssime creditur: q̄ omneo hommes velit salvos fieri: & in agnitionem veritatis venire: non oporteat nisi perpetuum ęternumq; sentiri: fm eas mensuras q̄bus deus dona generalia specialibus novit cumulare muneribus: vt & qui exortes gratię fuerint: ō sua nequicia redarguāt: & qui eius lumine erituerint: nō in suo merito: sed in domino glorientur.

In hoc sane angusto quidem: sed tamen recto intelligētię tramite non parum difficultatis opponit cōsideratio paruloru: qui nullo iudicio rationis vtunt: quo auctoris sui beneficia sentientes: ad agnitionem valeant veritatis accedere: nec videntur de neglectu opitulātis gratię iuste arguiri: in illa ignorantia naturaliter cōstituti: quā dubiū non est: nullam recipere scientiam: nullam sentire doctrinā.

Quare tanta multitudo nō regeneratorum infantiū a ppetua alienetur salute: Ca. viii.

Vide cuius oīneo hommes velit deus saluos fieri: quid est q̄ alienatur a salute ppetua tanta infantium multitudo: totęq; in bis ętatibus hominū mīlia extra vitam relinquūtur ętternam: quasi ad hoc tm conditi sunt ab eo qui neminem odiens creauit: vt quia in hunc mundum cū peccati carne venerūt: insolubilis culpę vincula sine reatu ppriq; actionis incideret: quid hoc profundius: quid mirabilius esse potest? Neq; credi fas est: eos qui regenerationis nō adepti sūt sacramentum: ad vltum beatorum pertinere consortium. Et magis stupendū magisq; sit mirum: q̄ vbi actio non offendit: vbi arbitrium non resilit: vbi eadem misera similis imbecillitas: causa cōmunis est: non vnum est ō tanta parilitate iudicem: & ōles reprobat abdicatio: tales adoprat electio. Verūtamē de hac altitudine discretiōis dei non cōturbabik cor nostrum: si firma & stabili fide omne iudiciū dei iustum esse credamus. Nec agetam⁹ habere cognitum q̄d voluit esse secretuz: vt vbi inuestigare nō potest quare ita iudicet: sufficiat scire quis iudicet. Nec nō ita icognoscabilis ista sit quęstio: vt nihil sit: q̄d de ea eruditionis possim⁹ acquirere: si ad cōtemplandum id q̄d videri pōt: tranquill⁹ sobrię cordis adhibeatur intuitus. Cum enim cōsideramus inter paganos: inter iudęos: inter hęreticos: iter ipsos catholicos christianos q̄s multiplex pereat numerus paruloru: quos quāti ad propias pertinet voluntates: neq; bonum aliquid: neq; malum constat egisse: discamus super eos illam manere sententiam: quā humanuz genus p̄varicatione primi parentis excepit: cuius sentētię rigor dum etiam circa tales non resoluit: q̄s magnum illud peccatum fuerit demonstratur. Nemo autem putaretur non innocens nasci: nisi etiam talibus esset noxiū non renasci. De imaturitate vero mortis non est ratio conquerendi: cuz semel i naturam nostram per peccatū ingressa mortalitas obnoxium sibi omnem vitę nostrę fecerit diem. Esset enim quoniam fm aliquem modum immortalis dici homo posset: si esset tempus intra q̄d mori omnino non posset: Sed nūq; corruptio ita incorruptionis est particeps: vt non semp obnoxium sit defectiōi quod debek occasui. Vitę huius principium: mortis exordiū est: nec prius incipit augeri ętas nostra q̄s minui. Cum si quid adiicitur spacij temporalis: nō ad hoc accedit vt maneat: sed in hoc trāsit vt pereat. Quod ergo ab initij sui die mortale ē: qualiber occidat die: nō

cõtra legem mortalitatis occumbit: Nec vnq̃ ei vicinꝰ est posse viuere q̃ posse deficere. Quis autem ex vna causa omniũ hominum sit orta mortalitas: non in vnã tamen: sed in multiplicem imbecillitatẽ corruptibilis natura distrahitur. Et siue morbis siue debilitatibꝰ siue vulneribus: non solum anni aut menses vel dies ętatis humanę: ſ t omnes horę omniaq̃ momenta subiecta sunt. Nec est aliquo mortis genere aut vitus obeundi modo: qui non intra vniuersitatem mortaliũ in aliquam incidat portionem. Manet enim graue iugum super filios adam: a die exitus de ventre matris eorũ: in diem sepulturę in matrem omniũ. Sed huius aspernui iugi pondera non ita in adę filios irruerunt: vt diuina iustitia nihil eis suę dimensionis adhiberet: quę defectionuz legibus ita defectura subiecit: vt ab eis moderationum suarum non euerteret potestatẽ. Ideo omnia omnes inciderent mala: quia per communem conditionez omnes omnibus subiacerent: sed vt generali necessitate variata causas sibi dominꝰ indulgẽtię correptionisq̃ seruaret: esseręq̃ in vno omniuz debito: quod t misericors remitteret t iustus exigeret. Cũ igitur iusta t omnipotẽtis prouidẽtia dei incessabiliter vniuersa dijudicet: et nemo in hũc mundum veniat: neq̃ ab hoc mundo exeat: nisi eo ortu atq̃ decessu quem rerum arbiter fin altissimam scientiam suam sapientiamq̃ decernit: sicut scriptum est in
Job.11. libro iob: Quis ignorat q̃ omnia hęc manus domini fecerit: in cuius manu anima omnis viuentis: et spiritus vniuersę carnis hominis? Et iterum: Breues dies hominis sũt: et numerus dierum eius apud te est: Quis audeat causas operum et cõsiliorum eius indirere? Inscrutabile enim est valdeq̃ secretum: cur tantis differentijs conditio humana variata sit. Illum ab infantia vsq̃ in senectutẽ longeua carpit infirmitas: nec inter perseuerãtes dolores statute deficit tempus ętatis. Illũ integrio valentem viribus annosissimus vigor vegetat. Huic in puericia finis est: illi in adolescentia. Huic vltra iuuentutẽ non licet progredi: illi impossibile est vsq̃ ad loquendi rudimẽta grădescere. Quas vitę metas multiformiter inęquales in-

Sed reuertamur ad propositū. ¶ Fiat firmamentum inter medium aque. Nō moueat sicuti iā dixi: quia supra celum ait: hic dicit firmamentū: quoniā et dauid dicit: Celi enarrant gloriam dei: et opera manuū eius annūciat firmamentū: hoc est: mūdi opus cū videt suū laudat auctorē. Inuisibilis enī maiestas ei⁹ p ea quę videnť agnoscit. ¶ Et videt mihi nomē celorū cōmune eē: qz plurimos celos scriptura testificat: nomē aūt eē speciale firmamentū. Siquidē et dicit ita habet: Et vocauit deus firmamentū celum. Vt videatur supra generaliter dixisse tm principio celū factū: vt omnē celestis creaturę fabricā cōprehēderet: hic aūt specialem firmamenti hui⁹ exterioris soliditatē qđ dicit celi firmamentū: sicut legimus in hymno propheticō: Benedictus es in firmamēto celi. ¶ Nā celū: qđ οὐρανος grece dicit: latine qz impressa stellarū lumina velut signa habeat: tanq̄ celatū appellatur: sicut argentū qđ signis eminentibus refulget: celatū dicimus. οὐρανος autem ἀπο τοῦ ὁρᾶσθαι dicit: qđ videat: γκρολημμενος τοολεν. Igit terra quę obscurior est οὐρανος nuncupat: qz lucida est tāq̄ visibilis. Vnde puto et illud dictū: Volatilia celi semp vident faciē patris mei qui in celis est: Et volantia circa firmamentū celi: eos q ptātes quę sunt in illo visibili loco spectent hęc oīa: et subiecta suis habeant cōspectib⁹. ¶ Deniq; clausum celuz dictum est tēporibus helię: qñ in achab et iezabel pfidia regnabat: cui ppius regalis ac religio deseruiret: eo q nemo ad celū oculos erigebat: nemo eius auctorē venerabatur: sed ligna et lapides adorabant. ¶ Vnde hoc colligim⁹: qz in maledictiōib⁹ pū israel dicit de⁹: Erit tibi celū sup caput tuū ereum: et terra tua ferrea: qñ preciū pfidię lueno populus iudęoꝝ: intēperie celi et terrę infecūditate multat. De celo enī cauſa fertilitatis. Deniq; et moyses benedictio-

pā. 18.

Leuit. 17.

Deut. 28.

Deut. 33.

neo tribui ioseph a fluuio⁹ celi et rore et abyssis fontiū deorsum venientibus: et pm oram a solis cursu et a cōcussib⁹ mēsib⁹ et a vertice montiū et collū eternoꝝ dedit: eo q moderatione celesti terrarū fecūditas nutriat. ¶ Ferreū ē celū qđ nullum emittat humorē: qñ nullis nubib⁹ imber rūpitur. ¶ Est etiā ferreū celum: subobscurus aer: pęssus atq; nebulosus colore ferrugineo. Qñ rigore frigoris stringit terra: tūc veluti sup caput nostrum humor suspēsus videt: et p momenta imminere. Plerūq; etiā glacialib⁹ ventorū flatibus: rigēteo aque cōsolidanť in nubē: et rupto aere: nix fūdit. ¶ Neq; enī firmamētū hoc pt sine aliq̄ rūpi, fragore aut penetrari: Pō et firmamētū dicit: q nō sit inualidū nec remissum. Vñ et de tonitruis: quę cōcepto intra sinū nubiū spiritu: cum se vehemēter eruptura elisserint: magno crepant sonitu: aut scriptura: Firmans tonitrua. ¶ A firmitate ergo firmamentū est nūcupatū: vel qđ diuina virtute firmatum sit: sicut scriptura nos docet dicens: Laudate eū in firmamēto virtutis ei⁹. ¶ Nec ꝓterit retulisse aliquos celos celoꝝ ad intelligibiles virtutes: firmamentū ad operatorias: Et ideo laudare celos vel enarrare gloriā dei: et opera manuū eius annūciare firmamentū. Sed nō quasi spiritalia: sed quasi opa mūdi enarrāt: quē admodū supra dixim⁹. ¶ Alij quoq; purificatorias virtutes interpretati sūt aquas quę sup celos sunt. ¶ Accipim⁹ hęc quasi ad tractatus decorē. ¶ Nobis tñ nō alienū videt atq; absurdū: si aquas veras ꝓpter illā causam quā diximus: intelligamus. ¶ Nā ros et gelu et frigus et ęstus sm hymnū ꝓphetię benedicunt dñm: benedicit et terra: et illa nō ad intelligibiles naturas referimus: sed ad veritatē. Laudāt etiā draconeſ dominū: qz natura eorū et species cū videt: nō minimū vel decoris offundit vel inesse rōnis oūdit.

¶ De laude ac pbatione operis secundi diei: eiusdęq; clausiōe: Ca. v.

Et vidit deus quia bonū est. Facit filius qđ vult pater: laudat pater qđ facit filius. ¶ Habil in illo natura degenerio inuenit: cui⁹ opus a paterna nō degenerat volūtate. Vidit vtiq; nō oculis corporalib⁹ intēdit: sed definiuit plenitudini granę cōuenire: vt mihi eius iudicū cognosceretur. Nos aūt solemus etiā de bis quę diuina sunt disputare. Et quid mi-

rū si de opere retractare possint: qui de ipsi⁹ operatoris generatione faciūt quæstiones? Ipsū in iudiciū vocant: ipsū inæqualē atq; degenerē asserere conantur. Ideo legis: Et dixit deus: t fecit deus. Eodē pater t filius maiestatis honorand nomine. ¶ Et vidit deus quia bonum: Dixit tanq; omnia quę pater vellet scienti: t vidit tāq; omnia quę fili⁹ faceret scientis tenēs t efficācs operationc cōsorti. ¶ Vidit quia bonum. Nō vtiq; cognouit qđ nesciebat: sed ꝓbauit qđ placebat. Nō quasi incognitū placuit opus: qr nec quasi incognit⁹ pater qui cō
Matth.3. placuit in filio: sicut scriptū est: Hic est fili⁹ me⁹ dilectus: in quo mihi cōplacui. Scit autem semp filius voluntatē patris: t pater filij: t audit patrē filius semp: t pater filiuz ꝓ vnitatē naturę voluntatis atq; substantię. ¶ Denię testatur hoc in euāgelio suo filius
Joh.11. dicens ad patrē: Sciebā quia semp me audis. Imago est enī inuisibilis dei filius: omnia patris quasi imago exprimit: omnia ei⁹ quasi splendor: glorię illuminat nobis atq; manifestat. Videt t filius patris op⁹: sicut t pater filij: sicut t ipse dñs declarauit: Nō pōt fili⁹ facere a se quicquā: nisi qđ viderit facientē patrē. Vidit ergo facientē patrez: t vidit ꝓ secretū inuisibilis nature. Et audit
Joh.5.et 8. similiter ¶ Denię ait: Sicut audio: iudico: t iudiciū meū verum est: qr non sum solus: sed ego t qui misit me pater. ¶ Hoc mysticū est: illud morale. Vidit mihi: ꝓbauit mihi. Qđ deus ꝓbauit: tu reprehensibile ne dixe-
Act.10. rit: quoniā qđ deus mundauit: tu cōmune ne dixeris: scriptū tibi esse meministi. Ergo bonū dei nemo blasphemet. Si firmamētū bonū: quātomagis bonus eius creator: etiam si arriani nolint: eunomiani reclament: radicis degeneris fructus deteriores? ¶ Vidit (inquit) deus quia bonū ¶ Solent artifices singula prius facere: t postea habili cōmissione conectere: t qui vultus hominū vel corpora excudunt de marmore: vel ære fingunt: vel ceris exprimūt: nō tamē sciunt quēadmodū sibi possint mēbra singula cōuenire: et quid gratię afferat futura conexio: t iō aut laudare nō audēt aut ꝓ parte laudant. ¶ De⁹ vero tanq; æstimator vniuersitatis ꝓuidens quę futura sunt: quasi ꝓfecta iam laudat quę adhuc in primi operis exordio sunt: finē operis cognitione ꝓuenies. Nec mirum: si apud quē rerum ꝓfectio: nō in cōsummatione operis: sed in suę prędestinatione est volūtatis. Laudat singula quasi conuenientia futuris: laudat plenitudinem singulorū venustate compositā. Illa est enī vera pulchritudo: t in singulis mēbris esse sq; deceat et in toto: vt in singulis gratia: in omnib⁹ formę cōuenientis plenitudo laudetur. ¶ Sed iam etiā secūdus nobis claudat dies: nc dum opus astruimus firmamenti: infirmiores eos qui audiūt dicendi ꝓlixitate fatigamus: dū in noctem sermo ꝓducatur: quę adhuc careas lunę stellarūq; lumine: nondū enim luminaria creata sunt cęli: obscuritatē possit afferre: remeantibus simul: vt cibo potuq; curent corpora: ne animis epulantib⁹ fragilitas carnis de nocturno quoq; ieiunio queratr.

¶ Sancti Ambrosij episcopi: hexameron secundus liber: de secūdo die explicit.

¶ Sequitur annotatio capitulorū tertij libri eiusdem.

De introductione tertij diei: cū increpatione hominū q; imperio dei insensibilibus elementis parēnbus ipsi non obediunt: exhortatiōe quoq; vt populus in vnam ecclesiā dñi cōgregetur. La.I.

De inuisibilitate t apparitione terre ꝓ scripturę ꝓbationē. Et quomō aquę cōgregate fuerint in vnā collectionē cū destructione opinionū cōtradicentiū. La.II.

Quomodo aquarū per omnē fere terrā diffusarum vna dicatur collectio: cū t hodie diuersa sint maria. Quomodo etiā cōgregatio vna potuerit omnes illas aquas recipere atq; exinanire terras: quę ante fusę ꝓ vniuersū flumine stagnabant. La.III.

Quid sit q; ait dñs: Et appareat arida: t nō dixerit: t appareat terra. La.IIII.

De eo q; a quibusdam additū perhibetur: Et cōgregata est aqua in collectiones suas tc. De ꝓbatione quoq; t singulari ac miro laude maris. La.V.

Quomodo cōuenerit vt terrę darent species t gratia germinandi viriditatis agri: ac de virtute t vtilitate huius vocis qua deus dixit: Germinet terra herbam virentem fœni tc. cū redargutione eorū q; hanc ꝓgratiuā ipsi soli ascribunt. La.VI.

Cur prius pecori pabulum q̄ cibus homini sit creatus: simplexq; victus t naturalis cibus reliquis cibis antelatus sit. De cōmendatione quoq; ipsius ac de mysterio herbe virentis t floris seni: cum exhortatione nostri ad imitationem illius herbe: t cōfutatione manichei aliorumq; hereticorum. Ca. VII.

De germine ac seminaria virtute t admirabili germinationis t fructificationis modo: terreq; vtilitate. De laude quoq; agripleni t salubritate suci herbarū virgultorūq; ac folioꝝ remedijs. Ca. VIII.

De retusione causationis: q̄ cum vtilibus etiā lętalia t permitiosa generent. Ca. IX.

Quomodo terra sm genus suum dicatur p̄ferre semina: cuius plerūq; semina iacta degenerent. Ac de diuersitate seminis diaboli t seminis christi filij hominis: t quādo iste homo verbum suū seminauerit super terram. Ca. X.

De orta arborum atq; rosarū: t quō rosa humane vite speculū p̄ferat. Ca. XI.

De singulari vitis cōmēdatione: t quomodo exemplū eius ad nostre vite institutionem arcessendū sit. Ca. XII.

De arborū varietate ac diuersis earum vtilitatib⁹ et ornatib⁹: fructuūq; suo: q̄ atq; sucoꝝ p̄prietatibus t medelis. Ca. XIII.

De simpliciū pomoꝝ differentia: foliorūq; diuersitate. Ca. XIIII.

Ut inexplicabile sit singularum rerū exquirere p̄prietates: t de varia mutatione ipsius aque q̄ omniū virgultorum nutrix est: De discrepantia quoq; lacrymarum arborum: q̄ eiusdē aque alluuione generantur: ac tandem de diffusionis pscutationis excusatione. Ca. XV.

Quēadmodum ad verbum domini q̄ō omni aquarum cursu est redundātius: subito omnis virgultorū creatura efflorucrit: et victū atq; medelā ministrauerit. Quomodo p̄terea vniuersa gignēria aut semina habeant aut aliqua que cū virtute seminū videant conuenire. Ac de magna dei virtute in singulis. Ca. XVI.

De reprehensione furditatis humani cordis: Et de incōprehensibili admirādaq; dei eius in paruis p̄uidētia: De primo q̄ cultore vitiū t cōmēdatione vini. Ca. XVII.

Finis.

Sancti Ambrosii episcopi hexaemeron tertius liber de die tertio incipit.

De introductione tertii diei: cuius increpatione hominus q̄ imperio dei insensibilibus elementis parētibus ipsi non obediunt: exhortatione quoq; vt populus in vnā ecclesiam dñi cōgregetur: Ca. I.

HOdie tertius nobis hodie in sermone nascatur: qui ortus est in lectione ꝓclar⁹: dies qui terrā a naufragio liberauit: dicēte deo: Congregetur aqua que est sub celo in congregationē vnam. De quo p̄fationē adoriri placet. Congregetur aqua: Dictū est t cōgregata est: t frequēter dicitur: cōgregetur populus t nō cōgregatur. Nō mediocris pudor est imperio dei insensibilia elementa parere: t homines nō obedire quib⁹ sensus ab ipso tributus est auctore. Et fortasse hic pudor: fecerit vt hodie plures cōueniretis: ne quo die cōgregata est aqua in cōgregationē vnam: eo die populus nequaquā ꝓgregatus in ecclesiam dñi videret. Hec hoc solū obedientis aque exemplū habemus: Nā t alibi scriptum est: Viderūt te aque deus: viderunt te aque: t timuerūt. Neq; enī verisimile nō videtur de aquis dictū: quādo alibi quoq; idem ꝓphēta ait: Mare vidit t fugit: iordanis conuersus est retrorsum. Hoc enīs vere factum quis ignorat: q̄ ad hebreorum transitus mare fugerit: quando se vnda diuisit: transiuit populus pulueruleto vestigio: perisse mare credens fugisse fluct⁹? Denīq; credidit hoc egyptius: et ingressus est: sed illi redijt vnda que fugerat. Bouit ergo aqua t cōgregari t timere et fugere: quādo deus ꝓcipit. Hanc imitemur aquā: t vnam cōgregationē dñi: vnam ecclesiā nouerimus.

Cōgregata est hic quondā aqua ex omni valle: ex oi palude: ex omni lacu. Vallis est hęresis: vallis est gentilitas: quia deus montiū est: nō vallium. Denīq; in ecclesia ecclesiatio est: in hęresi t gentilitate flet⁹ t mgror. Vnde ait: Disposuit in cōualle fletus. Ex omni igitur valle ꝓgregatus est populus catholicus. Jam nō multę cōgrega-

Ps. 76.

Ps. 113.

3. Reg. 20.

Ps. 83.

tiones sunt: sed vna est cōgregatio: vna ec/clesia. Dictum est ⁊ hic: Congregetur aqua ex omni valle: ⁊ facta est cōgregatio spiritalis: ⁊ factus est vnus populus: et hereticis ⁊ gētilib⁹ repleta ecclesia est. Vallis est secūna: vallis est circus: vbi currit mēdax equ⁹ ad salutez: vbi humilis ⁊ abiecta cōtentio: vbi limum fœda deformitas. Et hic igitur qui circo inhærere cōsueuerant fides creuit ecclesiæ: quotidianus cętus augetur. Palus est luxuria: palus est intemperantia: palus est incōtinentia: in qua volutabra libidinū sunt bestiarū murmura: latibula passionū: vbi mersant quicūq; inciderint ⁊ non emergunt: vbi labuntur pedū vestigia: fluitant singulorum incessus: vbi fuligę se dum lauant polluūt: vbi flebiles desuper gemitus columbarū: vbi pigra testudo cęnoso hęret in gurgite: deniq; aper in palude: ceru⁹ ad fontes. Et omni igitur palude vbi quasi ranę veterē querelam cancbāt: cōgregata est fides: cōgregata est puritas animi mētisq; simplicitas. ¶ Cōgregata est aqua ex omni lacu: ⁊ ex omni fouea: vt nemo fodiat foueam fratri suo: in quā ipse incidat: sed omnes se inuicem diligant: omnes se inuicē foueant: ⁊ quasi vnū corpus diuersa se membra sustentent: quos nō mortiferi cantus: ⁊ acromata scenicorū quę mentem emolliant ad amores: sed cōcentus ecclesię et cōsona circa dei laudes populi vox: ⁊ pia vota delectent: quibus nō purpurea peripetasmata: nō aulea preciosa spectare voluptari sit: sed hanc pulcherrimā mundi fabricā: hanc distantē inter se elementorū copulam: cęlū sicut cameram extensuz vt inhabitantes in hoc mundo tegat: terram ad operandū data: diffusum aerē: clausa maria: populum hunc diuinę operationis organū in quo diuini modulamē resultet oraculi: ⁊ dei spiritus intus operetur: templū istud sacrarium trinitatis: sanctitatis domiciliū: ecclesiam sanctā: in qua refulgēt aulea cęlestia: de qui
Esa:54. bus dictum est: Dilata locū tabernaculi: ⁊ tuorum et aulęorū tuorum: fige: ne parcas: longiores fac funiculos tuos: ⁊ palos tuos confirma: adhuc in dexterā et sinistram extende: ⁊ semen tuū gentes hereditate possidebit: ⁊ ciuitates desertas inhabitabis. Habet ergo aulea: quibus attollit vitā bonā: peccata tegit: culpam obumbrat. Hęc est ecclesia quę super maria fundata est: et super flumina ꝓparata. ¶ Supra vos eīm confirmata est ⁊ ꝓparata: qui sicut flumina puro in eam mundi fonte decurritis: de quib⁹ dictum est: Eleuauerūt flumina domine: eleuauerunt flumina vocē suam: a voce aquarum multarū. Et addidit: Admirabiles elationes maris: mirabilis in excelsis dominus. Bona flumina: hausistis eīm ex illo penni ⁊ pleno fonte a quo fluitis qō fluitis: qui ait vobis: Qui credit in me (sicut dicit scriptu- Joh. 7
ra) flumina de ventre eius fluēt aquę viuę. Hoc autē dicebat de spiritu: quē incipiebāt accipere qui crediturī erant in eū. ¶ Sed tā quasi boni iordanes: reuertimini mecum in originem.

¶ De inuisibilitate et apparitione terre per scripture ꝓbationem: Et quomodo aque cōgregate fuerint in vnam collectionem: cum destructione opinionum contradicentium: La. ii.

Congregęt (inquit) aqua que sub cęlo est in congregationem vnā: ⁊ appareat arida. Et factum est sic. ¶ Fortasse parū crediderit aliquis superioribus sermonibus nostris: quibus tractauimus inuisibilem ideo fuisse terrā: q; aquis operta tegerēt: vt corporeis oculis videri nō possit. Ad se eīm ꝓpheta retulit: hoc est: ad nostrā conditionē: nō ad diuinę maiestatem naturę: quę vtiq; omnia videt. ¶ Sed vt aduertatis quia nō quasi nostri ingenij ꝓbandi gratia: sed vestrę causa instructionis fuscepim⁹ hunc tractandi laborē: assistipulante nobis lectionis serie testificamur: quę aperte ꝓbat: post cōgregationē aquę quę erat sup terraz: ⁊ post deriuationē eius in maria apparuisse aridā. Desinant ergo nobis qui dialecticis disputationibus mouere negocia solent dicēteo: Quomodo terra inuisibilis: cū omni corpori naturaliter ⁊ species et color insit: omnis autem color: sit subiectus aspectui? Clamat dei vox: ¶ Congregetur aqua: et appareat arida. Et iterum scriptura dicit: ¶ Congregata est aqua in cōgregationem vnam: ⁊ apparuit arida.

Quid op⁹ fuit iterare: nisi occurrendū quęstionibus indicasset ꝓpheta? ¶ Nonne videtur dicere: non dixi inuisibilem fm naturam: sed fm superfusionē aquaruz? Deniq; addidit sublato velamine apparuisse aridā:

quę ante nō videbatur. ¶ Iterū q̄ q̄stiones altas asserunt dicentes: Si in cōgregationibus diuersis aqua erat: quomō si illę cōgregationes in superioribꝰ erant: nō defluebat aqua in eū locū ad quem postea domini imperio deriuata est? Natura enī aquarū: spōte in inferiora ꝓlabitur. Sin vero in inferioribus erant illę cōgregationes: quomodo cōtra naturam suam aqua ad superiora cōscendit? Itaq; aut fm naturales cursus imperio nō egit: aut cōtra naturam imperio ꝓficere nō potuit. ¶ Cui questioni facile respondebo: si mihi ipsi ante respondeāt: ante ꝓceptū domini hanc aquarū fuisse naturam vt laberet̄ fluereꝫ. Non enīꝫ ex vsu hoc habet cęterorū elementorum: sed speciale ꝫ ꝓpriū: nō ex quodam ordine sed magis ex voluntate ꝫ operatione dei summi. Quid iusserit deus audiunt: Vox autē dei efficiens natura est. Iam vocē effectus operatiōis implerit. Cępit labi aqua: ꝫ in vnā confluere congregatiōnē: quę ante erat diffusa per terras: ꝫ plurimis receptaculis inhęrebat. Cursum eius ante nō legi: motum eius ante nō didici: nec oculus meus vidit: nec auris audiuit. Stabat aqua diuersis locis: ad vocem dei mota est. Hōne videtur: quia naturā ei huiusmodi vox dei fecit: ꝫ facta est creatura ꝓcepti: ꝫ vsum fecit ex lege? Iam̄ę eīs cōstitutionis lex: formam in posteros dereliquit. ¶ Denīq; semel diem fecit: ꝫ noctē. Ex illo manet vtrialiq; successio: ꝫ diuturna reparatio. Iussa ē etiā aqua currere in ꝛgregationem. Ex illo currit: fontes labuntur in fluuios: in freta currunt flumina: lacus deriuant in maria: ipsa se aqua ꝓcedit: vrget ꝫ sequitur. Vnus est ductꝰ: vnuꝫ corpus. Et cū sit altitudo diuersa: indiscreta tamen dorsi eius ęqualitas. Unde ꝫ ęquor apellatum arbitror: q̄ superficies eius ęqualis sit. ¶ Respondi fm illoꝝ ꝓpositum: illi nunc respondeant mihi: si vnquā viderint fontes ex inferioribꝰ scaturire: de pauimento aquā surgere. Quis eaꝫ cogit? Unde ꝓrumpit? Quemadmodū non deficit? Quomodo fiat vt ima solidiora vndā vomant? Hęc fm occultę secreta naturę. Cęterum quis ignorat: q̄ rapido plęruſq; impetu in ima descendens: in superiora se subrigat: atq; in supercilia montis attollat: plęrumq; etiam canalibus manu artificio deriuata: quantū descēderit: tantū rursus ascēdat? Itaq; si vel impetu suo fertur: vel artificis deriuata ingenio cōtra naturam suam ducitur ꝫ eleuatur: miramini si diuini operatione ꝓcepti aliquid ad vsū nature cius accessit: quod in vsu ante nō fuerit? Dicant nunc mihi: quomodo tanquā in vtrē cōgregauerit aquas mario: vt scriptum est: quomodo eduxerit de petra aquā. Qui potuit de petra educere aquā quę nō erat: nō potuit aquā educere quę erat? Percussit petram et fluxerunt aquę: clamat dauid: et torrentes inundauerūt. Et alibi: Super montes stabunt aquę. Habes in euangelio: q̄ cum grauis esset ꝓcella: et magnus in mari motus: ita vt trepidarēt apostoli naufragij periculum: excitauerūt dominentē in pupi domūq; ipsum: ꝫ surgens imperauit vento et mari: sedata tempestas est: refusa tranquillitas. Qui potuit imperio mare totū sedare: nō potuit aquas ꝓpio mouere? At q̄ in diluuio sic accepimꝰ q̄ eruperint abyssi fontes: ꝫ q̄ induxerit postea spiritū ꝫ siccauerit aquā: si nolūt obediſſe naturā: vsūq; elemēti imperio dei esse cēuersū: vel hoc cōcedāt potuisse immisso vento aquas currere: qō quotidie videmꝰ in mari: vt inde aquę currant vnde flauerit ventus. Si tēpore moꝛsi excitato austro valido: siccatuꝫ est mare: eodem modo siccari nō potuit congregatio aquarū: ꝫ in mare ꝓfluere aqua: quę postea diuisa est in ꝓfundo? ¶ Sed discant naturā posse cōuerti: quando petra aquas fluxit: ꝫ ferruꝫ aquę supernatauit: qō vtiq; beliseus orando facere meruit: non imperando. Si igitur beliseus ferrum leuauit contra naturam: dñus aquas mouere nō potuit? Sz mouit: q̄ potuit dicere: Lazare veni foras: ꝫ mortuum suscitauit. Deus enim quod iubet facit. Itaq; pari exemplo dictū accipe: Congregetur aqua: ꝫ cōgregata est. Dicendo autem congregetur: non solum mouit eam de loco: sed etiam statuit in loco: vt nō ꝓterfluereꝫ sed maneret. Hoc vtiq; maioris miraculi est: quomodo omnes congregationes in vnam congregationē defluerint: ꝫ vna congregatio non adimpleta sit. ¶ Hā ꝑscriptura hoc inter mirabilia constituit dicendo: Omnes torrētes eunt in mare: ꝫ mare nō adimpletur. Utrumq; igitur ex ꝓcepto dei: vt ꝫ fluat aqua: ꝫ nō super-

Ps. 77.

Ps. 103.

Joh. 11.

Eccl. 1.

fiuat. Circūscripta igitur imposito fine maria clauduntur: ne superfusa terris inundēt omnia: ⁊ destituto aruoꝝ cultu munus terrenę fecunditatis impediant. Cognoscant igitur diuini esse ꝓcepti: operationisq; celestis. Ait eñ dominus ꝑ nubē ad Iob inter
Job.38. alia etiaꝫ de maris claustro: Posui ei fines apponens claustra ⁊ portas. Dixi autem ei: Usqhuc venies: nec transgredieris: sed in teipso cōterentur fluctus tui. Nōne ipsi videmus mare frequēter vndosum: ita vt in altum fluctus eius tanq̄ mons aquę ꝓruptus insurgat: vbi impetū suuꝫ ad littus illiserit in spumas resolui: repagulis quibusdam barenę humilis repercussuꝫ: sm quod
Hiere.5. scriptū est: Aut nō timebitis me dicit dominus: qui posui barenā fines mari? Infirmissimo itaq; omniū vilis fabuli puluere vis maris in tēpestate cohibetur: ⁊ velut habenis quibusdā celestis imperij a ꝑscripto sibi fine reuocatur: violentiq; equoꝝ: si motus inflexe frangitur: atq; in reductos sinus suos scinditur. Ceterū nisi vis statuti celestis inhiberet: quid obstaret: quin ꝑ plana ęgypti quę maxime humilionibus iacens vallibus cāpestris asseritur: mare rubrū ęgyptio pelago misceretur? Deniq; doceāt hoc qui voluerint hęc duo sibi maria cōnectere: atq; in se trāsfundere: fefellerint sane ęgyptios: qui antiquioꝝ fuit: ⁊ dari⁹ medus: qui maioris contritu potentię in effectū voluit adducere: qō ab indigena fuerat ante temptatuꝫ. Quę res indicio est: q superius est mare indicum: in quo mare rubrū: q̄ equoꝝ ęgyptium qō inferius alluit. Et fortasse ne latius se mare effunderet: de superioꝝ ad inferioꝝ ꝓcipitāo: ideo molimina sua retorserq; reuocauit.

Quomodo aquarum per omnē fere terram diffusaruꝫ vna dicatur collectio: cum ⁊ hodie diuersa sint maria. Quomodo etiam cōgregatio vna potuerit omnes illas aqs recipere atq; exinanire terras: quę ante fuso p vniuersum flumine stagnabatur: La. iii.

Q Uero nunc: cū dixerit: Colligat aqua i collectionē vnā. Quō diffusas per lac⁹: paludes: stagna: aquas ⁊ superfusas vallibus ⁊ campis omnibusq; planioꝝ locis: currentibus fontibus atq; fluminibus vna potuerit recipere collectio: aut quomodo vna collectio cū hodieq; diuersa sint maria. Maꝫ ⁊ oceanū mare dicimus: ⁊ tyrrhenū: ⁊ adriaticum: ⁊ indicum: ⁊ ęgyptium: ⁊ pontum: ⁊ pponticum: ⁊ hellespontum: ⁊ euxinū: ęgeum: ionium: atlanticum. Plerisq; etiam creticū: ⁊ septentrionale: caspium appellant mare. Unde cō sideremus scripturę verba: quę libratо sunt trutinata examine. Colligatur (inquit) aqua in collectionem vnam. Una aquaruꝫ iugisq; ⁊ continua cōgregatio est: sed diuersi sinus maris: ut quidā de scriptoribus forensibus ait: Hanq; portuo maris nostri sinus amplissimus. Adeoq; in diuersis locis diuersa sunt nomina: quia vocabula aquis ex regionū vocabulis adhęserunt. Una autē congregatio aquarū: eo q̄ iugis vnda atq; cōtinua ab indico mari vsq; ad gaditani oram littoris: ⁊ inde in mare rubrum: extrema: circumfuso orbem terrarū includit oceano: interq; quoq; tyrrheno adriaq; adriq; cętera maria miscentur: nominibus distincta non fluctibus. Unde pulchre habes: quia deus congregationes aquarum vocauit maria. Ita ⁊ vna est generalis collectio: quę dicatur mare: ⁊ multę collectiones quę maria ꝑ regionibus nuncupant. Sicut eñ multę terrę vt africa: hispania: thracia: macedonia: syria: ęgyptus: gallia: atq; italia: ꝑ regionuꝫ appellantur vocabulis ⁊ vna est terra: ita multa dicunt pro locorum appellationibus maria: ⁊ vnū est mare: sicut ait ꝓpheta dicens: Tui sunt cęli et
Ps.88. tua est terra: orbem terrarū ⁊ plenitudinem eius tu fundasti: aquilonem ⁊ mare tu creasti. Et ad Iob ipse dominus ait: Cōclusi autem mare portis. Hūc quia de vna collectione diximus: illud occurrit: vtrum cum ꝑ omnē fere terram ⁊ super terram fuerint diffusę aquę per valles: per trita: per vallestria agrorum: concaua montium: planiciemq; cāporum: modo equoris fusa congregatio vna potuerit omnes illas aquas recipere atq; exinanire terras: quę ante fuso per vniuersum flumine stagnabantur. Maꝫ si tunc operta erāt oia: nō diceret visa est terra: nisi tectā vellet locus omnibus demōstrare. Si diluuium noe tēpore abscondit et montes:

quãdo aquarum iam et super celos et infra firmamentum fuerat facta discretio: quãto magis dubitari nõ potest: etiam montium vertices illa superfusione latuisse? ¶Quo igitur illa omnis aquarũ redundantia derivata est? Quę receptacula eam tam continua atq; cõnexa absorbere potuerunt? ¶De q̃ multus nobis potest sermo suppetere. Primum quia potuit creator omniũ t ipsarum terrarũ spacia diffundere: ¶Ó aliqui aũ nos confirmantes: ꝓpria posuerunt sententia. Ego quid facere potuerit nunc ꝓtermitto: quid fecerit q̃ aperte scripturarũ auctoritate nõ didici quasi secretũ ꝓtereo: ne forte etiã hinc alias sibi questiones requirant. Assero tamẽ ex scripturas: quia potuit locorum humilia t campoꝝ aperta diffundere: sicut ipse ait: Ante te ambulabo t montes planos faciã. Potuit etiã ipsa aquarũ vis ꝓfundiora ea facere quę infederat: tanto fluctuum motu: tantoq; flatu ꝓcellationis elementi: qui quotidie una pelagi torquere t harenas verrere soleat de ꝓfundo. ¶Quis deinde sciat: inquantũ se illud magnum et inane sum navigantibus atq; intemptatum nautis fundat mare: q̃ britannias fremẽti includit equore: atq; in ulteriora t ipsis fabulis inaccessa secreta se porrigit? ¶Quis deinde colligit: quãtũ lucrino t averno in italia tiberiadi quoq; in palestina t eila: cui q̃ inter palestinam t ęgyptum arabię deserta ꝓtẽdit: portubusq; diuersis augusti atq; traiani: ceteris q̃ per vniuersum orbez infusum addiderit mare? ¶Ex stint etiã nõ confusi lacus t stagna: quę non miscentur fluctibus: vt larius t benacus: albanus quoq; aliq; plures: quomõ vna congregatio aq̃rum? Sed quemadmodũ dicitur: quia fecit deus duo luminaria: id est: solez t lunã: cum sint vtiq; t stellarũ lumina: ita t vna cõgregatio dicitur: cum sint plurimę. Neq; eã annumerant quę nõ cõferuntur.

¶Quid sit q̃ ait dominus: Et appareat arida: t non dixerit: t appareat terra: Ca. iiii.

Sed vt videtur quoniã de mari loquebamur: aliquantulũ exundauimus: ad ꝓpositum reuertamur: et cõsideremus quid sit q̃ ait dominꝰ: ¶Congregetur aqua in vnam congregationem t appareat arida: Et non dixerit: terra. ¶Ó ꝓclare positũ: quis nõ aduertat? Terra enim potest t luto esse permixta: aquis madida: cuius species superfusis aquis non aparear. Arida autez nõ solum ad genus: sed etiã ad speciem terrarũ refertur: vt sit vtilis: sulcabilis t apta culturis. Simul perspectũ est ne videatur sole magꝭ q̃ dei ꝓcepto esse siccata: quia arida facta est antoq; sol crearetur. Unde et dauid discernens mare t terram: ait de domino deo: Quoniã ipsius est mare: t ipse fecit illud: t aridam manus eius fundauerũt. Arida eñ expressio nature est: terra appellatio quędã simplex negocij: quę in se habeat ꝓprietatem. Sicut eñ animal generis significatio est: cui ineſt ꝓprium aliquid t excellens: rationabile autẽ ꝓprium est hominis: ita t terra potest cõmuniter dici vel scatens aquis vel deserta t inuia t sine aqua. Ergo et illi quę scatet aquis: ineſt vt habeat ariditatẽ. Remota enim aqua incipit esse arida: sicut habes scriptũ: ¶Posuit flumina in desertũ: t eruntus aquarum in sitim: hoc est: de terra aquosa aridam fecit. Habet ergo terra ꝓpriam qualitatẽ suam: sicut t singula elemẽta habent. Naz t aer humidã qualitatẽ: et aqua frigidam: t ignis calidam. Et hoc est principale ꝓprium elementis singulis: q̃ ratione colligimus. Comprehẽdere autem sensibiliter t corꝓoraliter si velimus: velut cõnexa t cõpositа reperimꝰ: vt sit terra arida et frigida: aqua frigida et humida: aer calidus t humidus: ignis calidus t siccus: t sic sibi per hos iugales qualitates singula miscentur elementa. Nam terra cum sit aridę et frigidę qualitatis conectitur aquę per cognationẽ qualitatis frigidę: et aqua aeri: quia humidus est aer. Ergo aqua tanquã brachijs quibusdam duobus frigoris t humoris: altero terram: altero aerẽ videtur amplecti: frigido terrã: aerem humido. Aer quoq; medi⁹ inter duo cõpugnantia ꝓ natura: hoc est: inter aquã t ignẽ: vtrũq; illud elemẽtũ ꝓciliat sibi: q: t aquis humore t igni calore cõiũgitur. Ignis quoq; cuz sit calidus t siccus natura: calore aeri annectitur: siccitate autẽ in cõmunionẽ terrę ac so-

Ps. 94.

Ps. 106.

cietatē refunditur: atq; ita sibi per hunc circuitum & chorū quendam cōcordię societatisq; cōueniunt. Unde & grece στοιχεῖα dicuntur: quę latine elementa dicimus: q; sibi cōueniant & concinant. Huc autē ꝓgressi sumus: quia scriptura ait: q; deus vocauerit terram aridā: hoc est: quia qō principale est eius nūcupauit ꝓprietatē nature. Naturalis eñ ꝓpietas siccitas est terris: hęc ei ꝓrogatiua seruata est. Principalis ergo siccitas subest etiā vt sit frigida: sed nō pferuntur secunda primis. Ut aūt humida sit: aquarū affinitati sociatur. Ergo illud suū: istud alienum. Suum q; arida: alienū q; humida. Auctor itaq; nature quod primo donauit hoc tenuit: quia istud ex natura: illud ex causa. De principalibus igitur nō ex accidentibus terrę debuit ꝓprietas definiri: vt sm prerogatiuā qualitatis eius informaretur nostra cognitio.

¶ De eo q; a quibusdam additum perhibetur: Et cōgregata est aqua in collectiones suas ⁊c. De pbatione quoq; & singulari ac miro laude maris: La. v.

ET vidit deus quia bonum. Nō ꝓtermittimus quia aliqui nec in hebreo putant esse: nec in cęteris interpretationib⁹: q: **Congregata est aqua in collectiones suas: & apparuit arida. Et vocauit deus aridam terram: et collectiones aquarum vocauit maria.** Cum eñ direxit deus: quia factū est sic: satis esse putant vocē operatoris ad celebratę operationis indiciū. ¶ Sed quia in alijs quoq; creaturis habet & definitionez ꝑceptionis & repetitū operationis vel indicium vel effectum: ideo nos non putamus absurdū id quod perhibet additū: etiam si cęteris interpretibus vel veritas deceatur supetere vel auctoritas. Multa eñ nō ociose a septuaginta virīs hebraicę lectioni addita & aduncta cōperim⁹. ¶ Vidit ergo deus quia bonū mare. Etsi pulchra sit species eius elementi: vel cuz surgentibus albescit cumulis ac verticibus vndarū: & cautes niuea rorant aspergine: vel cū equore crispanti clementioris auris & blando serenę tranquillitatis purpurascentē pferet colorem: qui aūt eminꝰ spectantibꝰ frequēter offunditur: quando nō violentis fluctibus vicina tundit littora: sed velut pacificis ambit & salutat amplexibus: q; dulcis sonus: q; iocundus fragor: q; grata et consona resultatio. ¶ Ego tñ nō oculis estimatuz creaturę decorē arbitror: sed sm rationem operationis iudicio operatoris cōuenire & congruere definitū. ¶ Bonū igit mare: Primuz q: terras necessario suffulcit humore: quibus p venas quasdam occulte sucum quendam haud inutilem subministrat. Bonum mare tanquā hospitium fluuiorū: fons imbrium: delibatio alluuionū: inuectio cōmeatum: quo sibi distantes populi copulantur: quo pliorū remouentur pericula: quo barbaricus furor claudit: subsidiū in necessitatibus: refugiū in periculis: gratia in voluptatibus: salubritas valitudinis: separatoq; cōiunctio: itineris compendiū: transfugiuz laborantium: subsidiū vectigalium: sterilitatis alimentū. Et hoc pluuia in terras transanditur. Siquidē de mari aqua radius solis hauritur: & qō subtile eius est rapit: deinde quanto altius eleuatur: tantomagis etiā nubium obumbratione frigescit et imber fit: qui nō solum terrenā temperat siccitatem: sed etiā ieiuna arua fecundat. Quid enumerem insulas quas velut monilia plerūq; pterexit: in quib⁹ hi qui se abdicant intemperantię secularis illecebris: fido cōtinētię ꝓposito eligunt mundū latere: & vitę huius declinare dubios anfractꝰ? ¶ Mare est ergo secretū temperantię: exercitiū cōtinentię: gravitatis secessus: portus securitatis: tranquillitas sęculi: mundi hui⁹ sobrietas: cū fidelibus viris atq; devotis incentivum devotionis: vt cum vndarū leniter alluentium sono certent cantus psallentiū: plaudant insulę tranquillo fluctuū sanctoq; choro: hymnis sanctorum personēt. Unde mihi vt omnē pelagi pulchritudinē cōphendaz: quā vidit operator? Et quid plura? Et quid aliud ille concentus vndarū: nisi quidā concentus plebis est? ¶ Unde bene mari plerūq; cōparatur ecclesia: quę primo ingredientis populi agmine: totis vestibulis vndas vomit: deinde in oratione totꝰ plebis tanquaz vndis refluentibꝰ strider: tum responsoriꝰ psalmorū: cantu virorū: mulierum: virginū: parvulorū cōsonus vndaruz

fragor resultat. Nam illud quid dicã: qõvn da peccatum abluat: et sanctispiritus aura salutaris aspirat? Det nobis dominus illa successuũ flumia ꝓsperoꝝ ligno currere: ut to portu consistere: neq; spiritalis grauio ra q̃ ferre possumus tẽptamenta nescire: fi/ dei ignorare naufragia: habere pacem pro fundã: etsi quãdo aliquid sit qõ graues no/ bis seculi huius excitet fluctus: euigilantez ꝓ nobis habere gubernatorẽ dominũ iesũ: qui verbo imperet: et tempestatem mitiget: tranquillitatẽ mari refundat: cui est honor et gloria: laus: perpetuitas a seculis et nũc et semp: in omnia secula seculoꝝ: Amen.

¶ Quomodo conuenerit vt terre daretur species et gratia germinandi et viriditatis agri: ac de virtute et vtilitate huius vocis qua deus dixit: Herminet terra herbam virentem feni ẽ. cum redargutione eorum qui hanc prerogatiuã ipsi soli ascribunt: Ca. VI.

Discedente aqua: cõueniebat vt speties terre daretur et gratia: vt inuisibilis et incõposita desineret esse. Mã pleriq; etiã hoc dicunt esse inuisibile qõ speciem nõ habet: et ideo accipiunt terrã inuisibilem fuisse: nõ quia videri non possit a sũmo deo vel angelis eius. Mã adhuc homines creati nõ erant: vel etiã pecudes sed q; sine sua specie erat. Species autẽ terre est: germinatio et viriditas agri. Unde vt et visibilem eam et compositaz faceret deus ait: Herminet terra herbam feni: seminãs semen ſm genꝰ suũ: et lignũ fructiferũ faciens fructũ ſm genus suũ: cuius semen suum sit in ipso. Audiamus verba veritatis: quoꝝ series salus est audientium. Prima ẽ illa vox dei singulis creaturis impertita gignẽdis: lex nature est: quę terris in omne tempus remansit: futurę successionis datura prescriptũ: quẽadmodum vel generãdi vel fructificandi in reliquũ visus adolesceret. Prima itaq; germinatio est: quãdo nascentia vident erumpere: deinde cuz eruperit et profecerit germen fit herba: herba quoq; vbi paululũ ꝓcesserit: fit fenũ. ¶ eꝰ vtilis: q̃ vehemens vox: ¶ Herminet terra herbam feni. Hoc est ipsa ꝓ se germinet terra: nullum alterius quęrat auxiliũ: nõ cuiusquã indigeat ministerio. Solent ẽ plerique dicere: Nisi clemẽtior: solis calor tepefecerit terras: et quodammodo radius suis fouerit: nõ potest germinare terra: et ꝓpterea gentes diuinũ honorem deputant soli: q̃ virtute caloris sui terrarum penetret sinus: sparsaq; foueat semina: vel rigentes gelu venas arboꝝ relaxet. Audi ergo deũ velut hanc vocem emittentem: Cõticescat ineptus sermo hominũ qui futurus est: facessat vana opinio: Antequã solis flat luminare herba nascatur: antiquior: eius sit ꝓrogatiua q̃ solis. Me error hominum cõualescat: germinet prius terra q̃ fotus solis accipiat. Sciant omnes solẽ auctorem nõ esse nascentiũ. Dei clementia terram relaxat: dei indulgentia ꝓrumpere facit fructus. Quomodo sol viuendi vsum ministrat omnibus: quãdo illa prius diuine operatõis viuificatione sunt edita: q̃ sol in hos viuẽdi vsus veniret? Iuuenior est herbis: iunior fœno.

¶ Cur prius pecori pabulum q̃ cibus hominis sit creatus: simplexq; victus et naturalis cibus reliquis cibis antelatus sit: De cõmendatione quoq; ipsius ac de mysterio herbe virentis et floris feni: cum exhortatione nostri ad imitationem illius herbe: et confutatione manichei aliorũq; hereticorũ: Ca. VII.

Et forte mirent aliqui: cur prius pecori pabulũ: q̃ cibus hominis sit creatus. ¶ In quo primuz ꝓfundum dei debemus aduertere: qõ etiam minima quęq; nõ negligat: sicut in euangelio sapientia dei dicat: Respicite volatilia cęli: quoniã nõ serunt neq; metunt: neq; cõgregant in horrea: et pater vester cęlestis pascat illa: nõne vos pluris estis illis? Cũ enim illa pascuntur dei gratia: nemo sibi debet de sua simplici industria et virtute blandiri. ¶ Deinde quia simplicẽ metum et naturalẽ cibuz reliquis cibis debuit anteferre. Hic ẽ sobrietatis est cibus: reliqui delitiarum atq; luxurię. Hic cõmunis omnibꝰ animãtibus cibus: ille paucorũ. ¶ Exemplũ itaq; frugalitatis magisteriũ parsimonię est: herbę simplicis victu oleriq; vilis aut pomi contentos esse oẽs oportere: quez natura obtulit: quẽ liberalitas dei ꝓmia donauit. Ille salubris: ille vtilis ab": q̃ morbos repellat: q̃ re/ Matth. 6.

fecer eruditates: nullo hoim parat⁹ labore: sed diuino effusus munere: sine satione fruges: fructus sine semine: tã dulc̃: tã grat⁹: vt etiã replet̃ voluptati atq; vsui sit. ¶ Denicq; ad primas datus mensas: ad secũdas remansit. Quid autẽ creaturę huĩ⁹ atteras miraculũ: t sapientię operatricis argumentum exprimã? ¶ In hac eñ germinũ specie t in illo virentis herbę munere imago est vitę humanę: t naturę cõditionisq; nostrę insigne quodã spectat t speculũ elucet. ¶ Illa herba t flos fœni: figura est carnis humanę: sicut bonus diuinitatis interpres organo suę vocis expressit: dicẽs: Clama: Quid
Esa.40. clamabo? Omnis caro fœnũ: t omnis gloria hominis vt flos fœni. Aruit fœnũ: t flos decidit: verbũ autẽ domini manet in eternũ. Dei sentẽtia: vox humana est. Dicit deus: Clama: sed in ipso esaia loquit̃. Ille respondit: Quid clamabo? Et tanq; quid loquerer audisset: adiunxit: Omnis caro fœnum. Et vere. Viret eñ t gloria hominis i carne quasi fœnũ: t quę putatur esse sublimis: exigua quasi herba est: ꝓmatura vt flos: caduca q̃si fœnũ: germinat vitę viriditatẽ in specie: nõ in fructu soliditatem: hilarionis vitę quasi flos ꝓtendens iocunditatẽ: breuiori spacio occasura: sicut herba fœni: qõ priusq; euellatur arescit. Quę eñ firmitudo in carne: quę salubritas potest esse diuturna: Modic videas adolescentẽ validum: pubescentis ętat̃: virtute floretẽ: grata specie: suaui colore: crastina die tibi facie t ore mutat⁹ occurrit: t qui pridie tibi laurissimus decorę formęvisus est gratia: alio die miserãdus egaret: egritudinis alicui⁹ infirmitate resolutus. ꝓlixoq; aut labor frangit: aut inopia macerat: aut cruditas vexat: aut vina corrumpũt: aut senectus debilitat: aut euratos delitię reddũt: luxuria decolorat. Nõne verũ est: quia aruit fœnũ: et flos decidit? ¶ Alius ab auis atauisq; nobilis: t maiorũ honestat⁹ infulis: ꝓsapię veteris clar⁹: insignibus amicis abundãs: stipatus clientibus: t vtriusq; latus tectus: secum ꝓducens maximã ac reducens familiã: repẽte aliqua accidẽtis periculi mole turbat⁹: destituitur ab omnib⁹: a sodalib⁹ derelinquit̃: impugnatur a ꝓximis. Ecce verũ est: quia sicut fœni vita hominis: priusq; euellatur arescit.
¶ Est etiã qui dudum ab vbertate affluẽs copiarũ: liberalitat̃q; fama p ora volitãs sin-

gulorum: clarus honoribus: ꝓminens potestatibus: tribunalib⁹ celsus: solio sublimis: beatus populis estimatus: dũ ꝓconũ clamore deducitur: subita rerũ conuersione in eũ carcerem rapitur: quo alios ipse detruserat: t inter reos suos imminentis pœnę defleret eruinã. ¶ Quãtos pridie caterua plaudentiũ t inuidiosa fauentis populi frequẽs domũ pompa dedurit: et nox vna glorioso illum splendore deductionis aboleuit: ac repentinus lateris dolor effusis gaudijs luctuosaq; grauis successionẽ mœroris admiscuit. ¶ Huiusmodi igit̃ est gloria hominis: sicut flos fœni. Quę etiaq; cum defertur: nihil operibus adiũgit: in qua nullus fructus acquirit̃: t cum amittit̃ euanescit: omnẽ fœnũ hominis: t quã desup obumbrabat repẽte destituẽs t quã intus animabat. ¶ Atq; vtinam imitaremur hanc herbam: de qua ait dominus: ¶ **Germinet terra herbaq; fœni: seminans semen sm genus suum t sm similitudinem.** ¶ Seminem⁹ igitur semen sm genus. Qõ sit genus: audi dicentẽ: oportere nos quærere illud diuinum: si quo mõ illud tractare possimus aut inuenire: cuius non longe sit ab vnoquoq; nostrũ. In ipso eñ viuimus t sumus t mo- Act.17
uemur: sicut quidã vestrũ inquit direxerunt: cuius t genus sumus. Secundũ hoc genus seminem⁹ semen: nõ in carne sed in spiritu. Nõ eñ carnalia sed spiritalia seminare debemus: qui ad vitã peruenire volum⁹ eternam. ¶ Quę sit autem similitudo nõ ignoras: qui ad imaginẽ t similitudinẽ dei fact⁹ es. Herba generi respondet suo: tu non respondes tuo generi. Tritici granũ sparsum terrę: generis sui gratiã reddit: t tu te degeneras? Fruges nõ adulterant sui sinceritatẽ seminis: tu adulteras puritatem animę: vigorem mentis: corporis castitatẽ? ¶ Non agnoscis opus esse te christi? Manibus suis vt legim⁹ te ille formauit: et tu manichęe alterum tibi asciscis auctorẽ? ¶ Pater deus dicit ad filium: Faciamus hominem ad imaginẽ t similitudinẽ nostram: t tu forsitane dicis: q; in constitutione mundi adhuc nõ erat christus? Et tu eunomiane dicis: q; dissimilis est patri filius? Nã si imago non dissimilis vtiq; sed totũ ex toto exprimens patrẽ: quẽ pater substantię suę vnitate signauit. Pater dicit: Faciamus: t tu cooperatorẽ negas? Qõ dixit pater: filius fecit: et

tu equalē negas: in quo cōplacuit pater?

De germine ac seminaria vtute: ⁊ admirabili germinatōis ⁊ fructificationis modo: terreq; vtilitate. De laude quoq; agri pleni: ⁊ salubritate suci herbarū virgultoz̄q; ac foliorum remediis: Ca. VIII.

Germinet (inquit) terra herbaz̄ fenī fin genus. In omnibus quę dicunt nascentia terrę: primuz̄ germē est: vbi se paululū sustulerit fit herba: postea fenū: inde fit fruct⁹. Sunt nascētia quę de radice germināt: vt arbores quę nō sunt sate: ex aliarū arborū radice nascuntur. In arundine videm⁹: quomō in extremo eius velut quidā fit nodus e latere: ⁊ inde alia arundo germinat. Est ergo in radice vis quędā seminarij. Institua quoq; in superioribus germinat. Alijs ergo a radice: alijs diuerso munere series successionis acquiritur. Inest eīs nascētibus singulis: aut semē: aut virtus aliqua seminaria: ⁊ ea fin genus: vt quod nascāt ex ea simile eoꝝ quę sata sunt: vel quoꝝ de radice sit: germinet. De tritico triticū: de milio milium: de piro pirus albo flore prumpit: castanea quoq; surgit de radice castaneę. Germinet (inquit) terra herbam fenī fin genus. Et cōtinuo parturiēs terra nouoo se fudit in partus: ⁊ induit se amictū viriditatē: gratiā fęcunditatis assumpsit: diuersisq; cōpta germinib⁹ ꝓpios suscepit ornatus. Mirāmur q; tam cito generauerit: quāto maiora miracula sunt: si spectes singula: quēadmodū vel iacta in terraz̄ semina resoluant: ac nisi mortua fuerint nullū fructū afferāt: si vero fuerint quadam sui morte resoluta: in vberiores fruct⁹ resurgant. Suscipit igitur granū tritici putris gleba: ⁊ sparsum cohibet occatio: ac velut materno terra gremio fouet ⁊ cōprimit. Inde cū se granum illud resoluerit: herbaz̄ germinat: grata ipsa iam species herbescētis viriditatis: quę statim genus satiui similitudine sui, pdit: vt in ipso suę stirpis exordio cui⁹ generis herba sit recognoscas: atq; in herbis fructus apparat: paulatimq; adolescat vt fenū: culmoq; pubescens erigit ⁊ assurgit. Mox vbi se geniculata tā spica sustulerit: vaginę quędaz̄ futurę frugi parant: in quib⁹ granū format interius: ne tenera ei⁹ primordia aut frigus lędat: aut solis ęstus exurat: aut ventorum inclemētia: vel imbrium vis ęqua decutiat. Succedunt quidā ordines spicę mirabili arte formati: vel ad speciē grati: vel ad tutamen nexu quodā inter se naturalis colligatiōis astricti: quos puidētia diuina formauit. Et ne frugē numerositas onus pōdere velut quędā cędat fultura culmeū: vaginis quibusdā ipse culmus includit: vt geminatis viribus frugem possit multiplicē sustinere: ne impar oneri curuet̄ in terrā. Tum supra ipsam spicā vallū struitur aristarū: vt quasi quadā in arce ꝑtendat: ne auium minorum morsibus spica suis eruat fructib⁹: aut vestigijs pteraf. Quid dicā quēadmodum clemēta dei humanę prospexerit vtilitati? Fęneratū terra restituit qđ acceperit: ⁊ vsurarū cumulo multiplicatū. Homines sępe decipiunt: ⁊ ipsa fęneratorē suum forte defraudāt: terra fidelis manet. Etsi quādo nō soluerit: si forte aduersata fuerit frigoris inclementia: aut nimia siccitas: aut immensa vis imbrū: alio anno superioris anni damna cōpensat: ita ⁊ quādo, puentuo spem destituit agricolę: nihil terra delinquit: et qñ arridet vbertas: fęcundę matris le part⁹ effundit: vt nunq; vllum dispendiū suo inferat creditori. Quę vo species pleni agri? Quis odor? Quę suauitas? Quę voluptas agricolaꝝ? Quid digne explicare possum⁹: si nostro vtamur alloquio? Sz habem⁹ scripturę testimonia: quibus agri suauitatē benedictioni ⁊ gratię sanctorū aduertimus cōparatā: dicente sancto isaac: Odor filij mei sicut odor agri pleni. Quid tibi describā purpura sętes violas: candida lilia: ruralēs rosas: depicta rura: nunc aureis: nūc vario: nunc luteis floribus: in quib⁹ nescias vtrum species ampli⁹ florum: an vis odora delectet? Pascunt oculi grato spectaculo: longe lateq; odor spargit: cui⁹ suauitate cōplemur. Vñ diuine dño ait: Et species agri mecū est. Cū ipso est enim qui ipse formauit. Quis eīs alius artifex possit tantā rerum singularū exprimere venustatē? Cōsiderate lilia agri: quātus sit candor in foliis: quēadmodū stipata ipsa folia ab imo ad summū videant assurgere: vt scyphi exprimant formā: vt auri quędam species int⁹ effulgeat: quę tamen vallo in circuitu floris obsepta nulli pateat iniurię. Si quis hunc florē decerpat: ⁊ sua soluat in folia: quę tanti est artificis manus: quę possit lilij speciē reforma

De specie agri pleni

Gen. 27.

De violis: liliis ⁊ rosis.

re? Quis tant⁹ imitator nature vt florem hunc redintegrare ꝑsumat: cui dño tãtũ te-
Wan5.6. stimoniũ dedit vt diceret: Nec salomon in omni glia sua sic vestiebat sicut vnũ ex istis? Rex opulẽtissimus ⁊ sapientissim⁹ inferior iudicatur: q̃ huius floris pulchritudo est.

De remedijs virgultorum

Quid enumerẽ sucos herbarũ salubres? Quid ꝯgulto⁹ ac foliorũ remedia? Ceru⁹ eger ramusculos oleę mandit: et sanus fit. Locustas quoq; folia oleę arrosa liberãt ab ęgritudine. Rubi folia supiacta serpẽti: interimũt eũ. Culices nõ tangẽt te: si absinthij herbã cũ oleo coq̃s: ⁊ eo te punxeris.

De retusione causationis: q̃ cũ vtilibus etiam letalia ⁊ perniciosa generentur: Ca. IX.

Sed forte dicant aliqui: Quid q̃ cuz vtilibus etiã lętalia ⁊ pniciosa generantur: Cũ tritico coniũ q̃ inter alimenta vitę noxiũ reperit: ⁊ nisi ꝑmsum fuert cõsuevit saluti nocere. Inter alia quoq; nutrimẽta vitę elleborũ deꝓhendit: Aconita quoq; fallunt frequẽter: ⁊ decipiunt colligentem. Sed hoc ita est: ac si deꝓhendas terrã: q: nõ omnes boles boni. Sed q̃ pl⁹ est accipe: q: nõ omnes boni angeli in cęlo. Sol ipse ꝑ nimio calore spicas torret: aduritq; aũt gignentiũ prima exordia. Luna quoq; viantib⁹ iter demõstrat: latronũ ꝓdit insidias. Num igit dignũ est vt in his q̃ vtilia sunt posthabẽtes cõditoris gratiã cõsiteri: ꝓpter aliqua alimentoriũ noxia creatoris ꝓspicięntia derogemus: quasi vero omnia gulę causa debuerint procreari: aut exigua sint quę ventri nostro diuina indulgẽtia ministrauerit? Definitę nobis esce sũt ⁊ notę omnib⁹: quę ⁊ voluptatẽ generent: ⁊ corporis salubritatẽ. Singula aũt eorum quę generant e terris: specialẽ quandã rationez habent: quę ꝑ virili portione cõplent vniuersę plenitudinem creaturę. Alia ergo esui: alia alij nascũt vsui. Nihil vacat: nihil inane germinat terra. Quod tibi putas inutile: aliqs vtile est: immo ipsi tibi frequenter alio est vsu vtile. Q̃ escã non aduuuat: medicinam suggerit: ⁊ sępe eadem quę tibi noxia sunt: aurubus aut ferio innoxiũ ministrant pabulũ. Denięq; sturni vescunt conio: nec fraudi est eis: qñ qualitate sui corporis venenũ suci lętalis euadunt. Frigida eñ vis eius est suci: quaz subtilib⁹ poris in cordis sui sedẽ ducẽtibus ꝑcoct digestione ꝓueniunt primsq; vitalia ipsa ꝓtẽptet. Elleborũ autẽ periti loquunt escã esse ⁊ alimoniã coturnicũ: eo q̃ naturali quodã tẽperamẽto sui corpis: vim pabuli nocẽtis euitẽt. Etenim si ratione medicanę plẽritię ad salubritatẽ humani quoq; corporis temperat cui videt esse ꝓtrariũ: quantomagis ꝓprietati nature ad cibũ pstat: q̃ medica manu cõuertit ad salutẽ? Mandragoram q̃ somn⁹ frequẽter accersit: vbi vigiliaz ęgri afflictant incõmodo? Nã quid de opio loquar: q̃ etiã nobis quotidiano ꝓpvsu innotuit: qñ dolores eo grauissimi internoriũ sępe viscerum sopiunt? Nec illud ꝓterit: q̃ comio plerumq; furores libidinũ marcescunt: ⁊ elleboro vetustę passiones ęgri corporis sunt solutę. Nõ solum igit nulla in his reꝓhensio creatoris: sed etiã incremẽtũ est gratiarũ. Sicdẽ q̃ ad periculũ putabas esse generatũ: ad remedia tibi salutis operat. Nã ⁊ id q̃ periculi est: ꝑ prudentiã declinat: ⁊ id q̃ salutis: ꝑ industriã nõ amittitur. An vero oues ⁊ capręa ea quę sibi noxia sunt declinare didicerũt: ⁊ solo odore ꝓ quoddã nature mysteriũ: cum sint rationis expertes: rationẽ tamẽ euadendi periculi vel tuendę salutis agnoscunt: noxiaq; pariter ac ꝑfutura distinguũt: ita vt plerũq; cũ armata venenio tela senserint: notas petere herbas: atq; his remediũ vulneri dicant adhibere? Libus illis ergo medicina est: vt resilire sagittas videas e vulnere ⁊ fugere venena nõ serpere. Denięq; ceruis cib⁹ venenũ est. Coluber ceruũ fugit: leonẽ interficit. Draco elephantem ligat: cuius ruina mors victoris est. Et iõ sume vtrimq; certa tur: ille vt pedẽ alliget: in quo casus victi sibi nocere nõ possit: iste ne posteriore extremus pede aut calle capiat angusto: vbi vel ipse se nõ queat retorquere: ⁊ draconẽ graui ꝓterere vestigio: vel sequẽtis elephanti auxiliũ nõ habere. Ergo si irrationabilia animalia noxũ quib⁹ sibi aut medicentur herbis: aut subsidijs opẽ afferãt: homo nescit cui rationabilis sensus innascit? Aut tã alien⁹ a vero est: vt quę cuiq; apta sint vsui minime deꝓhendat: aut ita naturę ingrat⁹ bonis: vt qñ taurini haustus sanguinis lętalis est homini: propterea puter laborios⁹ sum aial aut nasci nõ debuisse: aut sine sanguine debuisse generari: cui⁹ virt⁹ ad cultũ agroz vtilis: aut ad vsum plaustroriũ habi-

lis:ad alimoniã suauis:diuerso munere fulcit agricolas:quib⁹ de⁹ si bona sua nouit: vniuersa donauit dicẽs:Germiet terra herbam fœnũ:spirãs semẽ fm genus? Non solũ eñ spontaneã alimoniã cõpbendit quę ẽ in herbis ꝛ radicib⁹ atq; arborũ reliquisq; fructib⁹:sed etiã eã quę industria cõparat: ꝛ cultu rusticani laboris acq̃rit. ¶ Et decorum aũt q nõ statim fundere terras semen tulsit ꝛ fructũ:sed primũ germinare: deinde herbescere cãpos statuit: postea fm ppietatẽ sui generis semẽ adolescere: vt nũq; aruorum vacaret gratia:quę grato primũ decore vernarent:postea fructuũ suggererent vtilitatem.

¶ Quomodo terra fm genus suũ dicat ꝓferre semina:cũ plerũq; semina iacta degenerẽt. Aç de diuersitate seminis diaboli ꝛ semis christi filii hominis:ꝛ qñ homo verbũ suũ seminauerit sup terra:Ca.x.

Sed forte quis dicat:Quõ fm genus terra ꝓfert semina: cũ plerũq; semina iacta degenerent:ꝛ cũ bonũ triticũ fuerit seminatũ:decolor ei⁹ speciẽ ꝛ inferior forma reddat? ¶ Sed hoc si qñ accidit:nõ ad translationẽ generis:sed ad ęgritudinẽ quandam ꝛ inequalitatẽ seminis videt esse referendũ. ¶ Nõ eñ desinit esse triticũ:si aut austrigine aduraf: aut ibre madidet:sed specie magis q̃ genere:colore q̃ et corruptione mutatum. ¶ Deniq; frequẽter madidata frumẽta in sui generis speciẽ reuertunf:si aut sole aut ignib⁹ torreanf: aut diligẽtibus cõmissa culturis: aeris tẽperie terrarũq; feracũ vbertate foueanf: Itaq; reparaf in sobole:q̃ degenerauerat in parente. ¶ Unde nõ perditamur:ne ꝓceptũ illud dei cuius vsus naturę ineleuit:in reliquũ successionis vitio deficturũ sit:cum hodieq; in seminib⁹ generis sui sinceritas reseruet. ¶ Nã lolium ꝛ reliqua adulterina semina quę frugib⁹ sępe miscenf: zizania nũcupari euãgelij lectione cognouim⁹:sed ea ꝓpaũ quoddã genus habent:nõ ex tritici semine in aliud gen⁹ seminis decoloꝛi mutatione translata degenerẽ traxere naturam.

Matth. 13. ¶ Deniq; hoc docet dñs dicens: Simile est regnũ cęloꝝ homini q̃ seminauit bonuꝫ semen in agro suo: Cũ aũt dormirent boles: venit inimic⁹ ei⁹ ꝛ superseminauit zizania inter triticũ. Aduertim⁹ vtiq; q̃ zizania ꝛ triticũ: vt nominib⁹ ita ꝛ genere videãtur esse discreta. ¶ Deniq; ꝛ serui dixerũt ad patrẽ familias: Dñe:nõne bonũ semen seminasti in agro tuo? Unde ergo habet zizania? Et ait illis: Inimic⁹ homo hoc fecit. Aliud eñ est semẽ diaboli: aliud semen est christi: qđ serif ad iustitiã. ¶ Deniq; aliud fili⁹ hominis:aliud diabolus seminauit. Adeo diuersa natura vtriusq; seminis: vt ꝓtinus seminator sit. Qđ seminat christ⁹:regnũ est dei: qđ seminat diabolus: peccatũ est. Quõ igitur põt vn⁹ generis esse regnũ atq; peccatum? Sic est inquit regnũ dei: quẽadmodũ si homo iactet semẽ sup terrã. ¶ Est ꝛ homo qui seminat verbũ: de quo scriptũ est: Qui seminat: verbũ seminat. Marci. 4. ¶ Hic homo verbũ seminauit sup terrã: qñ dixit: Germinet terra herbã: ꝛ subito terrarũ germina pullularunt: ꝛ diuersę rerũ spẽs refulserũt. Hinc pratorũ vireta gratia abundantiaq; pabuli ministrauit: inde camporꝫ spica flauescens: imaginẽ pelagi fluctuãtis: cõmotione segetis vberioris expressit. ¶ Sponte oẽs fruct⁹ terra suggessit: ꝛ sic arata sine cultore eẽ nõ poterat: nonduꝫ eñ erat format⁹ agricola: inarata th opimis messibus redũdabat: et haud dubiũ quin maiore puentu. Siquidẽ nec cultoris desidia: terrarũ deshituere poterat vbertatẽ. ¶ Hũc eñ fecũditas vnicuiq; ꝓ merito laboris acquirit: vbi cultus spectat agrorũ: ꝛ negligentia vel offensa: aut diluuijs plurimarũ: aut terrarꝫ ariditatib⁹: aut grandinis ictu: aut quacũq; ex causa soli vberis sterilitate multat. ¶ Tunc aũt puẽtu spontaneo terra fruct⁹ loco oim⁹ inuchebat: qñ is ꝓceperat: qui vniuersoꝝ est plenitudo. Verbum eñ dei fructificabat in terris: nec vllo adhuc erat terra dãnata maledicto. Antiquiora eñ mundi nascẽtis exordia: q̃ nostra peccata sunt: ꝛ recẽtior culpa ꝓpter quã ꝏdemnati sum⁹ in sudore vultus nostri panẽ manducare: sine dolore alimenta nescire. ¶ Deniq; bodieq; fecũditas terrę veterẽ affluentiã spontaneo vsu fertilitatis operat. ¶ Et multa sunt eñ quę adhuc spõte generanf: ꝑ etiã in his ipsis q̃ manu quęrunf: magna ex parte manẽt nobis diuina beneficia: vt frumẽta ipsa quiescẽtibus inferanf. Qđ ꝓpositę docet lectiõis exemplũ: dicente dño: Sic est regnũ dei quẽadmodũ si homo iactet semẽ sup terrã: ꝛ obdormiat inquit ꝛ exurgat nocte ꝛ die: ꝛ Marci. 4.

semē germinet ⁊ iresc̄at dū nescit ille. Ultro eñ terra fructificat: ꝓmo herbā: deinde spicā: deinde plenū triticū in spica. Et cū ꝓduxerit fructū: statim mittit falcē: qñ adest messis. Dormiēti igit tibi o homo ⁊ nesc̄ienti: fructꝰ suos vltro terra ꝓducit. Dormis ⁊ surgis: ⁊ frumēti p noctē icremēta murat.

De ortu arborum atq; rosarum: ⁊ quomodo rosa humane vite speculum ꝓferat: Ca. xi.

Primus de herba ḡni: nūc dicamꝰ de ligno fructuoso faciēte fructum ſm genꝰ: cuiꝰ semen eius in ipso sit. Dixit ⁊ facta sunt: et subito vt supra floribꝰ herbarūq; viriditatibꝰ: ita hic nemoribꝰ terra vestita est. Cōcurrerūt arbores: cōsurrexere siluę: vertices repente montiū frōduerunt. Hinc pinus: hinc cupressus in alta se extulerūt cacumina: cedri ⁊ piceę conuenerūt. Abies q̄ nō cōtenta terrenis radicibus atq; aerio vertice: etiaz salsos marinos tuto subitura remigio: nec solū ventis ſ etiam fluctibꝰ certatura ꝓcessit. Necnon et laurꝰ assurgens: odorē suū dedit: nunq; suo exuēda velamine. Umbrosę q̄ ilices verticē ꝓtulerūt: inhorrentē comā hibernis q̄ tēporibus seruaturę. Hoc eñ in singulis priuilegiū natura tenuit in reliquuz: q̄ sub ictu mundi surgentis accepit: ⁊ inde manet sua ilicibus ḡrogatiua: manet cupressibus: vt nulli venti eas crinis sui honore despoliēt.

Surrexerat ante floribꝰ imixta teneris ſne spinis rosa: et pulcherrimꝰ flos sine vlla fraude venabat: postea spina sepsit gratiā floris: tanq; humanę speculū ḡferēs vitę: q̄ suauitatē pfunctionis sue finitimis curarū stimulis sępe cōpungat. Vallata ē eñ elegantia vitę nostrę: ⁊ q̄buslā sollicitudinibꝰ obsepta: vt tristicia adiūcta sit gratię. Illi cū vnusquisq; aut suauitate rationis: aut ꝓsperioris cursus successibꝰ gratulat: meminisse culpę eū cōuenit: p quā nobis in paradisi amęnitate floribus: spinę mētis animiq; sentes iure pdēnationis ascripti sunt.

Irritules igit o hō lz aut splendore nobilitatis: aut fastigio ptātis: aut fulgore virtutis: sp tibi spina ꝓtima est. Semp inferiora tua respice: sup spinas germinas: nec p lxta gratia manet. Breui vnusquisq; decurso etatis flore marcescit.

De singulari vitis cōmendatione: ⁊ quomodo exemplū eius ad nostre vite institutionē arcessendū sit: Ca. xii.

Ante vt caduca tibi nouerīs cōia esse cū floribus: ita etiā lęta cū vinibus: quibꝰ generat vinū: quo cor hois lętificat. Atq; vtinaz o homo huiꝰ generis imiteris exemplū: vt ipse tibi lęticiā iocūditatēq; fructifices. In teipso suauitatis tuę gratia est: ex te pullulat: in te manet: intꝰ tibi: id est: in teipso querēda iocūditas tuę cōscientię. Ideo ait: Bibe aquā de tuis vasis: ⁊ de puteis tuis fontibus. Primuz oim nihil gratius floribus odore vitis. Sicdē de flore earū sucus expressus poculi genus cōficit: qō ⁊ voluptati ⁊ saluti sit. Deinde quis nō mirēt: ex acuti vinacio vitē vsq; in arboris summū cacumē, prumpere: quā velut quodā amplexu fouet: ⁊ quibusdā brachijs ligat: ⁊ circūdat lacertis: pampinis vestit: sertis vuarū coronat. Que ad imitationē vitę nostrę: primū viuā defigit radicē: deinde q: natura flexibilis ⁊ caduca est: q̄si brachijs quibusdā: ita ⁊ clauiculis q̄q̄d cōprehēderit stringit: hisq; se erigit ⁊ attollit.

Hui⁹ est filia plebs ecclesię: q̄ velut quadā fidei radice plantat: ⁊ reprimit humilitatis ꝓpagine. De qua pulchre ait ꝓpheta: Vineā ex ęgypto trāstulisti: ⁊ plātasti radices eius ⁊ arbusta eius: ⁊ replesti terrā: operuit montes vmbra ei⁹: ⁊ arbusta ei⁹ cedros dei. Extendisti palmites ei⁹ vsq; ad mare: ⁊ vsq; ad flumen ꝓpagines ei⁹. Et p ysaiā ipse dño locutꝰ est dicens: Vinea facta ē dilecto: in cornu: in loco vberi: ⁊ maceria circūdedi ⁊ circūfodi vineā soreth: ⁊ ędificaui turrim in medio ei⁹. Circūdedit eñ eā velut vallo quodā celestiū ḡceptorū: ⁊ angelorum custodia. Immittit eñ angelus dñi in circuitu timentiū eū. Posuit in ecclesia velut turrim aplorum ⁊ ꝓphetarum atq; doctorū: qui solēt p ecclesię pace ḡtendere. Circūfodit eā qui exonerauit terrenarum mole curarum. Nihil eñ magis mentē onerat: q̄ istiꝰ mundi sollicitudo: ⁊ cupiditas vel pecunię vel potentię. Hō tibi demōstrat in euāgelio: cū legis: quia illa mulier q̄ habebat spiritū infirmitatis: inclinata erat vt sursū respicere nō posset. Curuata eñ erat alia eius q̄ inclinabat ad trena cōpēdia: ⁊ celestē gratiā nō videbat. Respexit eā iesus: ⁊ vocauit: ⁊ statiz mulier onera terrena deposuit. Ibi cupiditatibꝰ etiā illos oneratos fuisse demōstrat:

Mat.11. quib⁹ ait: Venite ad me oēs qui laboratis
t onerati estis: t ego vos reficiaz. Ergo illa
anima mulieris quasi circūfossa respirauit:
t erecta est. Sed eadē vitis vbi circūfossa
fuerit: relīgat t erigit: ne reflectat in terrā.
Recidūt alia sarmēta: alia ppagant. Recidūtur q̄ inani effusione luxuriāt: ppagātur
ea quę bon⁹ agricola iudicauerit fructuosa.
Quid q̄ adminiculorum ordines iugatio
nisq; describā gratiā: quę vere atq; manifeste q̄litatē docēt in ecclesia esse seruādā: vt
nemo se diues aut honorat⁹ extollat: nemo
paup desperet: ignobilisq; desperet? Oibus
sit in ecclesia par atq; vna libertas. Oibus
impertiat iustitia cōis: t gratia. Ideo turris in medio est: quę exemplū de illo rusticanis: de illis circūferat piscatorib⁹: qui virtutū arcē tenere meruerunt. Quos exēplis
noster erigat affect⁹: neq; humilis et despicabilis iacear: sed vnuscuiusq; mens ad su
Phil.3. periora se subigat: vt audeat dicē: Nostra
aūt cōuersatio in cēlis est. Vt ne aliqb⁹
pcellis sęculi possit reflecti: t tēpestate deduci: clauiculis illis t circulis q̄si amplexib⁹
charitat⁹ primos quosq; cōplectit: t in eor
cōiunctione requiescit. Charitas est igit q̄
Iob 4. nos superioribus nectit: cęlisq; inserit. Qui
enim manet in charitate: de⁹ in eo manet.
1oh.15. Vt t dñs ait: Manete in me: et ego in vobis. Sic palmes nō pōt fructum afferre a se
nisi mānerit in vite: sic nec vos nisi in me mānetis. Ego sum vitis: vos palmites estis.
Euidēter igit exemplū vinee ad nostrę vitę institutionē arcessendū cē signauit: Quę
primū veris tepefacta tēperie gēmare phibet: Deinde et ipsis sarmētor articulis fructū emittere: De quib⁹ oriens vua formak:
paulatimq; augescens imaturi partus retinet acerbitatē: nec pōt nisi matura iam t cocta dulcescere. Vetit interea virdantibus
pampinis vinea: quib⁹ et aduersum frigus
oēmq; iniuriā nō exiguo munit subsidio: et
a solis ardore defendit. Quid aūt eo vel
spectaculo grati⁹: vel fructu ei⁹ dulcius: videre serta pēdētia velut quędā speciosi ruris
monilia: carpere vuas vel aureo colore vel
purpureo rutilātes? Hiacynthos cęteraśq;
gemmas fulgere exilimeo: cozulcare indicos: albarū emicare gratiā gēmarū? Hec
aduertis et his admoneri te homo: ne imaturos fructus tuos dies sūmus inueniat:
aut plene tēpus ętatis opa imparata deceāt. Acerbus esi fructus amarios esse consueuit: nec pōt dulce esse: nisi q̄ ad maturitatis pfectionē adoleuerit. Hunc viro pfecto nec frigus horridę mortis: nec sol iniquitatis nocere ꝓsueuit: q; obumbrat eū gratia
spiritualis: t omnia mundanę cupiditatis
t corporeę libidinis restinguit incendia: defendit ardores. Laudent te quicūq; ꝓspiciunt: t agmina ecclesię velut quędā palmarū
serta mirent: spectēt singuli fidelīū pulchra
animaꝝ monilia: delectent maturitate prudentię: splendore fidei: confessionis decore:
iustitię pulchritudine: vbertate misericordię: vt
dicatur tibi: Uxor tua sicut vitis abundās Ps.127.
in lateribus dom⁹ tuę: eo q̄ redūdantiā vitio fructiferę: copiosę munere liberalitatis
imiteris.

De arborum varietate: ac diuersis eaꝝ vtilitatib⁹ t ornatib⁹: fructuūq; suorū atq; succorū ꝓprietatibus t medelis: Ca. xiii.

Sed quid ego in sola vite immoror:
cū omnia genera arboꝝ vtilia sint:
alia ad fructum nata: alia ad vsum
data? Nā t quibus nō est fructus vberior:
ni vsus ꝑciosior est? Cedrus suspendēdis De cedro
tectoꝝ apta culminib⁹: eo q̄ hmōi materies et ꝓcera sit spacio: nec onerosa parietibus? Lacunarib⁹ quoq; comendisq; fasti De cupresso
gio habilis est cupressus. Unde t ecclesia dicit in canticis: Trabes domoꝝ nostrarū cedrina: lacunaria nostra cupressina: i his esse
declarans decora sui ornamēta fastigij: qui
quasi trabes vertice ecclesię sua virtute sustineant: t fastigiū eius exornēt. Laurus De lauro
t palma ad insigne victorię. Lauro victorū et palma
capita coronant: palma manus victricis ornat⁹ est. Unde t ecclesia ait: Dixi: ascendaz Cant.7.
in palmā: tenebo altitudines ei⁹. Quę eminentiā videns verbi: t sperans q̄ ad ei⁹ altitudinē possit ascendere t scientię sūmitatē:
dicit: Ascendā in palmā: vt omnia inferiora relinquat: t ad superiora ꝓtendat: ad brachium christi: vt suaues ei⁹ fructus carpat t
gustet. Suauis eni virtutis est fruct⁹. Populus q̄s coronis arbor: umbrosa victricib⁹: De populo
et salice
t salix lenta vinbus habilis vinciendis: q̄d
aliud mystice declarant: nisi bona esse christi vincula quę nocere non soleant: vincula
gratię: vincula charitatis: vt vnusquisq; suis vinculis glorietur: sicut gloriabat t paulus dicens: Paulus vinct⁹ iesu christi. Ihs Philemon1

Ro.8. ligatus vinculis dicebat: Quis nos separabit a charitate christi? Vinculis abstinētię: vinculis charitatis. Vbi ligatus vinculis etiā dauid ait: In salicibus in medio eius
Pſ.136. suspendimꝰ organa nostra. ¶ Buxus quoq; elementorum apicibꝰ vtilis exprimēdis: leui materia vsum manꝰ puerilis informat. Vñ ait scptura: Scribe i buxo: Simul vt admoneat te ipsa materia quę semp viret: nec vnquā soluꝫ exuik suis: ne vnquā spei tuę dissimulatione nuderis: sed semp tibi p fidem germinet spes salutis. ¶ Quid ergo enumerem quāta varietas arborū: q; diuersus in
De fago singulis & pulcher ornatꝰ: q; patulę fagi: q;
De abiete pceręabietes: q; comantes pinꝰ: q; vmbro
De pino
De ilice sę ilices: q; populi bicolores: q; nemorosa et
De castanea rediuiua castanea: quę simul vt excisa fuerit tanq; silua ex se pullulare cōsueuit: quēadmodū in arboribꝰ ipsis ętas aut senilis aut nouella deprehendik: Iunioribꝰ enī exiliores rami: antiquioribꝰ validiora & nodosa sunt brachia. ¶ Illis folia leuigata atq; diffusa: illis cōtractiora & aspera. Sūt etiā arbores quę senili atq; emortua radice succesiones sui si forte cędank reparare non nouerint: aliq; quibꝰ aut iuuētus viret: aut natura fęcundior est: quibus excisio lucro potiꝰ q; detrimento sit: vt p plures sui rediuiua succesione renouent hęredes? ¶ Est etiā qđ mireris: ipsis sexus in pomis est: discretio sexus
De palma in arboribꝰ. Nam videas palmā quę dactymare et femina los generat: plerūq; inclinantem ramos suos: & subiacentē & cōcupiscentię atq; amplexus speciē p̄tendentē ei arbori quā marem palmā apellant pueri rusticorū. Illa ꝙ palma fęminea est: & sexum suum subiectionis specie cōfitetur. Vnde locorū cultores p̄iciunt ramis eiꝰ dactylos vel palmarum semina masculos: q̄bus illi fęmineę arbori velut quidā sensus p̄functiōis infundik: et expetiti concubitus gratia rep̄sentatur. Quo munere donata rursus erigitur: & eleuat ramos suos: & in veterē statum comā suā rur-
De ficu sus attollit. ¶ De ficu quoq; eadem opinio est. Ideoq; plerię fm domesticā & fructiferam ficū: agrestem siculneā ferunt inserere: eo ꝙ cito fructus fęcūdę illius & domestię ficus vel aura tēptati aliqua vel ęstu defluere ferank in terrā. Vnde gnari huiꝰ remedij: grossis arboris agrestis alligatis ad illam feracē arborē medenk eius infirmitati vt possit fructus ꝓpuos reseruare: iam iāq; si deficre remedia lapsuros. ¶ Quo admonemur velut quodā enigmate nature: non refugere eos qui a nostra fide & cōsortio separati sunt: eo ꝙ & gentilis qui fuerit acquisitus: quo grauior fuerit assertor: erroris: eo vehementior possit fidei defensor existere. ¶ Et si quis de hęreticis cōuertatur: velut cōfirmet eam partē in quā se cōmutata opinione contulerit: maxime si habeat aliquid directū naturę: vt viuida possit esse ei sententia: si adminiculek ei attentio sobrietatis: obseruātia castitatis. ¶ Profunde ergo circa eū studiū tuū: vt simulitudine fructiferę illius ficus de p̄sentia & cōiunctione agrestis illi arboris tuā possis corroborare virtutē. Ita enī tua nec dissoluetur intentio: & diligētię fructus & gratię reseruabik. ¶ Ꝑ multa sunt autē quę doceāt naturalē duritiam posse diligētię studio tēperari: quibus affert cultus ruralis exemplū. Nā plerūq; cito florent malogranata & fructum afferre nō possunt: nisi cōgruis perrorū remedijs excolank: plerūq; sucus vanescit interior: & foris species eius pulchra p̄tenditur. Quę nō immerito cōparatur ecclesię: vt habes in canticis ad ecclesiā dictum: Vt cortex mali punici genę tuę. Et infra: Si floruerit vitis: floruerunt malogranata. Ecclesia enī bonū fidei fulgorē cōfessionisq; p̄tendit: tot martyrum sanguine speciosa: & qđ est amplius christi cruore dotata: simul plurimos intra se fructus vsu istius pomi sub vna munitione cōseruans: & virtutū negocia multa complectens. Sapiens enim spiritu celat negocia.
De amygdalis ¶ Amygdalis quoq; hoc genere medicari se runtur agricolę: vt ex amari dulces fiāt fructus: vt & terebrent eiꝰ radices arboris et in medium inserant furculū eius arboris quam gręci πεύκην: nos piceā dicimus. Quo facto suci amaritudo deponik. ¶ Ergo si agri cultura cōuertit stirpium qualitates: nōne studia doctrinę & disciplinę attentio mitigare possunt quaslibet ęgritudines passionū? Nemo ergo positus vel in adolescentię vel intēperantię lubrico de sui conuersione desperet. Ligna plerūq; in meliores vertunk vsus: & nō possunt hominū corda mutari? ¶ Docuimus nō solum inter diuersi generis arbores esse fructuū diuersitates: ꝙ plerumq; in eadē specie arborū cōpugnare sibi fructus. Alia enī species masculorū: alia fęmineorū fructuꝫ: sicut de dactylis supra

dirimus. ¶ Quis aũt possit cõprehendere varietatẽ: speciẽ: gratiãq; pomoꝝ: singularum quoq; vtilitatẽ arborum: fructuũ sucorũq; ꝓprietatẽ: quę cuiq; rei apta videank: quẽadmodũ ęgris viscerib⁹ hominũ amariora poma medicenk: ꝛ inflationẽ asperita tẽq; interiorẽ tẽperent: quẽadmodũ rursus humotũ aspera: pomorũ dulcibus tẽperentur? ¶ Deniq; ea medicina antiquior: quę herbis curare cõsueuit ꝛ fuc: nec vlla firmior: sanitas: q̃ quę salubrib⁹ reformak alimẽtis. Vnde fm naturã docemur: q; sola nobis esca medicina est. ¶ Herbis certe vlcera aperta clauduntur: herbis curank interna. ¶ Ideoq; medicoꝝ est op⁹: herbarũ ptates noscere. Hinc eñ medẽdi vsus inoleuit.

¶ De simpliciũ pomorũ differẽtia: foliorũq; diuersitate: Ca. xiiii.

Sed vt ad simplicia poma reuocemus stilũ: alia sunt quę coquunk sole: alia quę testẽ aut corticib⁹ clausa cõplenk. ¶ Mala ꝛ pira vuarũ quoq; genera ela nuda obiecta sunt soli: Nucis aũtẽ ꝛ node nucleiq; fructus: ꝛ testa optus ꝛ cortice alitur: tñ ꝛ ipse calore solis nascik atq; nutritur: ꝛ quantũ pinea densitate nucle⁹ abscondik: tanta deinde dñi ꝓuidẽtia: vt vbi mollior fructus: ibi folij densitudo validi⁹ tegumentũ tuendo deferat pomo: qõ videmus in fructu ficulneę. ¶ Delicatiora itaq; validiorib⁹ munienda sunt: vt ꝛ ipse q̃ dominus p hieremiã docet dicẽs: Sicut ficus istas bonas recognoscam translatos iuda: quos emisi de loco isto in terrã chaldęoruꝝ in bona: ꝛ cõfirmabo oculos meos sup illos in bona. Tanq; delicatos eñ velut quodã miscẽiq; suę validiori sepsit tegmine: ne teneri fructus maturi⁹ interirẽt. Deniq; de ipsis etiam in posteriorib⁹ dicit: Delicati mei ambulauerũt vias asperas. Quibus infra ait: Cõstãtes estote filij: ꝛ clamate ad deum. Hoc eñ solum aduersum oẽs ꝓcellas atq; iniurias inuiolabile tegmen: impenetrabile munimentũ est. Vbi ergo teneri fructus: ibi crassiora tegmina: ꝛ munimẽta foliorũ. ¶ Cõtra aũt vbi fructus validiores: ibi teneriora folia: vt malus arbor docet. Fructus enim validus non multo indiget ꝓtectionis auxilio. Nã ipsa ꝓtectõis crassioris vmbra: pomo nocere pl⁹ posset. Deniq; docet nos pampin⁹ naturę gratiã: et diuinę sapientię interna mysteria. Eidem⁹ eñ ita scissum atq; diuisum: vt triũ foliorũ speciẽ videak ostendere: ita paro media distincta est: vt nisi inferioribus hęreret: separata spectantibus videret. Ea aũt ratio videtur seruata naturę: vt ꝛ solez facilius admittat: ꝛ vmbraz obtegat. Deniq; ꝓcerius media pars eius extendik: ꝛ in ipsa sũmitate tenuak: vt pl⁹ pulchritudinis q̃ tegumẽti ꝓferat. Eteñ brauũ speciẽ videtur effingere: significãs q̃ vua inter pendẽtes cęteros fructus habeat principatũ: cui tacito quodam iudicio naturę: sed euidenti indicio innascitur species ꝛ progatiua victorię. Secũ igitur habet brauiũ suum: quo ꝛ munimen sibi ꝓbetur aduersum iniuras: vel aerio pariter imbriũq; violentiã: ꝛ impedimentum nõ affertur ad recipiendũ solis caloreꝝ: quo tepefacta alitur: coloraf: augef. ¶ Ficulneę quoq; foliũ eque ꝓpe vt pãpinus quadrifida interscindik diuisione: q; eo clarius videtur quo maius est foliũ: sane nõ ita vt pampinus vel ora omni vel sũmitate crispanti. Sicut eñ in ficulneę folio crassitudo validior: ita in pampino species elegantior. Crassitudo igit folij ꝓficit ad tẽpestatis iniuriã repellendã: intercisio ad fructus gratiã vaporandi. Deniq; hoc genus pomi grandinem nõ cito: maturitatẽ cito sentit: quia et latere videtur aduersum iniurias: ꝛ patere ad gratiam. ¶ Quid ego foliorũ describaz diuersitates: quẽadmodum alia rotunda: alia longiora: alia flexibilia: alia rigidiora sint: alia nullis facile ventis labenna: alia quę leui motu decutiank aurarum?

De foliis ficulneę.

Ezech. 14.

pampino

¶ Dõ inexplicabile sit singularuz rerum exquirere ꝓprietates: ꝛ de varia mutatione ipsius aque que omniũ virgultorũ nutrix ẽ: De diuersa crepantia quoq; lachrymarũ arborum que eiusdẽ aque alluuione generantur: ac tandez de diffusionis plerumq; exhalatione: Ca. xv.

Inexplicabile est singularum rerum exquirere ꝓprietates: ꝛ vel diuersitates earũ manifesta testificatione distinguere: vel latentes occultasq; causas in deficiẽtibus aperire documẽtis. ¶ Una nempe atq; eadẽ est aqua: ꝛ in diuersas plęrũq; sese mutat species: aut inter harenas flaua: aut inter cautes spumea: aut iter nemora viridantior: aut inter floriulẽta discoloꝝ: aut inter lilia fulgẽtior: aut inter roseta

rutilantior: aut in gramine liquidior: aut in palude turbidior: aut i fonte pspicatior: aut in mari obscurior: assūpto locorū quib⁹ influit colore decurrit: Rigorē ḡ pari ratiōe cōmutat: vt inter vaporantia feruceat: inter vmbrosa frigescat: sole repercussa exestuet: niuibus irrigata glatiali humore canescat: Quēadmodū aūt sapor ei⁹ ipse cōuertit: vt nunc asperior: nūc amarior: nunc vehementior: nūc austerior: nūc dulcior: p speciē ālitate quib⁹ infusa fuerit aq̄ variet. Aspera tur immaturior⁹ sucis: cum so cortice nuci folijsq̄ pritis: amarior fit absynthio: vino vehemētior: austerior allio: grauescat veneno: melle dulcescit. Si vero ei lentiscum terebinthi ḡ fructus vel nucis interior pars misceat: in olei mollē naturā facile trāsfundit. Cū sit aūt nutrix omniū virgultorū: diuersos singulis vsus ministrat. Si radices alat: vel nubibus fusa descēdat: discretas dat omnibus vires: radicē impinguat: caudicē puebit: ramos diffundit: folia virescere facit: fructū alit semia: pomū augē cōsueuit. Ergo cū eadē sit oīuz nutrix alia arbor ḡnā tristiores ferūt sucos: alia dulciores: alia tardos: alia ḡmaturos. Ipse ḡ inter se discrepant suauitates. Alia suauitas in vinea: alia i olea: alia i cerasis: alia i ficu: discreta in malo: dispar in dactylo. Tact⁹ ipse aque: alibi suauis: alibi asperior: plerūq̄ pinguior est. Pondere ḡ distat frequēter vt specie. Nā plerisq̄ locis grauior: plerisq̄ leuior estimat. Nō mirū igitur si cū ipa a se discrepet: discrepent etiā inter se lachrymē arborū: que eiusdē aque alluuiōe generant. Et cū vna sit omniū causa: diuersus singulorū vsus diuersa natura est. Aliā vim habet cerassi arboris lachryma: aliā lentisci. Dispare ḡ balsami guttā odorata orientis ligna sudare pduntur: diuersum ḡ lachrymarū genus virgulta ferularū in ęgypto: ac libya quadā in nature secretioris illachrymant. Quid aūt tibi referam (clemē tē licet esse sermonē) q̄ electrū lachryma virgulti sit: et in tantę materię soliditatē lachryma durescat? Nec leuibus id asserit testimonijs: qñ folia aut surculoz minutissimę portiones: aut exigua quędā animantium genera in electro sępe reperiant: que videntur cū adhuc gutta essent molliora recepisse et solidata tenuisse. Sed quid ego vili sermone deceno: cuz alta atq̄ pclosa ratione nature: cū isto sermone humano alatur ingeniū: natura aūt omniū puidentia diuina formauerit? Tū velut habenis quibusdam verborū cohibenda diffusio est: ne qō salomoni specialiter sapiētię munere diuinitus videt esse collatuz: vsurpatorie videamur exponere differentias arborū et virtutes radicū: et quęcūq̄ sunt abscondita et improuisa: sicut scriptū est: quę nec ab ipso tū manifesta pduntur: vt mihi videat potuisse eū disputare de virgultorū generib⁹: non potuisse tū plenius omne secretuz creature explicare ratione.

Quēadmodū ad verbū domini qō omni aquarū cursu est redūdātius: subito omnis virgultorū creatura efflorverit: et victum atq̄ medelam ministrauerit. Quō ꝓterea vniuersa gignentia aut semina habeant aut aliqua que cū virtute seminū videant cōuenire: Ac de magna dei ☧ virtute in singulis: Ca. XVI.

Quod si irriguis aquarum plerūq̄ et segetes leniores sunt: et virides fabę: et hortorū multiplex suscitat et resuscitat gratia: si viridantib⁹ thoris fluuiorū exundantiū ripa decorat: quēadmoduz ad verbū dñi qō omni aquarū cursu est redundātius: subito creatura virgultorū oēs efflorvit? Festinarūt campi nō cōmissam sibi frugē edere: ignorata horti olerū genera florum miracula germinare: ripę fluminū se vestire myrteis: ꝓperauerūt arbores cito surgere: cito se flore induere: victū hominibus: pecori pabulū ministrare. Fruct⁹ cōis est oībus: vsus ḡ est dat⁹ oīb⁹. Sit vtrūq̄ arbores germinarūt: aliud quo vesceremur: aliud q̄ refrigerāte vmbra defenderemur a sole. Libus infructuosus amęnitatis in foliis: tamē q: ꝓscia erat ,puidentia creatoris: q̄ fructū sibi maxime hūana auiditas vendicaret: reliqs ,puidit animātibus: vt speciālē dis donaret alimoniā. Itaq̄ esca bis nō mediocris in foliis est. In corticibusq̄ silue strib⁹: ea ḡ q̄ ad vsū medēdi ,ficerēt: id ē: suci lachrymę: surculis pariē ministrata sūt. Itaq̄ illa q̄ p⁹ experimēto vsu et exēplo vtilia cognouim⁹: ea a principio creature vsui apta donaret ꝓscientię diuine maiestate de sinu terrarum iussit exire. Et q: iussit dñs vt germinaret terra herbā fēni: et lignū fructifer faciens fructū fm genus suū: cuius se-

men ei⁹ in corne forte quis dicat in multĩ arboribus: neq; fructũ neq; semẽ videri: ⁊ puter diuinũ in aliquo vacillare ꝓceptũ: vt a veritate sit dubiũ: illud aduertat: q; nequaquã fieri põt vt nõ aut seminib⁹ vtant vniuersa gignãtia: aut habeant aliqua q̃ videantur cum virtute seminũ cõuenire. ¶ Idq; si diligẽter intrẽdat: manifesta tẽptatiõe poterit cõprehẽdere. Nihil videnf seminis habere salices: habẽt tñ in folijs granũ q̃dã q̃ habeat vtutẽ seminis: vt eo cõmisso terris tanq̃ posito surgat arbor: de surculo: ⁊ tanquaz de semine se exeruet grano. De grano itaq; illo radix primũ coalescit: de radice pullulat: nõ solũ salicis: ꝑ etiã reliquarũ ad similitudinẽ hmõi generis arborũ silua. ¶ Habẽt aũt ⁊ radices virtutẽ seminis: vnde plerisq; ea satiõe incrementũ sui nemoris ꝓpagauerũt. Magna dei virt⁹ in singulis. ¶ Nec mirẽf aliquis si in virgultis magnã dei dixi esse virtutẽ. Siquidẽ magnam suã virtutẽ dixit in locusti esse et bruchо: eoq; diuinę maiestatis offensa: magno moderamine sterilitatẽ iudaicę atq; inopię soluerẽt. Magna eñ virtus sapiẽtia: magna virtus puidẽtia. ¶ Indigni eteñ erant q̃ vterentf fœcunditate terrena: qui terrã ꝑ lęserãt creatorẽ. Et vere magnus: q̃ miserabili fame nefas tãtę impietatis vlciscit. ¶ Itaq; si magna virtute dei sterilẽ bruchũ terra generauit: quãtomagis virtute magna q̃ fecũda sunt ꝓcreat? ¶ Quis pineã videns non stupeat tantã diuino ꝓcepto artẽ inolitam impijsq; naturę: quẽadmodũ ab ipso cẽtro distantib⁹ licet mẽsuris pari assurgat glutino: quo ꝓnos fouet fructi⁹? Itaq; p circuitũ cadẽ species ⁊ ordo seruat: ⁊ quidã in singulis plagis nucleorũ part⁹ eruberat: atq; in orbẽ redit fructu ⁊ gratia. Itaq; in pinea ista imaginẽ sui natura videt exprimere: q̃ a ꝓmo illo diuino cęlestiq; mãdato priuilegia accepta custodit: ⁊ part⁹ suos quadã annotiũ vice ⁊ ordine reseruat: donec ꝓsumma tio tẽporis impleat. ¶ Sed vt in hoc fructu gratã speciẽ sui signat: ita etiã in myricib⁹: id est: humilib⁹ ⁊ gultis: figurã improbę calliditatis expressit. ¶ Sicut eñ duplici corde viri vbiq; ꝓsto sunt: ⁊ gratiaz simplicitatẽq; apud bonos ꝓtendunt: ⁊ vitiosissimis glutinanf: Ita etiã in aquosis ⁊ in desertis ꝓtrario quodãmodo hęc virgulta nascũf. Vnde et hieremias dubia motũ atq; insincera myricibus cõparauit.

¶ De reprehẽsione surditatis hũani cordis: ⁊ de incõprehẽsibili admiranda dei etiã in paruis ꝓuidẽtia: De primo quoq; cultore vitiũ ⁊ cõmendatione vini: Ca. XVII.

Germinet (inquit) terra herbas virentẽ: ¶ Et statim omni surgẽte germine terra cõpleta est. Et hõi dicitur: Dilige dñm deũ tuũ: ⁊ nõ est charitas dei omnũ infusa viscerib⁹. Surdiora cordia hoim sunt: q̃ dura saxorũ. Terra indebitos fructus nobis ministrat: dñi obsecũdat autoritati: nos debitũ mun⁹ negamus: dñi nõ veneramur auctorẽ. ¶ Vide in paruis q̃ puidẽtia sit dei: ⁊ q; cõprehẽdere nõ potes: mirare: quõ alia semper floẽtia reseruauerit: alia mutatiõis habere voluerit expoliationis ⁊ amict⁹. ¶ Inter cana niuium: pruinas frigorũ: viriditatẽ suã arua cõseruant: ⁊ cuz ipsa tecta sint gelu: partus sui tñ haud exigua speciẽ viriditatis obtexũt. ¶ In ipsis q̃ generib⁹ arborũ q̃ diuturnis frondib⁹ vestiunf: nõ mediocris distãtia est. ¶ Seruat indumentũ suũ sp olea vel pinus: sed tñ folia sua sępe cõmutant: nec ea quasi diuturna: ꝑ q̃s succedanea ꝓtendũt suę arboris pulchritudini ppetui itegritate vestit⁹ vicẽ muneris obũbrãtes. ¶ Palma aũt virẽs sp manet ꝓseruatione ⁊ diuturnitate nõ imutatione foliorũ. Hã quę ꝓmo germinauerit folia: ea sine vlla substitutionis successiõe cõseruat. ¶ Imitare q̃ eã o hõ: vt dicaf et tibi: Statura tua similis facta est palmę: Seruа viriditatẽ puertitię tuę: ⁊ illi⁹ inocẽtię naturalis: quã a primordio recepisti: vt plantatus sec⁹ decursus aquaz: fructũ tuum in tẽpore tuo habeas ꝓparatũ: ⁊ foliũ tuũ ñ defluat: ¶ Hanc viriditatẽ gratię sp florentis in xpo secuta ecclesia dicit: In vmbra ei⁹ confugi ⁊ sedi. ¶ Hanc ꝓgeniã dñi virẽtis acceperũt ⁊ apli: quoz nec soliũ vnq̃ potuit ebrietas: vt eoz etiã vmbra curaret ꝓgrotos. Obũbrabat eñ infirmitati corpio: fides mẽtis: ⁊ florentia merita virtutũ. ¶ Adhane q̃ plantatus in domo dñi: vt in atrijs ei⁹ sicut palma floreas: ⁊ ascendat in te gratia ecclesię: vt sit odor nariũ tuarũ sicut mala: ⁊ fauces tuę sicut vinũ optimũ: vt inebrieris in xpo. ¶ Bene admonuit iste versiculus repetere pene intermissũ: q: dictis ꝓcepto dñi vtẽ etiã pullulasse quã post diluuiũ a noe plã

Deut. 6.

Cant. 7.

Cant. 2.

Gen. 9. tatã esse cognouim⁹. Sic eñ habes: q; noe agricola erat terrę: ⁊ plantauit vitẽ: ⁊ bibit de vino ei⁹ ⁊ obdormiuit. Nõ ḡ noe auctor est vitis: sed plãtationis. Neq; eñ nisi eam reperisset ante generatã: plãtare potuisset. Cultor ḡ nõ auctor est vitiũ. ¶ De⁹ aũt qui sciret q; vinũ sobrie potatũ sanitatẽ daret: augeret prudentiã: imodice sumptũ ad vitia causas daret: creaturã dedit: abundantiã hũano arbitrio reseruauit: vt parsimonia naturę esset magisteriũ sobrietat': abũdanteq; noxiũ: lapsũq; temulẽtię sibi ascriberet hũana cõditio. ¶ Deniq; ⁊ ipse inebriatus est noe: ⁊ obdormiuit sopitus a vino. Itaq; p vinũ patuit deformitati: qui p diluuiũ exercuit ad gloriã: sed dñs ⁊ in eo creaturę suę gratiã reseruauit: vt ei⁹ fructũ nobis conuerteret ad salutẽ: ac p eũ nobis remissio peccatoꝝ ꝓueniret. ¶ Eã pie isaac
Gen. 27. dixit: Odor: iacob: odor: agri pleni: id est: naturalis odor. Quid eñ pleno rure suauius? Quid vitis odore iocũdi⁹? Quid fabę flore grati⁹? ¶ Eã q̃uis ingeniose q̃ aĩ nos dixerit: non vtiq; aut ficũ patriarcha olebat: aut frugẽ: sed virtutũ spirabat gratiã: ego tñ ⁊ odorẽ ipsũ terrę simplicẽ atq; sincerũ ꝓ gratia bñdictionis accipiã: quã fraus nulla cõpositit: sed veritas indulgẽtię cęlestis infudit. ¶ Deniq; inter bñdictiones sacratissimas cõputat: vt cõtribuat nobis dñs a rore cęli vim vini: olei atq; frumẽti: Cui est honor: laus: ⁊ gloria: ꝓpetuitas a sęculis: ⁊ nũc ⁊ semp ⁊ in omnia sęcula sęculoꝝ Amen.

¶ Sancti Ambrosij episcopi: hexameron tertius liber: de tertio die explicit.

¶ Sequitur annotatio capitulorũ quarti libri eiusdem.

De pulchre introducta exhortatione: vt cũ in lectione exordiẽdus sit sol: oculi ⁊ aures emundent': ⁊ sol ipse caute aspiciat': ne deus esse credat': Sed ex ei⁹ admirabilitate ⁊ laude creatoris ipsi⁹ admiret atq; laudet' qui terrã fecit etiã sine sole esse posse fecũdam: vt ⁊ ipsa natura voce quadã suorũ munerũ testat'. Ca. I.

Qua ratione etiã auris sit emũdanda ac cęlestibus oraculis admouenda. Et quã ob causaꝝ facta sint luminaria. Atq; nõ sint fœcunditatis terrarũ auctores: sed de⁹ pater ꝓ dominũ iesuꝝ omnia liberalitate fœcunditatis impertiat. Quomodo ꝓterea intelligẽdum sit ꝓpheticũ illud: Fecit sol in potestatem diei: ⁊ lunã in potestatẽ noctis. Ca. II.

De dubitatione quę occurrere posset circa discretionẽ inter diẽ ⁊ noctẽ: ac lucez ⁊ tenebras: Et de solutione eiusdẽ. Ca. III.

Quomõ luminaria facta sint in signa: ⁊ de acuta ac diffusa cõfutatione quorundã tẽptantium exprimere natiuitatũ qualitates: qualis videlicet futur⁹ sit vnusquisq; qui natus sit. Ca. IIII.

Quẽadmodũ ꝓtracta luminaria sint ⁊ in tẽpora: ⁊ in dies: ⁊ in annos. Ca. V.

Quõ duo luminaria superi⁹ cõmemorata: magna dici possint: ⁊ de magnitudis eorum ꝓbatione: mẽdaciq; aspectus nostri iudicio. De admirãdo quoq; solis moderamine ac tẽperamento. Ca. VI.

Q luna quędã similia habeat cũ sole eius consorte ac fratre: Plęraq; etiam ab eo diuersa. Ca. VII.

De mysterio defectus ⁊ minutõis lunę. De ei⁹ q̃s laude: ac derisiõe eorũ q̃ eã magicis carminib⁹ deduci posse credũt. Ca. VIII.

De clausione quarti diei cuz redargutione eorum qui numerum quartũ cauere consueuerunt. Ca. IX.

¶ Finis.

¶ Sancti Ambrosij episcopi hexameron quartus liber de die quarto incipit.

¶ De pulchre introducta exhortatione: vt cum in lectione exordiendus sit sol: oculi ⁊ aures emundentur: ⁊ sol ipse caute aspiciat: ne deus esse credat: sed ex ei⁹ admirabilitate ⁊ laude creatoris ipsius admiret atq; laudetur: qui terram fecit etiã sine sole esse posse fecundam: ⁊ ipsa natura voce quadã suorum munerum testatur. Ca. I.

Qui vindemiã colligit: vasa prius quibus vinum infundit mundare cõsueuit: ne sordo aliqua vini gratiaz decoloret. ¶ Quid enim ꝓdest ponẽ vitẽ ordine: fodẽ ątannio:

aut aratrio sulcos ducere: putare: subrigere: adiungere vlmis ⁊ quodā cōubio copulare: si tāto labore vina quęsita in vase coacescant? ¶ Abstutinos quoq; solis ortus si quis spectare desiderat: emūdat oculos suos: ne quid pulueris. ne ḳd purgamentoꝝ oculis eius insideat: quo intuētio hebetet obtutus: neve aliqua caligo nebulosa corporeos visus spectātis obducat. Nobis in lectione exoriēdus est sol: qui aīa nō fuerat: Primū iam die sine sole trāsiuimus. Secūdū sine sole trāsegimus. Tertiū sine sole cōfecimus. Quarto die iubet dē fieri luminaria: solē ⁊ lunā ⁊ stellas. ¶ Sol incipit: emūda oculos mentis o homo: animiq; interiores obtutus: ne qua festuca peccati aciē tui p̄stringat ingenii: ⁊ puri cordis turbet aspectū. ¶ Emūda aūt aurē vt vase sincero scripturę diuine nitida fluēta suscipias: ne q̄ ingrediat cōtagio. ¶ Precedit sol: magno iubare die: magno mundus cōpleno lumine: vaporans calore. ¶ Caue o homo solā eius ppendere magnitudinē: ne nimi⁹ fulgor ei⁹ visus tuę mentis obcecet: ⁊ qui e regione inradiū eius intrēdit: repulso lumine oēm subito amittit aspectū: ac nisi in ceteras partes vultū suū oculosq; cōuertat: estimat se nihil videre: ⁊ intuendi munere esse fraudatū: si vero deflectat obtutū: integrū sibi officium pleuerat. ¶ Caue igit ne et tuū radius ei⁹ exoriens confundat aspectum. Et ideo prius firmamentū cęli aspice q̄ ante solem factū est: terrā aspice: quę anteq̄ sol p̄diret cępit esse visibilis atq; cōposita: germina ei⁹ aspice: anteriora solis lumine. Anteriora rubus q̄ sol: antiquior herba q̄ luna. ¶ Noli ergo deū credere: cui video dei munera esse p̄lata. Tres dies transacti sunt: et solē nemo quęsiuit: ⁊ luminis claritas abūdauit. Habet enī ⁊ dies suam lucē: quę p̄cursor est solis. ¶ Nō igitur te tanto splendori solis temere cōmittas. Oculus est enī mundi: iocūditas diei: cęli pulchritudo: natureq; gratia: p̄stantia creaturę. ¶ Sed quando hunc vides: auctorē eius cōsidera: quando hunc miraris: lauda prius ipsi⁹ creatorem. ¶ Si tam gratus est sol: qui consors ⁊ particeps est creaturę: q̄ bonus est sol ille iusticię? ¶ Si tam velox iste vt rapidis cursibus die ac nocte lustret omnia: quātus ille qui vbiq; semp est: ⁊ maiestate sua compleat omnia? ¶ Si admirabilis qui iubetur exire: quā supra admirationē: qui dicit soli: ⁊ nō exoritur vt legimus? Si magn⁹ est qui p horaꝝ vices loc̄: aut accedit: aut decedit q̄die: q̄lis ille qui etiaꝫ cū se exinaniret vt nos eū possemus videre: erat lumen veruꝫ qō illuminat omnē hominē venientē in hūc mundū? ¶ Si p̄stantissimus qui obiectu terrę patitur sępe defect⁹: quāte maiestatis qui ait: Adhuc semel ego mouebo terram? Aggei. 2. Illum terra absondit: istius motuꝫ nō potest sustinere: nisi volūtatis eius substantia sulciatur. ¶ Si ęco damnū est huius solis gratiam nō videre: quātomagis peccatori damnū veri luminis munere defraudatū: ac ppetuę noctis tenebras sustinere? ¶ Ergo cū vides solem: attende terrā quę antefundata est: attende herbam feni: quę p̄stat ordinis p̄iuilegio: attende ligna: quę plaudunt q̄ prioꝛa luminib⁹ cęli esse cęperunt. Nūquid merita feni maiora q̄ solis: aut nūquid potior ligni p̄rogatiua? Absit: vt insensibilia tantę muneris p̄feramus ministro. ¶ Quid igit p̄cuidit altitudo sapientię ⁊ scientię dei vt prius inciperent ligna esse q̄ illa duo mundi luminaria: ⁊ quidā cęlestis oculi firmamenti: nisi vt cognoscerent omnes diuine testimonio lectionis terram sine sole posse esse fecundaꝫ? Nanq; potuit sine sole prima rerū semina germinare: potest vtiq; semina accepta nutrire: ⁊ ppino sotu sine calore solis partus edere. ¶ Hac igitur voce quadā suorum munerum clamat natura: Bonus quidē sol: sed ministerio nō imperio. Bonus meę fecunditatis adiutor: sed nō creator. Bon⁹ meorū altor fructuū: sed nō auctor. Interdū partus meos ⁊ ipse adiuit: frequenter mihi ⁊ ipse dāno est: plerisq; me locis indotatam relinquit. Nō suꝫ ingrata conseruo: mihi est in vsum datus: mecū labori est mancipatus: mecum subiectus est vanitati: mecū corruptionis subditus seruituti. Adeoq; cōgemiscat ⁊ comparturit: vt veniat adoptio filioruꝫ: ⁊ humani generis redemptio: qua possimus et nos a seruitio liberari: Adeū assistens laudat auctorē: mecū hymnū dicit dño deo nr̄o. Vbi maior ē gra: ibi mecū est et cōp̄sortiū. Vbi sol būdierit: ibi terra būdiet: Benedicunt ligna fructifera: būdicūt pecora: būdicunt vo lucres. In mari positus illū nauta accusat:

me desiderat: in montib⁹ illum pastor declinat: ad mea germina: ad meas festinat arbores: quib⁹ exestuãs obumbrek: ad meos fontes sitiens ⁊ lassus accurrit.

¶ Qua ratione etiã auris sit emũdãda: ac celestib⁹ oraculis admouenda: Et qua ob causam facta sint luminaria. Qdcꝫ nõ sint fecunditatis terrarũ auctores: sed de⁹ pater p dñm iesuꝫ omnia liberalitate fertilitatis impertiat. Quõ pterea intelligendũ sit pphetic̃ illud: Fecit solẽ in potestate diei: ⁊ lunaꝫ in potestate noctis: La. II.

Watth. 18. Sed ne oculoꝫ tibi exiguũ videak eẽ testimoniũ: emunda aurẽ: admoueã celestib⁹ oraculis. Duob⁹ enĩ ⁊ tribus testib⁹ stat omne verbũ. Audi dicẽtez: Fiant luminaria in firmamẽto celi ad illuminationẽ terre. ¶ Quis hoc dicat: Deus dicat. Et cui dicit: nisi filio: De⁹ ꝫpat dicat: Fiat sol: ⁊ fili⁹ fecit solẽ. Dignũ enĩ erat vt solẽ mũdi faceret sol iusticie. Ipse ꝫ eũ in lumẽ adduxit: ipe eũ illuminauit: ipse ei donauit fundendi luminis ptãtem.

Ps. 118. ¶ Fact⁹ est ꝫ sol: ideo ⁊ ipsi seruit: qñ dictũ est: Fundasti terrã ⁊ pmanet. Dispositione tua pmanet dies: qñ vniuersa seruiũt tibi. Eteñ cui dies seruit: quõ nõ seruit sol: q̃ factus est in ptãtẽ diei? Quõ nõ seruit luna ⁊ stellẽ: quẽ facte sunt in ptãtẽ noctis? Eteñ quãto maiorẽ his gratiã creato⁹ donauit: vt aer solito ampli⁹ solis claritate resplẽdeat: dies seren⁹ luceat: noctis illuminenk tenebr: p lunẽ stellarũqꝫ fulgorẽ celũ velut q̃busdã floꝛib⁹ coronatũ ita ignibus luminaribus emicet vt paradiso putes vernãte depictũ: spirantiũ rosarũ vnus monilib⁹ renitere: quãto igĩk ampli⁹ his decoris videk eẽ collatũ: tãto ampli⁹ debẽt. Cui enĩ plus cõmittik: plus debet. Et ideo bñ a plenisqꝫ ornamentũ celi est nũcupatũ: eo q̃ sit stellarũ monile pciosũ. ¶ Atqꝫ vt sciamus qz fertilitas terrarũ nõ calori solis ascribik: ꝑ diuinę

Ps. 103. indulgẽtię deputak: aut ppha: Oia a te expectant: vt deo illis escã in tẽpore: dante te illis: colligẽt sibi: aperiẽte te manũ tuã: vniuersa implebunk vbertate. Et infra: Emitte spiũ tuũ ⁊ creabunk: ⁊ renouabis faciem

Watth. 6. terrę. Et in euãgelio: Considerate volatilia celi: qz neq̃ serunt neq̃ metunt: et pater vester celestis pascit illa. ¶ Non ꝫ sol aut luna fecũditatis auctores sunt: sed de⁹ pater per dñm iesum oĩbus liberalitatẽ fertilitatis impertit. ¶ Pulchre aũt exposuit nobis pphe-

Ps. 8. ta: quid sit qõ ipse ait: Quia fecit de⁹ solez in ptãtem diei: ⁊ lunã in ptãtẽ noctis. Hã ⁊ in isto psalmo cẽtesimo tertio de quo supra diximꝰ: scpsit: Fecit lunã in tẽpora: sol cognouit occasum suũ. Cũ enĩ dies horas suas cõplere ceperit: sol debitũ sibi cognoscit occasum. Est ꝫ in diei ptãte sol: ⁊ luna in ptãte noctis: quę tẽpoꝛ viabus obedire cõpelik: ⁊ nunc implek lumine atqꝫ vacuak. ¶ Licet plęriqꝫ hunc locũ mystice de christo ⁊ ecclesia videank accipere: q̃ agnouit xp̃us p̃ prij corpis passionẽ: qui ait: Pater venit ho-

Joh. 17 ra: clarifica filiũ tuũ: vt ille occasu suo oĩb⁹ donaret vitã eternã: qui ꝓpterq̃ mortis vrgebantur occasu: ⁊ ecclesia tẽpora sua habeat: pfecutiõis videlicet ⁊ pacis. Hã videk sicut luna deficẽ: ꝑ nõ deficit. Obũbrari põt: deficere nõ põt: qz aliquoꝛ quidẽ pfecutionib⁹ discessione minuik: vt martyrũ pfessionib⁹ impleak: ⁊ effusi p xp̃o sanguinis clarificata victoriis: maius deuotionis suę et fidei toto orbe lumen effundat. ¶ Hãqꝫ luna luminis iminutionẽ habet: nõ corpis: qñ p vices mẽstruas deponere videk lumen suũ vt mutuek a sole: q̃ facile puro aere atqꝫ pspicuo qñ nulla eã obducta nebula caligantẽ facit: colligi põt. Orbis enĩ integer manet lunę: et si nõ simiter totus vt pars ei⁹ effulgeat. Et q̃lis videri solet cũ plen⁹ẽ luminis: talis est magnitudine: ꝑ gymbrã quãdã lumine suo vt viduat⁹ apparet. Inde cornua ei⁹ refulgẽt: qz corpus ei⁹ in orbẽ diffundik: sed velut deficiẽte portionis luce suę sinuak.

¶ De dubitatione q̃ occurrere posset circa discretione inter diẽ ⁊ noctem: ac lucem ⁊ tenebras: Et de solutione eiusdem: La. III.

Onere aũt põt qõ ait: vt Fiãt luminaria ad illumiationẽ sup terrã: que discernat inter diem ⁊ noctẽ. ¶ Quia ⁊ supra iã vbi lumen fecit dixerat: Separauit de⁹ inter lucem ac tenebras: ⁊ factum est vespere ⁊ mane dies vnus. ¶ Sed consideremus quia aliud est lumẽ diei: aliud lumen solis ⁊ lunę ⁊ lumen stellarũ: eo q̃ sol ipse radijs suis fulgorẽ diurno lumini videak adiungere: quo vel ortus diei põt ꝓdere vel occasus. Hã ante solẽ lucet quidẽ sed nõ refulget dies: qui am-

pitis leui recta sūt cotio. Unde quo possint aliquod aduersum imbres ⁊ frigora habere munimen: capillis densionibus vestiūtur.

De genitalib⁹

¶ Quid de genitalib⁹ loq̄r: quę venis e regione cruris p renes lumbosq̄ deductis: suscipiunt genitale semen ad munus et ad

De officio pedum

gratiā p̄creandi? ¶ Quid de officio pedū: qui totū corpus sine vlla sustinēt oneris iniuria? ¶ Flexibile genu: q̄ p̄ ceteris dñi miti

De Genu

gatur offensa: ura mulcet: gratia p̄uocatur. Hoc ēn patris summi erga filiū donuz est:

Phil. 2.

vt in nomine iesu omne genu curuet cęlesti um: terrestriū: ⁊ infernoū: et omnis lingua cōfiteatur: quoniā dñs iesus in gloria ē dei patris. Duo ēn sunt quę p̄ ceteris deū mul cēt: humilitas ⁊ fides. Speo itaq̄ exprimit humilitatis affectū: ⁊ sedulę seruitutis obsequiū. Fides æquat filium patri: atq̄ vtriusq̄ eandē gloriā cōfitetur. ¶ Recte autē nō plureo sed duo sūt homini pedes. Quaterni ēn pedes ferę ac beluis sunt: bini autē. Et ideo vnus quasi de volatilib⁹ est homo: qui alta visu petat: ⁊ quodaz remigio volitet sublimiū cogitationū. Et ideo de eo dictū est: Renouabit sicut aquilę iuuent⁹ tua: eo q̄ p̄propior sit cęlestibus: ⁊ sublimior aquilis: qui possit dicere: Nostra autē conuersatio in cęlis est.

Cur duo tm̄ pedes homini

Psa. 102.

Phil. 3.

De fine sermonis ⁊ cōpletione serti diei: cum humili gratiarumactione: Ca. x.

Sed iā finis sermoni nostro sit: quoniā cōpletus est dies sert⁹: ⁊ mūdani operis summa cōclusa est: p̄fecto videlicēt homine in quo principat⁹ est animantiū vniuersoū: ⁊ sūma quędā vniuersitatis: ⁊ omnis mūdanę gratia creaturę. Certe deferamus silentiū: quoniā requieuit deus ab omnib⁹ mundi operib⁹: requieuit autē in recessu hominis: requieuit in ei⁹ mente atq̄ p̄posito. Fecerat ēn hominē rationis capacē: imitatorē sui: virtutū emulatorē: cupidū cęlestiū gratiaꝝ. In his requiescat deus: q̄ ait: Sup quē requiescā: nisi supra humilē ⁊ quietū: ⁊ trementē verba mea? Gratias ergo dño deo nostro: qui hmōi op⁹ fecit in quo requiesceret. Fecit cęlū: non lego q̄ requieuerit: fecit terrā: nō lego q̄ requieuerit: fecit solē: lunam ⁊ stellas: nec ibi lego q̄ requieuerit: Sed lego q̄ fecerit hominem ⁊ tunc requieuit: habens cui peccata dimitteret: Aut forte tunc iā futurę dñicę passionis p̄cessit mysteriū: quo reuelatū est q̄ rediscenderet christ⁹ in hoc: q̄ requiē sibi p̄destinabat in corpore p̄ hominis redemptione: fm q̄ ipse dixit: Ego dormiui et requieui: ⁊ exurrexi: quoniam dñs suscepit me. Ipse ēn requieuit qui fecit: Cui ē honor: gloria: ꝑpetuitas a sęculo: ⁊ nunc: ⁊ semp: ⁊ in omnia sęcula sęculoū Amen.

Esa. 66.

Psa. 3.

Act. 17.

¶ Sancti Ambrosij episcopi: hexameron sextus liber: de sexto die explicit.

¶ Liber de dignitate humane conditionis: notata in eo q̄d scriptum est: Faciamus hominē ad imaginē et similitudinē nostram: qui sancto Ambrosio auctore a q̄busdā ascribit: feliciter incipit.

¶ Qua ratione homini tanta dignitas sit collata.

Faciamus homi

nē ad imaginē ⁊ similitudinē nostrā. ¶ Tanta itaq̄ dignitas humanę cōditionis esse cognoscit: vt nō solo iubentis sermone sicut alia sex dierū opera: ꝑ consilio sanctę trinitatis: ⁊ opere maiestat⁹ diuinę creat⁹ est homo: vt ex primę cōditionis honore intelligeret: quātū deberet suo conditori: dū tantū in cōditione mox dignitatis priuilegiū ꝑstitit ei conditor: vt tanto ardētius amaret cōditorē: quāto mirabili⁹ se ab eo esse conditū intelligeret. ¶ Nec ob hoc solū q̄ consilio sanctę trinitatis sic excellenter a cōditore conditus est: sed etiam q̄ ad imaginem ⁊ similitudinē suaz ipse creator: omniū cū creauit: q̄ nulli alij ex creaturis donauit.

De dignitate hominis sumpta ex ratione imaginis: Ca. ii.

Que imago diligētius ex interioris hominis nobilitate est cōsiderāda. Primo quidē vt sicuti deus vnus semp vbiq̄ totus est: omnia viuificāo: mouens ⁊ gubernans: sicut apl⁹ cōfirmat: q̄ in eo viuimus: mouemur et sumus: sic anima in suo corpe vbiq̄ tota viget: viuificās illud: mouens ⁊ gubernās. Nec ēn in maioribus corporis sui mēbris maior: ⁊ in minoribus minor: sed in minimis tota: ⁊ in maxi

mis tota. ¶ Et hꝛc est imago vnitatis omnipotẽtis dei quã anima habet in se. ¶ Quꝫ quoq; quandã sanctꝫ trinitatis habet imaginẽ. ¶ Primo in eo: qꝛ sicut deus viuit: deꝰ t sapit: ita anima fm suũ modũ est: viuit et sapit. Est quoq; t alia trinitas in ea qua ad imaginẽ sui conditoris pfectꝫ quidẽ t sũmꝫ trinitatis quꝫ ex patre filio et spiritusancto cõdita est. Et licet vnius illa nature: tres tñ in se dignitates habet: id est: intellectũ: voluntatẽ: t memoriã. Nõ idem licet aliis verbis in euãgelio designat cũꝫ dicit: Diligeo dominũ deũ tuũ ex toto corde tuo: t ex tota anima tua: t ex tota mente tua: id est: ex toto intellectu: t ex tota voluntate: t ex tota memoria. ¶ Nam sicut ex patre generat filius: t ex patre filioq; ꝓcedit spiritussanctus: ita ex intellectu generat voluntas: t ex his item amboꝰ ꝓcedit memoria: sicut facile a sapiente quolibet intelligi põt. ¶ Nec eñ anima pfecta potest esse sine his tribus: nec horũ trium vnũ aliquod quantũ ad suam ptinet beatitudinẽ: sine aliis duobꝰ integrum cõstat. ¶ Et sicut deus pater: deꝰ filius: deꝰ spiritussanctꝰ est: nõ tamẽ tres dij sunt sed vnꝰ deus tres habens psonas: ita t anima intellectꝰ: anima voluntas: anima memoria: nõ tñ tres animꝫ t vno corpore: ꝙ vna anima tres habens dignitates: atq; in his tribus eiꝰ imaginez mirabiliter gerit in sua natura noster interior homo: ex quibus quasi excellẽtioribꝰ animꝫ dignitatibꝰ iubemur diligere cõditorẽ: vt inquãtũ intelligit diligat: t quantũ diligitur semp in memoria habeat. ¶ Nec solus sufficit de cognitellectus: misi fiat in amore eius voluntas: imo nec hꝛc duo sufficiant nisi memoria addat: q̃ ꝙ sp in mẽte intelligẽtis t diligẽtis maneat deꝰ: vt sicut nõ põt esse momentũ quo homo nõ vtatur vel fruatur dei bonitate t misericordia: ita nullũ debeat esse momentum: quo ꝓsentẽ eum nõ habeat memoria. ¶ Et ideo dilectissime fili: iuste mihi videtur dictum interiorẽ hominẽ imaginẽ esse dei. Anima eñ nominat totus interior homo: qꝛ vinificat: regit: cõtinetur lutea illa massa humectata suc: ne arefacta dissoluat. ¶ Deus dicit vio illa ineffabiliter magna: t innu
ꝑ.146. merabiliter sapiẽs: vt scriptũ est: ¶ Magnus dñs noster: t magna virtus eius: t sapiẽtię eius nõ est numerus: t incõparabiliter suaꝑ.144. uis: vt alibi dicit: Suauis dñs vniuersis et miserationes eiꝰ sup omnia opera eius: Et qua: t ꝙ quã: t in qua sunt omnia quꝫ sunt: regunt omnia quꝫ sunt: ptinent omnia quꝫ sunt. Omnia dico ipsam vniuersitatẽ quꝫ ẽ totũ qõ aliud est q̃ ipse qui fecit: t nõ est factus: sed ipse ẽ ex quo: t qui ex eo: t quo. Et ipse deus ex quo est: pater dicitur a nobis pauperibꝰ sensu: pauperibꝰ verbis. Et qui ex eo filius dicit: et quo spiritussanctꝰ.

¶ Ideo autẽ dicit deus pater: qꝛ ipse est ex quo: t sapientia est qua ordinant omnia: et dilecto qua sibi volunt omnia ita manere vt ordinata sũt. Ex quo ergo: t ꝙ ex eo: t quo: se diligunt: ipsa duo tria sũt: t illa tria ideo vnũ: quia sic sunt ex vno illa duo vt tamen ab ipso nõ sint separata: sed ex ipso sunt: qꝛ nõ a se t in ipso: qꝛ nõ separata: t ipsum ipsa qõ ipse: t ipsũ ipse qõ ipsa: t nõ ipsum ipsa qui ipse: t nõ ipsa ipse quꝫ ipsa. Dis ista deus est: t ipsa deꝰ tria est: t vnũquodq; horum triũ deus est: t omnia tria illa nõ duj ꝑ deus est. ¶ Ad imaginẽ ergo suã cõditor: vt dictũ est: fecit animã hominis: quꝫ tota dicit anima. ¶ Nõ autẽ aliud significo hominis q̃ animã cũ mentẽ dico: sed ꝓpter aliud animã: t ꝓpter aliud mentẽ. Nam totũ qõ viuit bolo anima est. ¶ Cũ autẽ anima in se agit se: t ex se: t ꝙ se sola mens dici solet: sensus vero ad sua ministeria implens cõsuetus anima dicit. ¶ Mens ergo scire gignit: t amat scire qõ scit. Nõ illud scire dico qõ repente scit res aliqua quꝫ ante nesciri putabat: sed illud vnde t aliquid t omne quicqd scit vel nescit sciri põt. Illud q̃ scire mens gignit: t cũ genitũ est: scientia põt dici. ¶ Sunt q̃ iam duo: mens: t qõ ipsa mẽs scit: restat tertiũ vtrisq; cõmune. ¶ Omnis mens ꝺequid scit amat scire. Amor non minus q̃ inter duos est: amantez: t qõ amat. Unus est ergo amboꝝ amor: qui t tertius est. Nõ aũt potest negari hoc totũ vnã esse animã: t vnã animã hꝛc tria esse. Sicut eñ hꝛc tria vere vna anima sunt: sic nõ minus vere vna anima est: hoc vnũ: t hoc alterum: t hoc tertiũ. ¶ Cõparet igit se hꝛc creatura tam eminẽs creatori suo supeminenti sibi: excepto hoc: t multũ ũpia se amoto: q omnis bonitas: t omne bonũ: t omnis bonitatis t boni dulcedo creatoris a se ipso ẽ: Creatura vero nõ solũ qõ est: sed etiaꝫ qõ talis est: ab alio est: nõ a se: t ipsa qõ est semp est: licet t ipsa anima quodãmodo suo incõmu

rabilis est. Nam semp anima est postꝫ esse eqperit: ꝛ scit: ꝛ scire vult. ¶ Comparet ergo vt dixi se anima eo modo quo pōt creatori suo: vt dicatur mens pater quia gignit scire: dicaf scire filius: quia ex alio est et nō est aliud ꝯ ipsum quod ipse est ex quo est: dicatur amor: spiritussanct⁹: quia amborū est eorū qui se amant. Unde in nostris scripturis sępius amor: id est charitas: quę in deo est erga nos ꝛ quę a nobis in deū spirit⁹ ipse agpellatur. ¶ Et hęc de imagine o dilectissime fili habeto.

De dignitate hominis sumpta ex ratione similitudinis. La. III.

In hoc vo de similitudine aliqua intelligę: quę minorib⁹ cernēda est: vt sicut deus creator qui hominē ad similitudinē suam creauit est charitas: est bonus ꝛ iustus: patiens atꝫ mitis: mundus ꝛ misericors: ꝛ cętera virtutū sanctaruꝫ insignia: quę de eo legūtur: ita homo creat⁹ est: vt charitatē haberet: vt bonus esset ꝛ iust⁹: vt patiens atꝫ mitis: mūdus ꝛ misericors foret. ¶ Quas virtutes quāto plus quisꝫ in seipso habet: tanto ꝑpius est deo: ꝛ maiorem sui cōditoris gerit similitudinē. ¶ Si vero qō absit aliquis ꝑ devia vitiorum: ꝛ diuortia criminum ab hac nobilissima sui conditoris similitudine degener oberrat: tunc
Pſ.48. fiet de eo quod scriptū est: Et homo cum in honore esset nō intellexit: cōparatus est iumentis insipientibus: ꝛ similis factus est illis. ¶ Qui maior honor potuit homini esse ꝯ vt ad similitudinē sui factoris cōderetur: ꝛ eisdē virtutū vestimētis ornaretur: quib⁹
Pſ.92. ꝛ conditor? De quo legitur: Dominꝰ regnauit decorē indutus est: id est: omniū virtutum splendore: ꝛ totius bonitatis decore ornatus. ¶ Vel qō maius homini potest esse dedecus: aut infelicior miseria: ꝯ vt hac similitudinis gloria sui conditoris amissa: ad informem ꝛ irrationabilē bꝛutorum iumentorum delabatur similitudinē? ¶ Quapropter o dilectissime: quisꝫ diligentius attendat primę cōditionis suę excellentiā: ꝛ venerandā in seipso sanctę trinitatis imaginē agnoscat: honorēꝫ similitudis diuinę ad quē creatus est nobilitate morum: exercatio virtutum: dignitate meritorum habere contēdat: vt quādo apparerat qualis sit: tunc similis ei apparerat qui se mirabiliter ad similitudinem suam in primo adam condidit: mirabiliusꝫ in secūdo reformauit.

¶ Explicit liber de dignitate humane conditionis.

Capitulorum libri de paradiso sancti Ambrosij episcopi: recollecta annotatio.

De difficultate inuestigandi ꝛ explanandi quid: vbi: ac qualis sit paradisus: Qꝛ tamen auctorē paradisi de quo in genesi legit: inuenire possimus: ac de plantatione eiusdē ꝛm mysticā interꝑtationē. Qua etiam ratione videat paradisus esse anima in qua virtus vnaquęꝫ plantat. La. I.

Qꝛ lignum sciētię boni ꝛ mali fuerit in paradiso. Et qua ratione in scripturis diuinis nō facile debeamus reꝓhendere aliqd qō intelligere nō possimus. Cur etiā lignum sciētię boni ꝛ mali in paradiso sit exortū: ꝛ a deo ꝓmissum: similiterꝫ serpens ac diabolus: q̄uis plęriꝫ velint diabolū in paradiso nō fuisse. Quid ꝓterea quidam per serpentē: mulierē atꝫ virum intelligi existimēt. La. II.

Quę subsidia in tolerandis periculis habeat anima ꝑ paradisum figurata: ex fonte diuiso in quattuor: initia siue flumina: in quibus quattuor virtutes principales ex
ꝓmuntur: Quę etiā velut mundi status incluserūt tēpora. La. III.

De agrehensione hominis et positione ei⁹ in paradiso vt operaret et custodiret. Et qua ratione extra paradisum vir fact⁹ sit: mulier vero intra paradisum. Quid ꝓtꝛea interfit inter operari ꝛ custodire: ꝛ cur primus homo in paradiso legitimi laboris speciē susceperit. La. IIII.

De ꝓceptis adꝫ in paradiso datis: ꝛ de huius quęstionis: Cur deus vbi ꝓcepit ex omni ligno edendum: singulariter dixerit Edes: vbi autē de ligno sciētię boni ꝛ mali: pluraliter Edetis dixerit: absolutione. Qꝛ ei interꝑtatio ꝙmachi nō ꝓbaret. De rꝛsponsione quoꝫ ad tres quęstiones quas plęriꝫ quorū auctor Apelles est ꝓponunt. La. V.

De solutione aliarum quarundam quęstionum: quas circa obeditionem ꝛ cognitionē ꝓcepti faciunt. La. VI.

De ꝓtractatione quęstionis vnde mors acciderit adꝫ: vtruꝫ videlicet a natura ligni

ah a deo. La. VII.

De absolutione quæstionuz quas quidam circa præscientiam dei de prevaricatione adæ: et impressionez opinionis boni et mali faciũt. La. VIII.

Cur deus cum mandatũ daret homini: de manducando et nõ manducando putauerit esse mãdandũ. Qua etiam ratione dominus deus adæ dixerit: Adorte morieminí: et quid interfint vtrũ aliquis dicat morieminí: an addat: morte moriemini. La. IX.

De absolutione quæstionũ incidentiũ circa factionẽ mulieris adæ. La. X.

De solutione quæstionũ occurrentium circa adductionẽ bestiarum et volatiliũ ad adã: sopotem quoq; ipsius adæ: atq; existentiã bestiarũ et pecorũ in paradiso. La. XI.

De sapientia serpentis: et causa inuidiæ: argumentisq; quibus cõfidebat se posse hominẽ vincere. Quomodo etiã aggressus fuerit mulierẽ. Quæ ꝑterea neq; detrahere aliquid debeam⁹ diuinis mãdatis: neq; addere: Vtrũ deniq; ꝑter adiectionem quę mandato ꝑ mulierẽ fuit aplicata: qõ additum est obfuisse videatur: et ex quo ligno de⁹ dixerit esse gustandũ. La. XII.

Quomodo rẽptamenta diaboli plena sint mendacii: Et de deceptione mulieris et lapsu adæ. Quemadmodũ etiam cognouerint se esse nudos et succinctoria sibi fecerint: et quid significẽt. La. XIII.

De voce domini deambulantis ad vesperum: et interrogatione vel potius increpatione adam: Vbi es. Cur ꝑterea ante increpet adam cũ mulier ante gustauerit: et quid mulier ꝑ sua excusatione responderit: ac de mysterijs istoz. La. XIIII.

Qua ratiõe venabilio fuerit deceptio mulieris. Et quẽadmoduz serpens typus sit delectationis: et de sententia damnationis in serpentem: ac etiam cõdemnatione adæ: et de discretione inter istas sententias. La. XV.

Finis.

Sancti Ambroſij epiſcopi liber de paradiſo: In quo de plantatione paradiſi: et iis que in ipſo facta ſunt elegãter diſſerit: cuz pulchra myſteriozũ expoſitione: et queſtionũ circa iſta occurrentiũ dilucida abſolutione: feliciter incipit.

De difficultate inueſtigandi et explanãdi quid: vbi: ac qualis ſit paradiſus. Dõ tamẽ auctorem paradiſi de quo in geneſi legit: inuenire poſſimus: ac de plãtatione eiuſdem ſm myſticã interpretationez. Qua etiã ratione videatur paradiſus eſſe anima: in qua virtus vnaquęq; plantatur. La. I.

De paradiſo ado

riendus ſermo: non mediocrem ſtum nobis videt incutere. Quid nã ſit paradiſus: et vbi ſit: qualiſve ſit inueſtigare et explanare cupientibus: maxime cũ apoſtolus ſiue in corpore: ſiue extra corpus neſciat: raptum ſe tamen dicat vſq; ad tertium cęlũ. Et rurſus: Scio inquit huiuſmodi hominẽ: ſiue in corpore ſiue extra corpus neſcio: deus ſcit: quoniaz raptus eſt in paradiſum: et audiuit vera ineffabilia quę nõ licet homini loqui. Pro huiuſmodi gloriabor: ꝑ me autẽ nõ gloriabor: niſi in infirmitatibus meis. Si enim voluero gloriari: nõ ero ſtultus: nam veritatẽ dico. 2. Cor. 12. Ergo ſi huiuſmodi paradiſus eſt: vt cuz ſolus paulus: aut vix aliquis pauli ſimilis: cũ in hac vita degeret videre potuerit: idem tñ ſiue in corpore: ſiue extra corpus viderit meminiſſe nõ poſſit: audierit tamẽ verba quib⁹ ꝓhibitus ſit vulgare qõ audierat: Quo tandẽ modo nos paradiſi ſitum poterim⁹ abſolute re: quẽ nec videre potuim⁹: et ſi potuiſſem⁹ videre: tamen ꝓhiberemur aliq; intimare? Simul cũ paulus extollere ſe reuelationũ ſublimitate ſit veritus: quãto magis nobis ſtudendũ eſt id ſollicit⁹ indicare: cui⁹ etiaz reuelatio obnoxia ſit periculo? Nõ hylen igitur hunc paradiſum eſtimare debemus: et ideo relinquamus pauli eſſe ſecretũ. Tamen quoniã legimus in geneſi a deo paradiſum eſſe plantatũ ſm orientem: et ibi eſſe poſitum hominẽ: quem plaſmauit deus: in ſtius paradiſi auctorẽ iam poſſum⁹ inuenire. Quis eſt eiñ qui potuit fingere paradiſũ: niſi oſpotẽs deus: q̃ dixit: et facta ſunt? Nũquid indigẽs eorũ quę generari vellet? Ipſe ergo plantauit paradiſum: de quo dicit ſapientia: Omnis plantatio quã non plantauit pater meus eradicabit. Matth. 15. Bona angelorz plantatio: bona ſanctorũ. Sancti

esſi sub ficu ⁊ vite ducunt in illo pacis futu/
rę tẽpore: in quib⁹ typus est angelorũ. ¶ Er
go paradisus est plurima ligna habens: sed
ligna fructifera: ligna plena suci: atq; virtu/
Pſa.95. tis. De quib⁹ dictũ est: Exultabũt omnia li
gna siluarũ. Ligna semp florentia viridita/
Pſa.1. te meritorũ: sicut illud lignũ qđ plantatum
est secus decursus aquarũ: cui⁹ folũ nõ de/
fluet: quia tot⁹ in eo fructus exuberat. Hic
ergo paradisus est. ¶ Locus aũt eius i quo
est plantatus voluptas dicit. Unde ⁊ san/
Pſa.35. ctus dauid ait: Et torrente voluptatis tuę
potabis eos. Legim⁹ esſi: Quia fons ꝓce/
dit et eden qui rigat paradisum. Hęc igitur
sanctorũ flumina quę plantata sunt in para
diso: quasi ꝓfluo quodã torrentis spirit⁹ ir/
Pſa.45. rigantur. De quo alibi ait: Fluminis impe
tus lętificat ciuitatẽ dei. Est autẽ ciuitas il
la quę sursum est: hierusalẽ libera in qua di
uersa sanctorũ merita pullularũt. ¶ In hoc
ergo paradiso hominez deus posuit quem
plasmauit. Intellige etiã q; non euz hoiem
qui fm imaginẽ dei est posuit sed eũ qui fm
corpus. Incorporalis esſi in loco nõ est. Po
suit autẽ eũ in paradiso sicut solẽ in cęlo: ex
pectantẽ regnũ cęlorum: quẽadmodũ crea
tura expectat reuelationẽ filiorum dei. ¶ Er
go si paradisus est in quo erant exorta vir
gulta: videt paradisus anima esse: quę mul
tiplicat semen acceptũ: in qua virtus vna/
quęq; plantat. In qua erat etiã lignũ vitę:
hoc est: sapientia: sicut dixit salomon: quia
sapiẽtia nõ de terra exorta est: sed de patre.
Sap.7. Est esſi splẽdor lucis ęternę: ⁊ manatio om
nipotentis glorię.

¶ Quod lignũ scientie boni ⁊ ma/
li fuerit in paradiso: Et qua ratiõe
in scripturis diuinis non facile de/
beamus reprehendere aliquid qđ
intelligere nõ possumus. Cur etiaz
lignũ scientie boni ⁊ mali in para/
diso sit exortum ⁊ a deo ꝓmissum:
similiterq; serpens ac diabolus:
q̃uis plerique velint diabolũ in pa
radiso nõ fuisse. Quid ꝓterea quz/
dam p serpentẽ: mulierẽ atq; virũ:
intelligi existimẽt: Ca. II.

Gen.2. Erat autẽ lignum scięꝯ boni ⁊ ma/
li i paradiso. Sic esſi habes: Quia
ꝓduxit deus lignum speciosum ad
aspectũ: ⁊ bonũ ad escam: ⁊ lignũ vitę in pa
radiso: ⁊ lignũ scięꝯ boni ⁊ mali. ¶ Postea
videbim⁹ vtrũ ⁊ hoc lignũ speciosũ ad aspe
ctũ ⁊ bonũ ad escam fuerit: sicut cętera. Eo
esſi loco ꝟ oportun⁹ dispurabit: q̃ hoiez ex
hoc gustantez ligno inuenim⁹ esse deceptũ.
¶ Interim nihil habemus qđ nunc rẽpben
dere debeamus: etsi rationẽ scire non possi/
mus. ¶ Neq; esſi in hac creatura mundi: si
qua nobis difficilia intellectu vident et in/
comprehẽsibilia ingenio nostro: temerario
quodã debemus cõdemnare iudicio: vt cre/
aturam serpentiũ: venenatiq; alicuius ani/
mantis: quippe homines qua ratione singu
la quęq; sint facta: intelligere adhuc et scire
nõ possumus. ¶ Sic ergo ⁊ in scripturis di/
uinis nõ facile rẽpbendamus aliquid qđ in
telligere non possumus. Sunt esſi plurima
quę nõ nostro ingenio metiẽda sunt: sed ex
altitudine diuinę dispositionis et verbi fũt
ęstimanda. ¶ Pone esſi sine ꝓiudicio tamen
assertionis futurę: ideo tibi hoc lignũ de sci
entia boni aut mali displicere: qr posteaq;
gustauerunt ex eo homines: intellexerũt es
se se nudos: Attamẽ ad cõsummationẽ di
uinę operationis dicam tibi: ⁊ hoc lignũ in
paradiso exortũ: ⁊ ideo a deo esse ꝓmissum:
vt possimus supeminẽtiã boni scire. ¶ Quo
modo esſi si nõ esset scientia boni ⁊ mali: in
ter bonũ ⁊ malum discretionẽ aliquã discę/
remus? Nã neq; qđ malũ erat: malũ iudica
remus esse: nisi esset scientia boni. Scientia
autez boni esse non posset: nisi esset ⁊ mali.
Neq; rursus qđ bonũ erat sciremus bonuz
esse nisi esset sciẽtia mali. ¶ Lape exemplu
de ipsa ꝓditione humani corporis. Nempe
habet ⁊ amaritudinẽ quãdã fellis: quę si in
cõmune ꝓficias: ad salutẽ hominis vtilis
inuenit. ¶ Ergo ⁊ qđ malum putamus: plę
rũq; nõ p oĩa malũ est: sed in cõmune vtile.
¶ Nam sicut sol in parte est corporis: ⁊ tñ ad
totius vtilitatẽ corporis ꝓdest: ita vtilitati
omniũ ꝓfuturã sciens deus scientiã boni ⁊
mali: in parte cõstituit vt i cõmune ꝓdesset.
¶ Denuq; serpentẽ in paradiso inuenis: vti/
q; non sine dei voluntate generatũ. In ser
pentis autẽ figura diabolus est. Fuisse esſi
diabolus in paradiso: etiã ezechiel ꝓpheta
docet: qui dicit sup principẽ tyri: In volun Ezech.1
tate inquit paradisi factus es. Principẽ ty/
ri autẽ in figura accipim⁹ diaboli. ¶ Hũqđ
⁊ hinc accusabimus deũ: quia thesauros ei⁹
altitudinis: et scientię absconditos in chri/
sto: ⁊ occultos cõprehendere nõ possumus:

niſi quos ipſe reuelare dignatus eſt. Reue-
lauit tamē vt ſciremus etiā diaboli maliciā
ad ſalutē ꝓdeſſe hominib⁹: nō q̄ diabolus
ꝓdeſſe velit: ſed q̄ maliciā eius etiā repug-
nantes cōuerſit nobis domin⁹ ad ſalutem.
¶ Deniq; huius malicia Iob ſancti viri fecit
eſſe virtutē et patientiā clariorē. Inuit⁹ mali
cia iuſticiā eius exercuit: vt certaret ⁊ vince
Ja.2. ret: ⁊ victoriā corona ſequeret. Nemo enī ni
ſi qui legitime certauerit coronat. ¶ Joſeph
quoq; caſtimonia nunq; ad noſtri memoria
quenīſſet: niſi mulier dñi eius cōtuber-
nalis ignitis diaboli ſpiculis incitata temp
taſſet eius affectū: niſi poſtremo affectaſſet
eius interitum: quo clariori eſſet caſtimonia
viri: qui mortē ꝓ caſtitate cōſeruerit. ¶ Dis
ſeire conſiliuz dei? Nempe diabolo auctore
neces videnf iuſtis hominib⁹ ꝓparari: exer
ceri quoq; parricidia filioꝝ. Abrahā domi-
nus etiā abraam hac arte tēptauit: vt imo-
lari ſibi filium ab eodē poſtularet. Qua tē
ptatione abraam fidelis eſt domino cōpro-
batus: q̄ a deuotionis obſequio: nec dile-
cti filij miſeratione reuocatus ſit. ¶ Ita er-
go ⁊ lignū ſcientiꝫ boni ⁊ mali in paradiſo:
qđ erat ſpecioſum adviſum: ⁊ bonū ad eſcā
ſpecie videbatur. Nō enī viſu bonū ad eſcā
erat: quoniā eſca eius videtur hominib⁹ ob
ſuiſſe. ¶ Ergo eſt q̄ ſingulis noceat: in com
mune ꝑſit: vt inde nocuit diabolus: ſed ꝓ-
ter illū omnes apoſtolos coronauit: qui ma
liciꝫ eius tēptamenta vicerūt. ¶ Itaq; neq;
dubitandū: neq; reprehendendū q̄ in para
diſo diabolus erat: quādoquidē occludere
ſanctis non potuit iter ne quis aſcenderet.
Neq; enī iuſtis habitationē incolat⁹ tanq;
poſſeſſor eripuit. ¶ Eſto enī vt aliquos deſi
deo atq; vitioſos ab incolatu ſupne poſſeſ-
ſionis auerterit: illud multo anguſtius mul
toq; pulchri⁹ q̄ ſanctoꝝ orationib⁹ excludi-
Id.10. tur: cum cōpletum fuerit illud: Videbaz ſa-
thanam ſicut fulgur de ęlo cadentē. ¶ Er-
go nō metuamus eū qui couſq; infirm⁹ eſt:
vt ⁊ ipſe caſurus ſit in terram. Accepit qui-
dem temptandi licentiam: ſed non accepit
copiam ſubruendi: niſi ſua ſponte labatur
infirmus affectus: qui ſibi auxilium nō no-
rit accerſire. ¶ Et ideo qua fraude tempta-
uerit primū hominē: quidve in homine pu-
tauerit eſſe temptandū: quo ordine: qua ar
te cognoſcere opus eſt vt cauere poſſimus.
¶ Pigriq; tamē qui volunt in paradiſo dia
bolum nō fuiſſe: licet in ęlo aſtante cum an
gelis legerimus: ne in iſto ſermone videan
tur offendi: fm ſuam acciptant voluntatez
interpretationē iſtius lectionis. ¶ Nūq; an
te nos fuit qui per voluntatē ⁊ ſenſum ꝓua
ricationē ab homine memorauerit eſſe com
miſſam: in ſpecie ſerpentis figurā accipiens
delectationis: in figura mulieris ſenſuz ani
mi mentiſq; cōſtituēs: quā ἔννοιαν vo-
cant greci. Deceptum autē ſenſum ꝓuarica
tricē fm hiſtoriam mentē aſſeruit: quā greci
νοῦν vocant. Recte igitur in greco νοῦς
viri figurā accipit: ἔννοιαν mulieris. Un
⁊ quidam adam νοῦν terrenum interptati
ſunt. ¶ Domin⁹ autē virgines illas in euā
gelio accenſis facibus vel extinctis expectā
tes ſponſi aduentū ꝓ ſenſibus vel integris
ſapientiū: vel corruptis inſipientiū poſuit.
Nam ſi eua: hoc eſt: ſenſus primę mulieris
accenſas habuiſſet faces: nunquā ꝓuarica-
tionis ſuę noo criminiſi implicaſſet: neq; ex
illa virtutis immortalitate ceciditſet.

¶ Que ſubſidia in tolerandis pericu-
lis habeat anima per paradiſuz figurata: ex fonte diuiſo in quatuor initia ſiue flumina: i quib⁹ quatuor virtutes principales exprimūtur: Que etiam velut mundi iſtius incluſerūt tempora: La. iii.

Eſt ergo paradiſus terra quędā ſer-
tilis: hoc eſt: anima fęcūda in eden
plantata: hoc eſt: in voluptate qua-
dā: vel exercitata terra in qua animę ſit de-
lectatio. ¶ Eſt etiā νοῦς tanquā adam: eſt
⁊ ſenſus tanq; eua. ¶ Ac ne haberes qđ ad
infirmū retorqueres nature: vt ad obnoxiā
in tolerandis periculis cōditionē: cōſidera
quę habeat anima iſta ſubſidia. ¶ Erat fōs
qui irrigaret paradiſum. Qui fons: niſi do-
minus ieſus chriſt⁹: fons vitę ęterne: ſicut ⁊
pater? Quia ſcriptū eſt: Quoniam apud te Ps.35.
fons vitę. Deniq; flumina de vētre eius flu Joh.7.
ent aquę viuę. ¶ Et fons legit: ⁊ fluuius le
git: qui irrigat paradiſi lignū fructuoſum:
qđ ferat fructū in vitā ęternam. ¶ Hic ergo
fons: ſicut legiſti: Fons enī ꝓcedit inquit ex
eden: id eſt: in aſa tua fons ē. Vnde ⁊ ſalomō
ait: Bibe aquā de tuis vaſis: ⁊ de puteoꝝ Proue.5.
tuoꝝ fontib⁹. Hic ē fons q̄ ꝓcedit ex illā ex-
ercitata ⁊ plena voluptati aſa. Hic fons q̄ ir
rigat paradiſū: h ē: Virtutes alę eminētiſſimo
merito pullulāte. Et diuidit inqt hic fons

in quattuor initia. Nomen est vni phison: hic est qui circuit omnē terrā euilath vbi est aurum. Terre aūt illius aurū bonū est: vbi est cabunculus ⁊ lapis prasius. Et nomē secūdi geon: hic est qui circuit omnem ethiopiam. Et flumē tertiū tygris: hic est qui vadit cōtra assyrios. Et flumen quartū est eufrates. ¶ Hec igit q̄ttuor sunt flumina. Hoc est phison. Scōm hebreos phison dicit: gāges aūt fm grecos qui fluit contra indiaz.

¶ Geon autē nilus: qui circuit terrā egypti vel ethiopiā. ¶ Abesopotamia autē dicitur quo tygris ⁊ eufrates incluserint eam: eo q̄ inter duo hec flumina cōstituta sit: qō etiaz longe positis nomen ipsum ⁊ opinio cōmunis expressit. ¶ Sed quēadmodū fons dicitur sapientia dei. Fons eīm est fm euangeli
Ioh.7. um dicens: Si quis sitit veniat ad me ⁊ bi-
Prouer.9. bat. Fons est ⁊ fm ꝓphetā qui ait: Venite ⁊ edite de meis panib⁹: ⁊ bibite vinū quod miscui vobis. Sicut ergo fons vite est sapientia: fons gratie spiritalis: ita fons virtutū est ceteraz: que nos ad eterne cursum dirigunt vite. ¶ Et hac igit anima que culta est: nō ex ea que inculta fons iste ꝓcedit vt irriget paradisum: hoc est: que iam diuersarum frutecta virtutū: quarū sunt quattuor initia in que sapiētia ista diuiditur. ¶ Que sunt quattuor initia virtutū: nisi vnuz prudentie: aliud tēperātie: tertiū fortitudinis: quartū iustitie: que etiā sapientes isti⁹ mūdi ex nostris assumpta in suoz scripta librorum transtulerunt. ¶ Itaq̄ sicut fons sapientie: ita etiā flumina ista quattuor: quēdā ex illo fonte manantia sunt fluēta virtutū.

¶ Phison igit prudētia est: ⁊ ideo habet bonum aurum: splendidū carbunculū: ⁊ prasium lapidē. Aurum eīm ꝓ inuentis prudentibus frequēter accipimus. Unde et dōs ꝓphetā ait: Vedi illis aurum ⁊ argentum.
Ps.67. Et dauid de prudētibus dicit: Si dormiatis inter medios cleros pēne colūbe deargētate: ⁊ posteriora dorsi ei⁹ i specie auri: eo q̄ veteri ⁊ nouo qui inhesserit testamēto in ipsa secreta sapientie dei: disputationis possit vbertate ꝓcedere. Hoc ergo bonum auruz diceret monetale: qō corruptibile ac terrenum est. Habet etiā splendidū inquit carbunculū: in quo quedaz animę nostre viuit igniculus. Habet ⁊ prasiū lapidem: qui viride quoddam atq̄ vitale coloris sui specie ostentare videatur. Virent eīm arbusta que viuūt: arescunt cōtra que cūq̄ moriunt. Viret terra dum floret: virent ⁊ semina dum ꝓrumpunt. ¶ Et bene primo loco hic fluuius positus est phison: qui fm hebreos phison dicit: hoc est: oris mutatio: q̄ nō vnā gentē circūfluit: sed etiā ꝓ lydiam fluit. Nō eīm angusta quēdā: sed diuersarū vnitarū prudentia est que plurib⁹ ꝓsit. Ideo prima: vt si quis de paradiso fuerit egressus: velut quoddaz eiz prudētie flumen excipiat: ne cito possit arescere: sed ꝓ hanc ad paradisum facile reuertat. ¶ Hic fluui⁹ a multis hominib⁹ frequentat: pulchritudinēq̄ ⁊ fertilitatē mirabilem habere phibetur. Et ideo prudētia in specie hui⁹ accipitur: que plurimos fructus attulit in domini saluatoris aduentu. Atq̄ in extrema terrarū fluit: q: ꝓ sapientiā omnes homines sunt redempti. Unde ⁊ dictū est: In omnē terram exiuit sonus eorū: ⁊ in Ps. fines orbis terre verba eorū. ¶ Secūdus est fluuius geon: iuxta que lex data est israelitis: cū essent in egypto cōstituti vt ex egypto recederent: ⁊ succincti lumbos ederent agnū: quod insigne est tēperantie. Lactos eīm ⁊ sanctificatos oportet domini pascha celebrare. Et ideo iuxta istum fluuiz legitima primo obseruātia cōstituta est: quia significat nomen hoc quendā terre hiatuz. Sicut igitur terra ⁊ que cūq̄ vel purgamenta vel frondes in eo sunt: hiatu absorbet: ita castitas omnes corporis passiones abolere consueuit. Aberitoq̄ ibi primū obseruantie cōstitutio: quia q̄ legem absorbet carnale peccatum. ¶ Bene ergo geon: in quo figura est castitatis: circūire terram ethiopiam dicit: vt abluat corpus abiectū: ⁊ carnis vilissime restinguat incendiū. Ethiopia eniz abiecta et vilis: latina interptatione signat. Quid autē abiecti⁹ nostro corpore? Quid tā ethiopie simile: qō etiam nigrū est quibusdā tenebris peccatorū? ¶ Tertius est fluuius tygris: qui vadit cōtra assyrios: ad que ꝓuaricator israel captiuus est ductus. ¶ Hic fluuius dicitur velocior esse omnib⁹: que incolunt assyrij: hoc est: dirigētes: hoc eīm significat interptatio. Ergo quicūq̄ fortitudine animi ꝓuaricantia corporis vitia captiuauerit: dirigens ad supna: iste huius fluminis similis estimatur. Et ideo etiā fortitudo de illo qui est in paradiso dei fonte emanat. Fortitudo autem quodā cursu rapido resistentia que q̄q̄ transuerberat: nec aliquibus

cursus ei⁹ impedimentoum hꝫet obstacu-
lis. ¶ Quartus est fluuius eufrates: qui la
tine fecunditas atq; abundantia fructuum
nuncupat: ꝓferēs quoddaꝫ insigne iusticię:
quę omnē pascit animā. Nulla enī abundā
tiores videt habere fructus virtus: ꝙ equi-
tas atq; iustitia: quę magis alijs ꝙ sibi pro-
dest: vtilitates suas negligit: cōmunia emo
lumenta ꝓponēs. Plęriq; eufrate a ⁊no τοῦ
εὐφραίνεσθαι dicti dictū putant: hoc est: a lę
tādo: eo q; hominū genus nullo magis ꝙ iu-
stitia ⁊ equitate lętet. ¶ Causam autē cur cę
teri qua cōmeant fluuij describunt regiōes
locoꝫ: qua eufrates commeat nō describa-
tur: illā accipim⁹: qꝫ aqua ei⁹ vitalis asserit:
⁊ quę foueat atq; augeat: Vnde auxen euꝫ
hebręoꝫ ⁊ assyrioꝫ prudentes dixerūt: Cō
tra aūt ferē esse aquā aliorū fluminū. ¶ De-
inde qꝫ vbi prudentia ibi ⁊ malicia: vbi for-
titudo ibi iracūdia: vbi tēperantia ibi intē
perātia plęrūq; ē: aut alia vitia sunt: vbi au
tē iusticia ibi cōcordia virtutū est cęterarū:
ideo nō ex locis qua fluit: hoc est: nō ex par
te cognoscit. Nō enī pars est iusticiae: ꝙ qua
si mater est omniū. ¶ In his ergo fluminib⁹
quattuor: virtutes principales quattuor: ex
primuntur: quę veluti mundi istius includa-
rūt tēpora. ¶ Primū igit tēpus ex mūdi pri
cipio vsqꝫ ad diluuiū prudentię fuit: quo in
tpe iusti numerant: Abel a deo iust⁹ dict⁹:
Et enos: hoc est: homo ad imaginē dei fac-
tus: qui sperauit inuocare nomē dñi dei: Et
enoch: qui dicit latine dei gratia: rapt⁹ ad
cęlū: Et noe qui ⁊ ipse iustus: ⁊ quędā requi
es directio. ¶ Scōm tēpus est abrahā ⁊ isaac
⁊ iacob: reliquoruq; numerus patriarchaꝫ:
in quib⁹ casta ⁊ pura quędā tēperantia reli
gionis effulsit. Immaculatus enī isaac ꝙ re-
promissionē abrahę datus filius: nō taꝫ corpo
ralis partus: ꝙ diuinę munus ꝓferens idul
gentię: in quo vera immaculati figura ꝓces-
Gal.3. sit: vt aplus docet dicens: Quia abrahę dic
tę sunt repromissiones ⁊ semini ei⁹. Nō di-
cit seminib⁹ tanq; multis: sed sicut in vno:
⁊ semini tuo qui est christ⁹. ¶ Tertiū tēpus
est in moysi lege: ⁊ cęteris ꝓphetis. Defici-
et enī me tempus enarrandi de gedeon: ba
rac: samson: salomone: dauid: ⁊ samuel: ⁊ cę
teris ꝓphetis: anania: azaria: misael: dani-
Dn. 11. el: helia: heliseo: qui ꝙ fidem deuicerūt regna: operati sunt iustitiā: ꝓceperūt repromis-
siones: obstruxerūt ora leonum: extinxerūt
virtutē ignis: Effugerūt acies gladij: euala
erunt de infirmitate: fortes fuerūt in bello:
castra cęperunt exterorū. ¶ Nō immerito igi
tur in his species fortitudinis est. Secti enī
sunt: sicut infra habeo: tēptati: in mactatio-
ne gladij mortui. Circūierunt in capris pel
libus: egentes angustiati: ⁊ voloub⁹ afflic-
ti: quorū meritis nō erat dignus orbis. In
solitudinibus errātes: in mōtibus: ⁊ in spe-
luncis: ⁊ in foueis terrę. Recte igitur in his
specie fortitudinis collocamus. ¶ Scōm au
tē euangeliū digna est figura iusticię: qꝫ vir
tus est in salutē omni credenti. Deniq; ipse
dñs ait: Sine modo: sic enī decet nos ꝓplere Matth.3.
oēm iusticiā. Quę quidē parēs cęterarū est
fecūda virtutū quadāvi. In quo aliqua ba
rum quas diximus principalis est virt⁹: in
eo etiā cęterę ponēdę sunt: qꝫ ipsę sibi sunt co
nexę cōcretęq; virtutes. ¶ Nā vtiq; abel iu-
stus ⁊ fortissimus: ac patientissimus abraaꝫ:
⁊ prudentissimi ꝓphetę: ⁊ moyses eruditus
in omni sapiētia ęgyptioꝝ: maiorē honesta
tem estimauit ęgypti thesauris opprobrium
christi. Et quis sapientior ꝙ daniel? Salo-
mon quoq; sapientiam poposcit ⁊ meruit.
¶ Dictū est ergo de quattuor virtutū flumi
nibus: quorū potus est vtilis. ¶ Et qꝫ phi-
son aurū bonū terrę: ⁊ carbunculū: ⁊ lapidē
prasiū habere dict⁹ est. Hoc ꝙ quale sit cō-
sideremus. ¶ Videl enī nobis tanq; auruꝫ
bonū enos: qui prudenter dei nomen scire
desiderauit. ¶ Enoch autē qui translat⁹ est:
⁊ morte nō vidit. Carbūculus quidā est la-
pis boni odoris: quę operib⁹ suis sanctus
enoch deo detulit: gratiā quādam factis et
moribus spirans. ¶ Moevero tanq; prasius
lapis vitalem colorē ꝓtulit. Siquidez dilu-
uij tēpore solus velut affuturę restitutionis
vitalis semen in vlla area est reseruat⁹. ¶ Er
go bene paradisus qui plurib⁹ fluminibus
irrigat: fm orientē nō contra orientē: hoc ē:
fm illū orientē cui nomen est oriens: id est:
fm christū: qui iubar quōdā ętnę lucis effu
dit: ⁊ est in eden: hoc est: in voluptate.

¶ De apprehensione hominis ⁊ po-
sitione ei⁹ in paradiso vt operaret
et custodiret. Et qua ratione extra
paradisum vir factus sit: mulier ve
ro intra paradisuꝫ. Quid preterea
interfit inter operari ⁊ custodire: ⁊
cur prim⁹ hō in paradiso legitimi
laboris speciē susceperit: La. iiii.

Gen.2. ET apprehendit deus hominē quē fecit: et posuit eū in paradiso operari et custodire. ¶ Vides qñ q erat apprehendit. Erat aūt in terra plasmatiōis suę. Apprehendit ergo eū virtus dei: inspirās processus et incrementa virtutis. Deniq; in paradiso eū collocauit: vt scias apprehēsuz quasi afflatū diuinę esse virtute. ¶ Quo loci illud aduerte: q; extra paradisum vir factus est: et mulier intra paradisum: vt aduertas q nō loci: non generis nobilitate: sed virtute vnusquisq; gratiā sibi cōparat. ¶ Deniq; extra paradisum fact⁹: hoc est: in inferiore loco vir melior inuenit: Et illa quę in meliore loco: hoc est: in paradiso facta est: inferior reperit. Adulier enī prior decepta est: et virum
1.Petri.3. ipsa decepit. ¶ Vnde apls petrus: Subiectas fortiori vasę mulieres sanctas: virtutis velut dñis obedire memorauit. ¶ Et pau
1.Timoth.2. lus ait: Quia adā nō est seduct⁹: mulier autē seducta in preuaricatione fuit. ¶ Deinde cōtuendū: q; nemo debet sibi facile p̄sumere. Nā ecce illa quę in adiumentū facta est viro:
Eph.5. p̄sidio virili indiget: q; vir caput est mulieris. Ille aūt q; adiumētū vxorio habiturū se esse credebat: lapsus est. ppē vxorē. ¶ Nēmo debet facile alteri se credere: nisi cui⁹ virtutē pbarit. Nec arrogare sibi qui se p auxilio putarit ascitum: sed magis si inuenit fortiorē cui se putabat esse p̄sidio: ab ipo gratiā mutuet. Sicut et viros mulieribꝰ ho
1.Petri.3. norē impertire apls p̄cipit petrus dicēs: Viri similiter cohabitātes sm scientiā tanquā infirmiori vasę muliebri impertientes honorē tanq; cohęredi gratię vitę: vt nē impediant orationes vestrę. ¶ Ergo posit⁹ est in paradiso vir: facta est in paradiso mulier. Sz etiam tūc priusq; a serpente mulier deciperet habuit viri gratiā: qñ de viro sumpta est.
Eph.5. Licet hoc sacramentū magnū sit: sicut apostolus dixit. Et ideo causam vitę ex eo traxit. ¶ Ideoq; de viro tantū scriptura dixit: Quia posuit eū in paradiso operari et custodire. ¶ Nō idem est operari et custodire. In opere enī quidā virtutis p̄cessus est: in custodia quędā p̄sumatio operis deprehendit: eo q; quasi cōsummata custodiat. Hęc duo ab homine requirunt: vt et operis nouā gratiā et parta custodiat: qđ ē generale. ¶ Sibilon aūt qñ spiritalia iudaico non capiebat affectu: intra moralia se tenuit: vt diceret: hęc duo quęri: opera in agro: custodiā domus. ¶ Et quis paradisus operibꝰ indiget ruralibus non egeret: tñ quia pumꝰ homo lex posteritatis futurꝰ erat: ideo legitimi etiaz in paradiso speciez suscepit laboris: vt nos ad operationē et custodiā debiti officij et hereditarię successiōis munꝰ astringeret. Hęc duo ergo a te exiguntur: siue moraliter: siue spiritualiter. ¶ Qđ etiā psalmꝰ te ꝓpheticꝰ
Ps. docet: q; scriptum est: Nisi dñs ędificauerit domū: inuanū laborauerūt qui ędificāt eā. Nisi dñs custodierit ciuitatē: inuanū laborauerūt qui custodiūt eam. ¶ Vides illos laborare qui in operis sunt ędificationisq; processu: istos vero vigilare qui iā custodiā perfecti operis receperunt. Vnde et dñs apls q̄si iam pfectionibus: Vigilate inquit et orate
Mat. ne intretis in tēptationē. Docēs pfectę naturę munus et plenę virtutis gratiā esse seruandaz: nec quenq; etiā pfectiorem: nisi vigilauerit sui debere esse securū.

¶ De p̄ceptis Ade in paradiso datis: et de hui⁹ questionis: Cur deꝰ vbi p̄cepit ex omni ligno edendu singulariter direxit edes: vbi aute de ligno scientie boni et mali: pluraliter edetis direxit: absolutione. Qđq; ei interptatio symachi nō p̄iudicet. De responsione quoq; ad tres q̄stiones quas pleriq; quoꝝ auctoꝝ Appelles ē ꝓponūt: La.v.

Gen.2. ET p̄cepit dñs deꝰ adę dicens: Ex omni ligno quod est in paradiso ad escaz edes: de ligno aūt qđ est scientię boni et mali nō edetis. Qua die aūt manducaueritis ex eo morte moriemini. ¶ Qua ratione vbi p̄cepit ex omni ligno edendū: singulariter dixerit: Edes: Vbi aūt de ligno scientię boni et mali: pluraliter Edetis dixerit: nō otiosa quęstio. ¶ Nec si diligēter intēdas: scripturarū auctoritate absolui pōt. ¶ Qđ enī bonū: hoc est faciendū. Qđ autē bonum et faciendū: cōsonans et adhęrens. Qđ vero turpe: hoc dissonās: incōpositū atq; discrepans est. Et ideo dñs vnitatē semp intendēs: sm vnitatē p̄cepit. ¶ Deniq; vnitatē operatur: qui fecit vtraq; vnū. Nec solū vtraq;: sed etiā omnes vnū fecit. Omnes enī vnū corpus et vnū spiritū esse nos iussit. ¶ Per omnia autē primogenit⁹ cū sit in vnitate cū patre: cōiunctissimus patri semp est: qrverbū erat
Joh.10. apud deū. ¶ Deniq; ait: Ego et pater vnum sumus: vt vnitatē sibi maiestatis et diuini

tatio cū patre esse monstraret. ¶ Sed t nos
vnā esse ꝓcepit: t ita ꝙ natura vnitatisq; sim i
litudinē in nob ꝙ gratię adoptione trāsfudit:
Io.17. dicens: Pater sicut ego t tu vnū sumus: ita
t isti in nobis vnū sint. ¶ Ergo vbi bonum
ꝓcipit: tanq; ad vnū ꝓcipit dicēs: Nō edes.
Vnitas enī ꝙuaricari nō potest. ¶ Ubi ve
ro de ligno scientię boni t mali dicit nō esse
gustandū: quasi ad plures dicit: Nō edetis.
Nō enī ꝓhibitorū est tanq; plurib⁹ impe
ratur. ¶ Ego enī aliud puto: t quid futurum
sit: in ipso iā dei sermone reperio. ¶ De om
ni ligno gustandū adę sola ꝓcepit: quem fer
uaturū sciebat. De ligno autē scientię boni
t mali nō esse gustandū: iaz nō singulariter
sed pluraliter dicit. Sciebat enī ꝙuaricatu
ram mulierē: t ideo ꝙ pluralitatē ostēdit nō
seruaturos: quia plurū discreta sentētia ē.
¶ Et quantū ad septuaginta virog; senten
tiā spectat: solutū est qđ mouebat. ¶ Sz qz
symachus vtrūq; singulariter dixit: intelli
gimus id secutū: qz in lege quoq; cū popu
lū alloquit deus: singulariter loquit: sicut
Deut. 6. habes: Audi israel dns deus tuus dns vn⁹
est: et diliges dnm deum tuū. ¶ Hec mihi ꝙ
iudicat symachi inter ꝓtatio: qui vnitatē pa
tris t filij videre nō potuit: etsi aliquotiēs i
sermōe t aḡla t ipse cōfessi sint. ¶ Hec quisq;
de eo qđ ꝙuaricaturū populū diuina māda
ta singulariť alloquit: putet supiora nostro
obtuū esse sermoni: qz populus iudeoz etiā
singulariter data ꝓscripta violauit. Lex enī
spiritalis est: Et ideo alterū in sermone: al
terū in ꝓdestinatione diuino populū de⁹ al
Exo. 23. loquebat oraculo. Denięq; ait: Nō coques
oedum in lacte matris suę. ¶ Facilis ab hinc
ꝓcepto ꝙ cęlestiū series videret: nisi quęstio
nē plurimi cōmouerent. ¶ Quid⁹ rēsponde
ri oportet a nobis: ne simplices mentes ma
licioſa interpretatione traducāt. ¶ Plęriq;
enī quoz auctor Apelles: sicut habes in tri
cesimo t octauo tomo eius: hāc quęstionem
ꝓponunt. ¶ Quō lignū vitę plus operari
videt ad vitā: q; insufflatio dei. ¶ Deinde si
hominē nō ꝓfectuz fecit deus: Unusquisq;
autē ꝓ industriā ꝓpriā: ꝓfectionē sibi virtu
no asciscat. Nōne videt plus sibi homo acq
rere: q; ei deus cōtulit? ¶ Tertiū obiciunt:
Etsi homo nō gustauerat mortē: vtiq; quā
nō gustauerat scire nō poterat. Ergo si non
gustauerat nesciebat: si nesciebat timere nō
poterat. Frustra igit deus mortē ꝙ terrore
obiecit: quā homines nō timebāt. ¶ Desca
mus igit q ibi lignū vitę vbi etiā lignū sci
entię boni t mali ꝓdiderit deus. ¶ Habeo
enī: Quia ꝓdiderit lignū vitę: hoc est: in me
dio paradiso. Air ἐν μέσῳ οὐ ρᾴιστ⁹ Apō
nos enī intelligitur: qđ in medio ꝓdiderit.
¶ Ergo in medio paradiso et vita erat: et
causa mortis. Intellige: qz non homo fecit
vitā: sed vel operādo: vel custodiēdo man
data dei potuit iuenire. Erat aūt vita sicut Col.3.
apīus dixit: abscondita cum christo in deo.
Homo ergo siue in vmbra vitę erat ꝓpter fi
guram futurā: qz vmbra est hęc: quę nūc no
stra est vita in terra: siue in quodā pignore
vitę erat: quia habebat insufflationem dei.
¶ Habebat ergo pign⁹ imortalitatis: sed in
vmbra vitę positus: absconditā vitam cum
christo in deo: vulgari quodā tactu t aspe
ctu videre et capere non poterat. Etsi non
dū peccator: nō tamē incorruptę inuiolabi
lisq; nature: vtpote qui postea peccato lap
sus est: neq; quā autē adhuc peccator. ¶ De
niq; in vmbra vitę erat. Qui autē peccato
res sunt in vmbra mortis sunt. Peccatorum
autem populus sicut esaias docet: sedebat Esa.9.
in vmbra mortis cui lux orta ꝙ dei grātiam:
nō ꝙ suę virtutis est meritū. ¶ Ergo inter in
sufflationē dei: t escā ligni vitę nulla discre
tio. ¶ Hec hominē quis pōt dicere plus sibi
posse acquirere: q; diuina ei largitate colla
tū est. Utinā acceptū tenere possemus. La
bor etenī noster eo ꝓficat vt quę tributa sūt
resumamus. ¶ Tertiū illud qđ ꝓpositū est:
quia qui mortē nō gustauerat: mortē time
re si poterat. Facile ex cōmunis nature vsu
absolutionē habet. ¶ Est enī natura instinctuz
omniū animātibus: vt etiā quę nōdū sibi
nocere experta sūt: quasi noxia reformidēt.
Unde enī columbę in ipso ortus sui visu ter
rot accipitris? Unde lupi ouibus formida
biles? pullis milui? ¶ Et si in his quę irrati
onabilia sunt animātia quidaz de aduerso
genere animantiuz: naturalis est terror: vt
etiā irrationabilia sensum figiendę mortis
acciptant: quātomagis in ꝓmo homine ra
tionis vtiq; plenissimo: naturalis quędam
optimo mortis debuit esse vitandę?

De solutione aliarū quarūdā q̄
stionū: qs circa obeditionē t cog
nitionē ꝓcepti faciūt: Ca. vi.

Rursus faciāt alias quęstiones hoc
modo: Nō semp malū est non obe

dire ꝓcepto. Si em̃ bonū est ꝓceptuz: bonesta est obeditio. Et si improbū ꝓceptuz: nō obedire vtile. Ergo nō semp malum est nō obedire ꝓcepto: sed bono ꝓcepto nō obedire improbuz est. Bonū autē est operatoriū cognitiōis boni ⁊ mali lignū: quādoquidē ⁊ deus ⁊ bonū ⁊ malū nouit. ¶ Deniq; ait:

Gen.3. Ecce adā factꝰ est tanq̃ vn⁹ nostrū. Si igit bonū est scientiā habere boni ⁊ mali: bona autē est quā etiā deus habet: videt qui interdicit eam hominib⁹: nō recte interdicere idcq; ꝓponere. ¶ Sed si intelligant quid sit cognoscere: quā vim habeat hoc verbum: si

2.Timoth.2. sic intelligant quēadmodū oportet: Cognouit em̃ dñs qui sunt ipsius: cognouit vtiq; eos qui vnū ex pluribus facti sunt: in quib⁹ inhabitat: ⁊ i quib⁹ pambulat. Cognoscere vtiq; nō in sola ⁊ pfunctoria scientia est: sed in eoꝝ operatione quę oporteat fieri. Oportuit autē hominē obedire mandato: nō obediendo aūt ꝓuaricatus est. Igit qui nō obediuit errauit: q; ꝓuaricatio peccatū ē. ¶ Deꝝ rūetiaz si extenuare velint vim cognitionis vt pfunctoriā scientiā boni ⁊ mali interdictam putent: in eo quoq; ꝓuaricationis culpa est nō obeditum esse mādato: q; etiā tumultuariā scientiā boni ⁊ mali domin⁹ deꝰ putauit inhibendā. ¶ Alia quęstio. Qui nō cognoscit bonū ⁊ malū: nihil a paruulo distat. Paruuli autē apud iustū iudicez nulla est culpa. Justus autē operator mūdi nūq; paruulū vocasse in culpā: ꝓpter q̃ nō cognouerat bonū ⁊ malū: q; paruulus sine vllo est crimine ꝓuaricationis ⁊ culpę. ¶ Verū cū in supioribus diximus duplicē esse intellectū: scięt̃ię boni ⁊ mali: si pfunctoriā scientiā accipimus: vtiq; falsum est q̃ nihil distet a paruulo qui nō cognouit bonū ⁊ malum. Si autē falsum est q̃ nihil distet a paruulo: ergo nō paruul⁹ adam. Si nō paruulus ascribit vtiq; ei quasi nō paruulo peccatū. Si peccatū ascribit: sequit̃ pęna peccatum: quia dign⁹ inuenit pęna qui peccatū vitare nō potuit. ¶ Potest etiā fieri: vt etiā qui scientiā nō habet boni ⁊ mali paruulus nō sit. Quoniā priusquaz sciuit puer bonū ⁊ malū nō credidit malicię. Et iterū habeo:

Isa.7. Quia priusq̃ sciet puer vocare patrē ⁊ matrez accipiet virtutē damasci: ⁊ spolia samarię. Perfect⁹ q̃ operat bonū: etiā si boni ⁊ mali sciętiā nō adept⁹ sit: vt multi priusq̃ sciant legē ipsi sibi lex sunt. ¶ Nō aplus pri

uscq̃ discęret: nō cōcupisces malū esse: cōcupiscentiā nesciebat. Deniq; ipse ait: Peccatū nō cognoui nisi ꝙ legem. Nā ꝓcupiscentiam nesciebā: nisi lex diceret: Nō ꝓcupisceo. Ro.7.

¶ Ad quā partē etiam puer pōt esse pfectus iure naturę: priusq̃ sciat cōcupiscentiam crimen esse: vel cōcupiscentię crimē admittat. ¶ Ergo sm pfunctoriā scientiā nouit deus hominē scire q̃ malū est: ne quasi imperfect⁹ vitare nō posset. Nō obediendo autē mandato incurrim⁹ in culpā: Ergo culpam fatemur. ¶ Rursus autē si altā ⁊ pfundā scientiam diamus boni ⁊ mali: quę quidē pfunda scientia pfectū facit: non statum autē paruuli qui ad altā ⁊ pfundā scientiaz puenire nō potuit: recte ergo sicut nō paruulus condemnat. ¶ Iterū quęstiōes serūt. ¶ Qui nescit inquit bonuz ⁊ malū: nec ⁊ ipsum quidē nouit esse malū non seruare mandatū: nec ipsum bonū nouit q̃ est obedire mādato. Et ideo q; nō nouerat: venia inquit dignus fuit qui non obediuit non cōdemnatione. Quę quidē quęstio de his absolutionē habet: quę ante memorauim⁹. ¶ Considerare em̃ potuit homo ex his quę deus ante ei cōtulerat: q̃ insufflationez dei accepit: q̃ erat in paradiso voluptatis locatus: summā auctori obedientiā deferendā. Et ideo si vim nesciebat boni ⁊ mali: tamē q; tantoꝝ auctor: dixerat: de ligno scięt̃ię boni ⁊ mali non esse gustandū: fidem ꝓceptori seruare debuerat. Non em̃ ab eo pena: sed fides exigebatur: Intelligebat vtiq; omnib⁹ ꝓminere: psonam iubentis spectare debuerat: etsi nō intelligebat vim qualitatēq; iussorum: sciebat tamē ꝓceptori deferendā esse reuerentiam: habebat in natura banc opinionē: etsi nō habebat iudiciū boni ⁊ mali. ¶ Deniq; ⁊ mulier serpēti dicit: Ex omni ligno paradi- Gen.3.
si manducabim⁹: de fructu autē ligni q̃ est in medio paradisi: dixit de⁹: non manducabitis ex eo. Ita ergo sciebat obediendū esse mandato: vt diceret: Ex omni fructu manducabim⁹: q̃ dñs imperauerat: de ligno autē q̃ est in medio paradiso imperatū a deo dicit nō esse gustandū: ne morte moreremr. ¶ Ergo sciuit deferendū esse mandatū: sciuit vtiq; malū esse ꝓuaricari: ⁊ ideo iuste ꝓuaricata dānat. ¶ Accipe aliud: si assumptio de ligno scięt̃ię boni ⁊ mali ita operatoria erat vt bonum ⁊ malū agnosceret: q̃ videtur scriptura ostendere dū dicit: Quia

vbi manducauerunt ambo: aperti sunt oculi eorum: & cognouerunt q nudi essent: hoc est: aperti sunt oculi cordis: & cognouerunt turpe esse nudos se degere. Sine dubio vbi gustauit mulier de ligno scientiq boni & mali peccauit: et se peccasse cognouit. ¶ Quę igitur se peccasse cognouerat: vel virum ad peccati cōmunionem inuitare non debuit. ¶ Illiciendo autē virum & dando ei qō ipsa gustauerat: non vitauit: sed iterauit peccatū. Nā vtiq si vere rationē spectes: eū quē diligebat nō trahere ad psortiū pęnę: ꝑ magis ab eo qō cognouerat ipsa esse peccatū vel inscientē reuocare debuerat. Quis videatur hęc mulier sciens q post culpam in paradiso esse nō posset: metuisse ne sola de paradiso ejceretur. ¶ Deniq; abscondērūt se ambo post culpam. Excludendā igitur se esse cognoscens: cōsortio viri quem diligebat: noluit defraudari. ¶ Iterū accipe: Nō cognitio mali malū est: ꝑ cum actus implet maliciā. ¶ Non enī statim qui nouit malum q malum est facit: sed qui q malum esse nouit operatur. ¶ Incentiuū autē ad operandum qō malū est: aut iracūdia: aut cupiditas esse cōsueuit. Nec statim necesse ē vt habens scientiā mali faciat qō improbum nouit: nisi aut iracūdia: aut cupiditate vincatur. ¶ Unde qō diximus incentiuū peccandi: vel ira: vel cupiditas est: vel plerūq; formidine ostatur cupiditas: dū vnusquisq; vult vitare quod metuit. Et ideo recte iracundiā & cupiditatē duorū reliquorū posuimus incentiua vitiorū. ¶ Cōsideremus igitur vtrū eua his ad vitium stimulis incitata sit. Sed neq; irascebatur merito: neq; cupiditate victa est: in scō dūtaxat errat: vt ędēdū viro daret qō ipsa gustauerat. Primo fuerit cupiditas auctor erroris vt ipa ederet: sequētisq; fuit causa peccati. Qō enī iam gustauerat desiderare nō poterat: & gustando mali fuerat scientiā cōsecuta. ¶ Malus igitur qō aduerterat in virum diriuare nō debuit: neq; coniugez proprium ꝑuaricatoriez diuini facere mandati. ¶ Sciens igit prudens quę peccauit: sciens virum in suū traxit errorē. Alioquin inueniretur falsus esse de ligno scientiq boni & mali sermo: si etiā posteaq; de ea arbore mādducauit scientiaꝫ mali habere nō potuit. Ut si verus est sermo: cupiditatis vtiq; causam habere nō potuit. Licet plerīq; sic excusandum putent: q diligens virū ab eo timuerit separari: & hanc causam cupiditatis prętendant q esse voluerit cū marito.

¶ De ptractatione questionis vnde mors acciderit ade: vtrū videlicet a natura ligni: an a deo: Ca. VII.

Terum alia quęstio subripit: vnde mors acciderit adę: vtrū a natura ligni eiusmodi: an vero a deo. ¶ Si naturę hoc ligni ascribim⁹: videl ligni huius fructus vitificanti insufflationi dei ꝓstare: siquidē vitificauerat insufflatio: fructus huius ligni traxit ad mortē. ¶ Aut si deū operatorem mortis esse memoramus: dicunt q gemina cuz opinione accusemus: q aut ita imunis vt noluerit ignoscere cū posset ignoscere: aut si ignoscere nō potuit videatur infirmus. Videam⁹ igitur quomodo diuinē dū sit: nisi fallor: quia mortis causa inobedientia fuit: et ideo homo ipse sibi mortis est causa: nō habens deū suę mortis auctorez. Neq; enī si medicus ꝓscripserit ęgrotanti a quib⁹ videat cauendū: atq; ille ab interdictis nō putauerit abstinendū: causa ei mortis est medicus? Sz vtiq; ipse sibi reus mortis est ꝓprię. Itaq; deus quasi bon⁹ medicus prohibuit ne adam nocturna gustaret. Iterū accipe: Scire bonū melius est q̄ nescire: & ei qui bonū sciat: pulchrū est scire qō malū est: vt sciat cauere qō malū est: vt prudēs subeat custodię cautionē. ¶ Rursus aūt nō satis est hoc solū scire qō malū est: ne cū malū sciens scientia boni incipias defraudari. ¶ Pulchr⁹ est igit vt vtrūq; nouimus: vt & q: scimus bonū: fugiamus quod malū est: & ex eo qō cognoscimus malū: boni gratiam ꝓferamus. Sed ita debes vtrūq; scire vt ꝓfunde noueris: & qō nouerīs exequarīs: actusq; scientię cōgruat. Alioquin tolerabiliorem scriptura indicat eū qui vtrūq; nescit: q̄ qui pfunctorie vtrūq; cognouit. Grauat enī scire qō vel exequi vel vitare nō possis. Grauat scire sine vsu atq; opere cognitionis ꝓfunde. ¶ Deniq; obest ad existimationē medico scire quid ꝓsit & quid noceat ęgro: nisi cognitione ea quēadmodū oportet vtaf: & ideo nō est cognitio bona: nisi ea vtaris vt oportet. ¶ Item accipe: Non frustra lignū scientię boni & mali ꝓductū est in medio paradiso: etsi cuicunq; homini ꝓductum esset supflua interdictio. ¶ Sed neq; frustra factū est: neq; alij nisi homini factuz

est qui mandatū accepit: vt nō solo eo ꝙ eo cū ceteris vteret. ¶ Nam si multa discutias cū plura reperies: ⁊ plane innumera quę ei qui vti nescit possint nocere. Nec ipsas diuitias inuenies fructuosas si habens diues subsidia largitatis: neget alimēta pauperibus: excludat inopē subsidio destitutū: alienа extorqueat: qz ꝓualet ptāte. Pulchritudo ipsa ⁊ gratior corporis forma frequenter in vitiū q̄ deformitas trahit. Rūq̄d igitur quisquaz deformiores q̄ pulchriores filios habere desiderat: ⁊ inopes potius liberos suos cupit esse q̄ diuites? Plura sunt hmōi quę nō ad impudētiam largientis referēda sunt: sed ad male vtētis errorē. Et ideo vtē tem accusandū potius q̄ donantē.

¶ De absolutione questionū quas quida circa prescientia dei de ꝓuaricatione ade: ⁊ impressione opinionis boni ⁊ mali faciūt: La. viii.

Verū quęstio. Sciebat ꝓuaricaturꝫ deus adam mandata sua: an nesciebat? Si nesciebat: nō est ista diuine potestatis assertio. Si aūt sciebat: ⁊ nihilomin⁹ sciens negligēda mandauit: nō ē dei aliquid supfluū ꝓcipere. Supfluo autē ꝓcepit ꝑmoplasto illi adę q̄ euz nouerat mime seruaturū. Nihil aūt deus supfluo facit. Ergo nō est scḗptura ex deo. ¶ Hoc enī obiciūt qui vetus nō recipiunt testamentuz: ⁊ has interserunt quęstiones. ¶ Verū hi sua sententia ⁊ opinione vincendi sunt. Cū enī noui testamenti nō refutant fidem: exēplo sūt arguendi vt vetus credāt. Quoniā cū sibi diuina ꝓcepta ⁊ facta cōueniūt: vni⁹ auctoris testamentū vtrūq̄ liquet esse credendū. ¶ Discat igit nō supfluū: nō iniustū etiā ꝓcuaricaturo ꝓscriptū esse mandatū. Nā ⁊ ipse dñs iesus elegit iudā quē ꝑditorem sciebat. Quē si ꝑ imprudentiā electū putāt: diuinę derogant ptāti. ¶ Sz hoc estimare nō Job.13 possunt: cū scriptura dicat: Quia sciebat ie sus quis eū ꝑditur⁹ esset. ¶ Lōticescāt igit repugnatores isti veteris testamenti. Sed qm̄ etiā gentilib⁹ si forte istud obiecerint: respondendū videt: qui exemplū nō recipiūt rationē exigūt: Accipiant etiā ipsi qua ratione dei filius vel ꝓuaricaturo mandauerit vel elegerit ꝑditurum. Venerat dñs iesus omnes saluos facere peccatores: etiā circa impios ostēdere suā debuit volūtatē. Et iō nec ꝑditurū debuit ꝓterire: vt aduerterent oēs q̄ in electione etiā ꝑditoris sui seruandoz⁹ omniū insigne ꝓtendit: nec in eo lesus est: vel adā quia mandatuz accepit: vel iuda q̄ electus est. Nō enī necessitatē de⁹ vel illi ꝓuaricationis vel huic ꝑditionis imposuit: qz vterq̄ si qđ acceperat custodisset: a peccato potuit abstinere. Deniq̄ nec iudeos oēs credituros sciebat: ⁊ tamē ait: Non Mat. veni nisi ad oues ꝑditas dom⁹ israel. Ergo nō in mandāte culpa est: sed in ꝓuaricante peccatū est. Et qđ in deo fuit ostēdit omnibus q̄ oēs voluit liberare. ¶ Nec tñ dico: qz ꝓuaricationē nesciebat futurā: imo q̄ sciebat affero: sed nō ideo pcuntis ꝑditoris inuidiā i se debuit diriuare: vt ascriberet deo q̄ vterq̄ sit lapsus. Nunc aūt vterq̄ redarguit: atq̄ recōuincit: qz ⁊ ille mandatuz ne laberet accepit: ⁊ hic etiā in apostolat⁹ munus ascit⁹ est: vt vel bñficio dei reuocaret a ꝑditionis affectu: simul vt dū alij reuincūtur, ꝑdesset omnib⁹. Nō enī cōsisteret peccatū si interdictio nō fuisset. Nō cōsistente aūt peccato: nō solū malicia sed etiā virt⁹ fortasse nō esset. Quę nisi aliqua maliciꝫ fuissent semina: vel subsistere vel eminere non posset. ¶ Quid est enī ptīn: nisi ꝓuaricatio legis diuinę: ⁊ celestiū inobedictia ꝓceptorū. Nō enī aurib⁹ corporis de mādatis celestib⁹ iudicam⁹: sed cū esset dei verbū opiniones quędaz nobis boni ⁊ mali pullulauerūt: dū id qđ malū est naturaliter intelligimus esse vitandū: ⁊ id qđ bonū est naturaliter nobis intelligim⁹ esse ꝓceptū. ¶ In eo igit voces dñi videmur audire: q̄ aliz interdicat: alia ꝓcipiat. ¶ Et iō si quis nō obedierit illis quę semel a deo ꝓcepta credim⁹ pę nę obnoxius estimat: dei aūt ꝓceptum non 2.Cor.5 ꝙsi in tabulis lapideis attramēto legim⁹ inscriptū: sed cordib⁹ nostris tenem⁹ impressuz spiritu dei viui. Ergo opinio nra sibi legem facit. Si enī gentes quę legē nō habēt: naturaliter ea q̄ legis sunt faciūt: eiusmodi legē nō habentes ipsi sibi sunt lex qui ostendūt opus legis scriptū in cordib⁹ suis. Opinio igit humana sibi tanq̄ dei lex est. ¶ Iterū hinc aliā faciūt quęstionē: vt ad vicē mādati ei⁹ qđ diximus in hois opinione ꝓsistere. Hanc ipsam opinionē impssam a deo nobis tāq̄ ꝓscriptū diuinę legis accusent. Noluerat inqt bolem peccaturū q̄ creauit eū: et has opiniones ⁊ boni ⁊ mali impssit: an nō nouerat? Et si dixerī, qz nō nouerat: alienū

a maiestate dei sentiaſ. Si aũt dixeris quia ſciens deꝰ peccaturũ hominẽ: cões tñ opinioneo ei boni ⁊ mali impſſit: vt ꝓpt admixtiõnẽ maloꝝ vitę ꝓpetuitatẽ seruare nõ posſet. Sicut in illo nõ ꝓfectũ futurũ: ita in hoc non bonũ deũ ſignificare videaris. ¶ Atq; hinc argumẽtant: qt nõ est creatura hois a deo facta. Rã ſic ſupra oſtendim⁹ eos dicere q nõ est mandatũ dei: ſic ⁊ hic dicũt. Nõ ergo creatura hois a deo: qt deus malũ nõ fecit. Homo aũtẽ opinionẽ accepit mali: dñ a malis ꝓpitur abſtinere. Hoc aũt genere aliũ bonũ deũ: aliũ operatorẽ hois conãtur aſſerere. ¶ Quib⁹ respondendũ est ilico ſm opinionẽ ſuã. Si eñ hoiem nolũt a deo factũ: qt peccator est homo: ⁊ hoc refugiunt ne bon⁹ deus pcõrem feciſſe videat: qt nõ putant bonũ qui fecerit peccatorẽ: dicant vtrũ operatorẽ hois a deo factũ putent. Si eñ a deo fact⁹ ille vt dicunt opator est hois: quõ bonus deꝰ operatorem mali fecit? Vtriq; nõ bonus. Rã qui peccatorẽ facit nõ bonus: cauendũ ne grauius ſit operatorẽ peccatoris feciſſe. Debuit eñ bonus deus ꝓhibere natiuitatẽ eius: q pcti ſubſtantiã habebat inducere. ¶ Q; ſi dicũt nõ eſſe genitum operatorẽ: reꝓrendũ vtrũ bon⁹ deus potuerit inhibere q quõ incipiẽtẽ malitiã: an nõ potuerit? Si eñ nõ potuit infirm⁹: ſi potuit ⁊ nõ fecit: nõ bonus. ¶ Ergo ſi ſibi iſta nõ cõgruunt: nec ſiq; ſibi hereticorũ cõueniunt opiniones. ¶ Reꝓram⁹ ne forte rationis ſit erit qua cauſa deꝰ ſiue geniti ſiue nõ geniti illi⁹ operatoris ſic velit malitiã introire in hunc mundũ cũ poſſit inhibere. ¶ Itaq; ſeruãtes vnũ ⁊ eundẽ deũ bonũ atq; operatorẽ id ſi poſſum⁹ aſtruam⁹ qõ gratię vtriq; cõueniat: nec accuſationis eoꝝ declinem⁹ inuidiã: qt ita dicũt: Quõ bonus deus qui nõ ſolũ paſſus est introire in hũc mundũ malitiã: ſed etiã in tantã cõfuſionẽ venire pmiſit. Verũ hęc accuſatio tũc locuꝝ haberet: ſi ita animę vim ⁊ intime ſecreta mẽtis inficeret vt nullo pacto poſſet aboleri: ⁊ imedicabiliũ vulnerũ menti atq; aie noſtrę virt⁹ inſideret: eſſet eñ aptior huꝰ ꝓfectę locus: Q; cũ ola poſſit deus: hominẽ tñ perire ſit paſſus. ¶ Verũ cũ deus noſtri miſericors reſpiciendi erroꝝ remedia reſeruauerit: aboleẽdiq; omnis cõtagii nõ aboleuerit facultatẽ: quõ irrationabile vel iniuſtum eſt: ſi pmiſit nũm materiale tẽptari quadã trepidatione fragilitatis hũanę vt ſeneratio: poſtea gratia p pñitentiã delictoũ in hois rediret affectuꝝ: ⁊ fragilitatis ſuę cõſcius q tam facile a diuinoꝝ mandatoꝝ ſerie deuiãdo trepidauerit: tanq; clauũ animę fluctuãtis mandata cęleſtia timeret amittere: diuinoq; miſeri cordię pluꝰ tribuẽs q receꝑit amiſſuꝝ: ⁊ ſibi aliqd vſurpans gratię q reuertit.

¶ Cur deus cũ mãdatum daret homini: de manducãdo ⁊ nõ manducando putauerit eſſe mandandũ. Qua etiam ratione dñs deus addiderit: Morte morieminí: ⁊ quid interſit vtrũ aliqs dicat morieminí: an addat: morte morieminí: Ca. ix

Hinc quę ſit illa ratio cõſideremus: quid ſit iſtud q cũ mãdatum daret homini de illa admirabili beataq; vita ꝓſcribens: ne ꝑa faciens morte moreꝛ: de manducãdo ⁊ nõ manducãdo putauerit eſſe mãdandũ. ¶ Sunt eñ qui putant nequaquã mandatũ iſtud ꝓuenire cęli ⁊ terę atq; omniũ creatoꝝ: neq; quã dignũ incolis paradiſi: eo q illa vita filiis angeloꝝ ſit. ¶ Et ideo nõ terrenũ ⁊ corruptibile hũc cibũ eius fuiſſe poſſum⁹ eſtimare: qt q nõ bibunt neq; mãducãt erũt ſicut angeli in cęlo. ¶ Cũ igit in cibo neq; pręmiũ ſit: qt eſca nos non cõmendat deo: neq; magnũ periculũ ſit: qt neq; qõ intrat i os coinquinat hoiem: ⁊ qõ erit ⁊ ore: videl ſine dubio a tanto auctore nõ eſt ꝓceptũ: niſi hũc cibũ ad illũ ꝓpheticũ referas: qõ ꝓ magno ꝓmio dñs de ſanctis pollicet ſuis: Ecce qui ſeruiũt mihi manducabũt: vos aũt eſuriẽtis. ¶ Hic est eñ cibus i quo vita deſinit eterna: quo ꝙſq; fuerit defraudatus morte morietur. Aliquidez panis viuus atq; cęleſtis ipſe dñs est qui vitã dat huic mundo. ¶ Vñ ⁊ ipſe ait: Niſi mãducaueritis carnẽ meã: ⁊ biberitis ſanguinẽ meum nõ habebitis vitã eternã. ¶ Erat ergo panis aliqs de quo ꝓſcripſerat eẽdũ paradiſi incolis. ¶ Quis ille? Accipe quẽ dicat: Panẽ indt angeloꝝ mãducauit hõ. Est eñ bon⁹ panis ſi facias voluntatẽ dei. Vis ſcire qui bon⁹ panis: ipſe filiꝰ manducat hunc panẽ de quo ait: Deus eiꝰ est vt faciã voluntatẽ patris mei q in cęlis est. ¶ Iterũ videamus qua ratione dñs deus adę dixerit: Morte morieminí: quid interſit vtrũ aliqs dicat morieminí: an addat: morte morieminí. ¶ Oſtẽdere eñ debemus nihil ſuperſluum.

Exa. 65.

Joh. 6.

Pſa. 77.

Joh. 4.

in dei esse mādato. ¶ Itaq; hoc arbitro: cū duo sibi sint contraria: mors et vita: scōm simplicē sermonez a vita viuere dicimus: a morte mori. Si autē geminare velis vtq; q: vita vitā facit: dicit: Vita viuit: sicut habes in lege. Et quia mors mortē facit: dicit: Morte morief. ¶ Nō est aūt supflua ista geminatio: est em̄ vita ad mortē: t est mors ad vitam: q; t quis dū viuit moritur: t dū moritur viuit. ¶ Sunt ergo quattuor distinctiones: vita viuere: morte mori: morti viuere: vite mori. ¶ Cū igit hec se ita habeāt: vsus t cōsuetudinis ꝓiudiciū debemus excludere: q; vsus hoc habet: vt cōiter dicat viuere: t q; vite viuit: t q; morti viuit: t cōiter dicat mori: vel ille qui morti morit: vel ille qui vite. ¶ Itaq; et quattuor illis duo significat: vt dicat viuentē viuere: nec melius deteriusq; distinguat: t dicat: morientē mori: nec inter malā t bonā mortē videat esse discretio. Nā indiscreta quēdam vita significat: qualis irrationabiliū aut etiā paruulorū: t indiscreta mors eque sequestratio. ¶ Igitur vsu cōmuni quid sit vita viuere: et quid sit morte mori: et quid sit viuere morti: et mori vite consideremus. ¶ Puto em̄ fm scripturas: quia vita viuere admirabilē quandam illam vitā beatāq; significet: t hunc viuendi vsum spirandiq; munus cum beate vite gratia veluti cōiunctum: t quadā participatione ꝑmixtum demonstrare videat. ¶ Hoc est em̄ vita viuere: virtute viuere: beate vite actus habere in istius corporis vita. ¶ Cōtra autē morte mori: quid est aliud nisi cum morte corporis deformitatē significare morientis: cuius t caro cōmuni viuendi munere defraudet: t anima vite eterne vsum habere nō possit. ¶ Est etiā qui vita morit: vt qui viuit corpore: sed actu morit suo. Quales illi sunt: quibus ait ꝓpheta: Descendūt in infernū viuentes. Et illa de qua apostolus dicit: Quoniā viuēs mortua ē. ¶ Quantum supest: q; sunt qui etiam morte viuūt: vt martyres sancti qui vtiq; moriunt vt viuant. Mortur caro: sed viuit gratia mortuoz. Ergo absit a nobis vt participes mortis viuamus: sed cōtra: participes vite moriamur. Sanctus em̄ nec vite istius se vult esse participē: qui vt ait: Cupio dissolui t cū christo esse: multo em̄ melius. Et alius: Heu me q; incolat⁹ meus ꝓlongat⁹ est. Dolens vtiq; cū cōsortia vite speret eterne: istius vite fragilitate se cōtineri. Et ideo possū econtrario dicere: q; etsi vita viuere bonū est: vite tamē viuere ambiguū sit. Potest em̄ dici quis vite viuere: hoc est: vite eterne: isti⁹ vita corporis militare. ¶ Pōt etiā dici vite viuere: hoc est: vel quēcūq; vel sanctū isti⁹ vite habere desideriū corpalis. Vt verbi gratia. Si quis ideo honeste putet esse viuēdū: vt bis longeuitatē vite bonis actib⁹ cōsequatur: ales pleriq; infirmiores sunt quos hec vita delectat. ¶ Sicut ergo vite viuere ꝗd sit accepimus: ꝗd sit morti mori accipiam⁹: vel morte mori. ¶ Possunt em̄ esse qui mori ante morti: t qui viuant vite. ¶ Nā qui non vita viuit: vt fm mortē aiē suę viuat: is morti morit: q; nō est obnoxius morti: id est: nexus eum erūnosę mortis amisit: nō cōstringitur vinculis mortis eterne. Mortuus est morti: hoc est: mortuus est peccato: mortu⁹ est pene. Cui ꝓtinus est pena viuere: hoc ē: qui quis viuit ad pēnā: viuit ad mortē. Qui autē morit ad penam morit ad mortē. ¶ Est etiā qui in hac vita positus morit ad vitā: sicut ille qui ait: Viuo autē iam nō ego: vivit aūt in me christ⁹. Peccato em̄ mortu⁹ ē: deo viuit: hoc est: mors in eo mortua est: fi vita viuit qui est dns iesus. Ergo bona vita eoz̄ qui deo viuūt: mala vita eoz̄ qui peccato viuūt. Est etiā media vita: vt animātiū ceteroq;: sicut habes scriptū: Producat terra animā viuentē fm genus. ¶ Est vita etiā mortuoz̄: vt deus abraam: et deus isaac: t deus iacob: q; deus mortuoq; nō est sed viuoz̄. ¶ Sunt etiaz quib⁹ cōmunitas est quēdā mortis t vite: de quib⁹ ait aplus dicēs: Si cōmortui estis t cōsurrexistis. Si em̄ cōplantati inquit sumus similitudini mortis eius: simul t resurrectionis erim⁹: Scientes q; vetus homo noster simul cōfixus est cruci: vt destruat corp⁹ peccati: vt vltra nō seruiamus peccato. Qui em̄ mortu⁹ est: iustificat⁹ ē a peccato. Sicut aūt figuras multas vite dixim⁹: ita etiā mortis inuenimus. ¶ Dicit em̄ mors mala fm illud: Anima q; peccat ipsa morief. Dicit et mors cōmunit: sicut habes: verbi gratia: Quia adam vixit tot annos t mortu⁹ est: t apposit⁹ est ad patres suos. ¶ Dicit etiā mors p baptismatis sacramentū: sicut habes: Cōsepulti sumus cū illo p baptismū in morte. Et alibi: Si autē mortui sumus cū christo credimus etiā q; simul viuemus cū illo. Videȝ q; mors ꝗdē

Ps. 54. 1. Timoth. 5. Ps. 119. Gal. 2. Gen. 1. Ro. 6. Ezech. 18. Gen. 5. Ro. 6. Ibi.

apellatione vicak: ꝙ hec vita sit nostra.

De absolutione questionuꝫ incidentium circa factionem mulieris ade: Ca. x.

Item alia quæstio: qꝛ dixit dñs: Nō est bonū solū esse hominē. Primo omniū cognosce: qꝛ in superioribus vbi hominē finxit de⁹ de limo terræ: nō addidit: Vidit deus qꝛ bonū est: quēadmodū in singulis operib⁹ suis. Nā si dixisset illic: bonū ēt: quia homo factus est: inuenirek ꝙ esse cōtrariū: vt hic bonū nō esse diceret: cū in superioꝝ⁹ bonuꝫ esse dixisset. Sed hoc ibi cognosce vbi solū adam fecit. Cæteruꝫ vbi cōmuniter cōprehēdit virū ⁊ mulierem factos: licet ne ibi quidē dixerit: specialiter tñ qꝛ postea habet: Vidit deus oīa quę fecit: ⁊ ecce erant bona valde. Euidēter est declaratū bonū esse: qꝛ ⁊ vir sit factus ⁊ mulier. Sed ex hac questione alia questio rursus emersit. Quō enī qñ solus fact⁹ ē adā nō dictū est bonū esse factū adā: quādo aūt ⁊ mulier ex eo facta est: tūc esse bona oīa cōprehēsum est: licet illic omnē laudauerit creaturā: ⁊ vniuersitatis creatio sit ꝓbata: qñ in hoie naturę ꝓdicata cōmunitas est: tñ nō videk ociosum qua ratione vbi solus fact⁹ est adā: nō solū nequaquā ꝓdicatio boni cōplacito operi adiecta sit: sed etiā dictuꝫ sit: nō bonū esse solū hoiem: cū sciamus qꝛ antequā fieret mulier nō errauerit adam: postea vero qꝛ mulier est facta: prior diuinū ꝓuaricata mandatū: etiā virū suū traxerit in errorē: ⁊ incentiuū culpę extiterit. Si igitur viro culpę auctor est mulier: quēadmodum ꝓ bono videk adiecta? Verū si cōsideres qꝛ deo vniuersitatis ē cura: inuenies pluꝫ placere dño debuisse id in quo esset causa vniuersitatis: qꝛ cōdemnādū fuisse illud in quo esset causa peccati. Et ideo qꝛ ex viro solo nō poterat hūani esse generis ꝓpagatio: ꝓnūciauit dñs nō esse bonū solū hominem. Maluit enī deus plures esse quos saluos facere posset: ⁊ qb⁹ donaret peccatū qꝛ vnū solū adam qui liber esset a culpa. Denīq; qꝛ idē vtriusq; auctor est operis: venit in hūc mundū vt saluos faceret pctōres. Postremo nec cain parricidij reꝰ paulꝰ generaret filios passus ē interire. Ergo ꝓpter gnātionē successionis hūanę debuit mulier adiuci viro. Denīq; hoc ipsa verba declarāt dicentis dei: Nō bonū solū esse hoiez. Nā ⁊ si mulier prior peccatura erat: tñ redēptionez sibi paritura: nō debuit ab vsu diuinę optationis excludi. Quis enī adā nō est secutꝰ eius: mulier aūt seducta ⁊ in ꝓuaricatōe fuerit: Salua tñ iñcte erit ꝓ filioꝝ generationē: inter ꝙs generauit ⁊ tpm. Nec illud ociosum qꝛ nō de eadē terra de qua plasmat⁹ est adā: sed de ipsius adę costa facta sit mulier: vt scirem⁹ vnā in viro ⁊ muliere corpis esse naturā: vnū fontem generis hūani: ideo nō duo a principio facti vir ⁊ mulier: neq; duo vtri: neq; duę mulieres: sed primū vir: deinde ex eo mulier. Vnā enī naturā volēs homanū ꝓstituere de⁹: ab vno principio creaturę huiꝰ incipiens: multaꝝ ⁊ dispariū naturarū eripuit facultatē. Faciam⁹ inqt ei adiutoriū sibi. Adiutorium ad generationē ꝓstitutionis hūanę ite. illigim⁹. Et vere bonū adiutoriū. Nā si ꝓ meliore accipis ad iutoriū: maior quędā in causa generatiōis opatio mulieris reperit: Sicut ista⁹ terrę ꝙ femina primo accepta cohibēdo paulatim fetu suo adolescere facit: ⁊ ꝓducit in segetē. In eo igit adiutoriū bonū mulieris: ꝙꝛ etiā inferior dicat adiutor: vt ⁊ in vsu reperim⁹ hūano: qꝛ dignitate potiores plꝝq; adiutorē meriti inferiores asciscūt.

Gen. 1.

Gen. 2.

1. Timoth. 2.

De solutione questionū occurrēntiū circa adductione bestiarū ⁊ volatiliū ad adam: sopore quoq; ipsius ade: atq; existentia bestiaꝝ ⁊ pecoꝝ in paradiso: Ca. xi.

Specta nūc: cur deus adhuc finxerit de terra oēs bestias agri: ⁊ oīa volatilia cęli: ⁊ adduxerit ea ad adam vt videret quid vocaret ea. Qua ratiōe hoc factū est: cū tantūmodo bestias agri ⁊ volatilia cęli ad adā adduxerit de⁹? Erāt enī pecora sm genus suū. Denīq; habes infra: Quia imposuit adā noia oīb⁹ pecorib⁹ ⁊ oībus bestijs agri. Adę aūt nō est inuētus adiutor sibi illi. Quę igit absolutio ēmisi qꝛ indomitę bestię ⁊ volatilia cęli diuina ptāte ad hoiem deducanꝰ? De pecorib⁹ aūt domitis ꝓgrēdior: ⁊ hō habuit ptātē. Ita qꝛ illud diuinę optationis fuerit: hoc hūanę diligētię. Sic accipe: ꝙ causa oīa deducta sint ad adā: Vt in oīb⁹ videret ex vtroq; sexu substantiā ꝓstare naturę: id est: ex masculo ⁊ fęmina: ⁊ ipse vsu exemploq; cognosceret: necessariū sibi consortiū mulieris adiectum. Et iniſit inquit de⁹ sopore in adam

ꝛ obdormiuit. ¶ Quis est iste sopor: nisi qꝛ paulisper ad cōiugiū copulandū cū intēdimus animū: veluti intētos oculos ad dei regnum inclinare atq; inflectere videmur: ad quēdā somnū ist̄ius mundi: ꝛ paulisper obdormire diuinis: dū i sęcularib⁹ mūdanisq; requiescam⁹. ¶ Deniq; postea q̄ sopor ē imsit in adā ꝛ dormiuit: tunc ędificauit dñs deus costā quā sumpsit de adā in mulierē. Bene ędificauit dixit: vbi de mulieris creatione loquebat: qꝛ in viro ꝛ muliere domus videt quędā plena eē pfectio. Qui sine vxore est: quasi sine domo sit: sic habet. Sicut ēm vir publicis officijs: ita mulier domesticis ministerijs habilior ęstimat. ¶ Cōsidera qꝛ ex corpore costā sūpsit: nō ex anima portionē: hoc est: nō aīa ex anima: ꝑ os de ossibus meis: ꝛ caro de carne mea: hęc vocabit mulier. Ergo causam būanę generationis agnouim⁹. ¶ Sed qꝛ plęriq; mouet qui diligenti⁹ intuent: quomō si vel primo magnū mun⁹ dei fuit circa boles: vt in paradiso homines collocarent: vel postea magnorū remuneratio videret esse meritoꝝ: vt ad paradisum iustus vnusq;sq; rapiat. Dicunt ēm bestię ꝛ pecora agri ꝛ volatilia ęli in paradiso fuisse. ¶ Dñi plęriq; paradisum aiam bois esse voluerūt: in q̄ virtutū quędā germina pullulauerint. Hominē aūt ꝛ ad operandū ꝛ ad custodiendū paradisū esse positū: hoc est: mentē bois cui⁹ virtus aiam videt excolere: nō solū excolere: sed etiā cū excoluerit custodire. Bestię aūt agri ꝛ volatilia ęli: quę adducunt ad adā: nostri irrationabiles mot⁹ sunt: eo q̄ bestię vel pecora q̄dā diuersę sint corporis passiōes: vel turbulentiores: vel etiā languidiores. Volatilia aūt ęli: quid aliud ęstimam⁹: nisi inanes cogitationes: quę velut volatiliū more nr̄am circūuolāt aīmā: ꝛ huc atq; illuc vario motu sępe traducāt? Propterea nullus inuentus est menti nr̄e filius adiutor: nisi sensus: ꝟ est: ἔσω θέσουσ. Similē sibi solam μόυσ noster potuit inuenire. ¶ Sed forte arguas: qꝛ hęc q̄s deus in tali paradiso locauit: hoc est passiones corporis: ꝛ vanitatē quandam fluctuantiū: vel inaniū cogitationū: q̄ ipse nr̄i fuerit auctor: erroris. ¶ Considera q̄d dicat: Habete inq̄t ptātē piscū maris: ꝛ volatiliū ęli: ꝛ oim reptiliū quę repūt sup terrā. Videō q̄ ille tibi tribuerit ptātem vt de oibus iudicare tu debeas: singulo q̄ genera iudicij

tui sobria definitione discernere. ¶ Vocauit ad te oia deus: vt supra ola mentē tuaz esse cognosceres. Cur quę tibi filia mihi reperisti: ascisceres tibi ꝛ copulare voluisti? Dedit tibi certe sensuz quo vniuersa cognosceres: ꝛ de cognitis iudicares: meritoq; de illo sęcūdo paradisi agro eiect⁹ es: qꝛ nō potuisti seruare mādatū. ¶ Sciebat ēm deus esse te fragilē: sciebat iudicare nō posse: ideo dixit quasi fragiliori b⁹: Nolite iudicare vt nō iudicemini. Ergo qꝛ sciuit infirmū te eē ad iudicandū: voluit obedientē esse mādato: ideo ꝓceptū posuit. ¶ Q̄ si nō ꝓuaricar⁹ esses: periculū incerti iudicij incidere nequisses. ¶ Ita q̄ q̄s iudicare voluisti: ideo addidit: Ecce adā fact⁹ est tanq̄ vn⁹ ex nobis: vt sciat bonū ꝛ malū. Voluisti tibi arrogare iudiciuz: pęnā praui iudicij refutare nō debes. Posuit tñ te cōtra paradisum ne memoriā et⁹ posses abolere. ¶ Deniq; iusti in paradisum sępe rapiunt: sicut paul⁹ rapt⁹ est i paradisū: ꝛ audiuit verba ineffabilia. ¶ Et tu si a primo ęlo ad scōm: a secundo ęlo ad tertium mētis tuę vigore rapiaris: hoc est: qꝛ primū vnusq;sq; hō est corpalis: scōs aīalis: tertio spiritalis. Si ita rapiaris ad tertiū ęlū: vt videas fulgorē gratię spiritalis: Aīalis est hō q̄ nō sūt spirit⁹ dei nescit. Et ideo tertij ęli ascensio tibi est necessaria: vt rapiaris in paradisum: rapiens iam sine periculo vt possis diiudicare oia: quia spiritalis diiudicat oia: ipse aūt a nemine diiudicat. Et fortasse q̄si adhuc fragilis audies verba ineffabilia quę nō licet hoi loqui: ꝛ tunc q̄ō accepis referuaro: ꝛ q̄ō audieris custodito. Paul⁹ apls custodiebat ne laberet: vel alios certe faceret errare. Aut fortasse ideo dixit paul⁹: Quia nō licet hoi loqui: qꝛ erat adhuc in corpe cōstitutus: hoc est: videbat ist⁹ corporis passiones: videbat legē carnis suę repugnātē legi mentis suę. Hoc ēm malo intelligi: ne videamur quēdā adhuc futuri periculi iactare errorez. Sit ēm vel ꝑpter hanc vitā securitas: vt nullos ꝓuaricationis post hanc futurę laqueos formidemus. ¶ Ergo quicūq; fuerit in paradiso ascēsione virtutis: audiet mysteria dei: arcana illa atq; secreta audiet dicentē dñm: tanquā latroni illi a scelere ad cōfessionem: ꝛ ad fidei latrocinij reuertēti: Hodie mecum eris in paradiso. Luc. 23.

¶ De sapientia serpētis: ꝛ causa inuidie: argumentisq; quibus confi-

debat se posse hominem vincere. Quomodo etiam aggressus fuerit mulierē. Qō ꝓterea neq; detrahere aliquid debeamus diuinis mādatis: neq; addere: Utrū deniq; ꝓter adiectionem que mandato per mulierē fuit applicata: quod additum est obfuisse videatur: ⁊ ex quo ligno deus dixerit esse gustandū: Cā. XII.

Serpens autē erat sapientior omnium bestiarū quę erant sup terram: quas fecit dominꝰ deus. Et dixit serpens mulieri: Quid vtiq; dixit deus: ne edatis ab omni ligno quod est in paradiso? Cū dicit sapientior ē serpentes: intelligis quē loquebat: id est: illū aduersariū nostrū qui tamē habet huius sapientiā mūdi. Sz ⁊ voluptas atq; delectatio bene sapiens dicit: q; ⁊ carnis appellatur sapientia: sicut habeo: Quia sapiēcia carnis inimica est deo. Et ad exārenda delectationuz genera astuti sunt: qui apetētes sunt voluptatū. Sive ergo delectationē intelligas: quędaz est diuino aduersa mandato: ⁊ inimica sensibꝰ nostris. Unde apls ait: Video aliam legez in mēbris meis repugnantē legi mētis meę ⁊ captiuantē me in lege peccati. Si autez ad diabolū referas: verus inimicꝰ est generis humani. Quę aūt causa inimicitiarū nisi inuidia? Sicut salomon ait: Quia inuidia diaboli mors introiuit in orbem terrarū. Inuidię aūt causa beatitudo hois in paradiso positi. Et ideo qm ipse diabolus acceptā gratiā tenere nō potuit: inuidit homini eo q figuratꝰ e limo: vt incola paradisi esset electꝰ ē. Cōsiderabat eñ diabolus q ipse qui fuisset supiorꝭ naturę in hęc sęcularia ⁊ mūdana ceciderat: homo autē inferiorꝭ creaturę sperabat ęterna. Hoc ē ergo qō inuidet dicens: Iste inferior adipiscetur qō ego seruare nō potui. Iste de terris migrabit ad cęluz: cū ego de cęlo lapsus in terra sim. Adultas vias habeo quibus hominem decipere possim. De limo factꝰ est: terra ei mater ē: corruptibilibꝰ imiolatꝰ ē. Etsi anima supiorꝭ naturę: tamē ⁊ ipsa lapsui pōt esse obnoxia in corporis carcere cōstituta: qñ ego lapsum vitare non potui. Est igit via prima: vt decipiat dū cōditione sua maiora desiderat. Hic eñ quidaz conatꝰ est industrię. Deinde carnis est q non habeat desiderare. Postremo in quo videor ego omnibꝰ esse sapiēcior: nisi circūscribā hominē ⁊ versutia ⁊ fraude cōtendā? Itaq; machinatꝰ est vt nō ꝑmo adā adoraret: sed adā ꝑ mulierem circūscribere conaret. Nō adoratus est eū qui cotā acceperat cęleste mandatū: sed eam adoratus est quę a viro didicerat nō a deo quid obseruaret: acceperat. Neq; eñ habes: qz mulieri dixit deꝰ: sed qz adę dixit: ⁊ ideo ꝑ adaz cognouisse mulier ęstimāda est. Cognoscēs igit hoc loco tēptamēti genus: plurima etiā alijs locis tēptamenti genera reperies. Alia sunt per principem ishꝰ mundi: qui quędā venena sapientię in hāc mundū euomuit: vt vera putarent homines esse q falsa sūt: ⁊ specie quadā boīm caperet affectꝰ. Nō eñ semp quasi apras hostis ingredit: ꝑ sunt quędā ptātes q amorē simulent gratiāq; ꝓtendāt: vt paulatim cogitationibꝰ nostris venenū suę iniq̄tatis infundat: a quibꝰ oīunt illa peccata q̄ vel ex delectatione: vel ex quadā mēs facultate nascunt. Sunt etiā alię ptātes q̄ veluti colluctant nobiscū. Unde apls ait: Quia non est nobis colluctatio aduersus carnē et sanguinem: sed aduersus principes et ptātes ⁊ rectores hui⁹ mundi tenebrarū harū: aduersus nequitiā spiritaliū quę sunt in cęlestibꝰ. Volunt eñ hac quadā cōtentione nos frangere: ⁊ veluti qdā animę nrę corpus elidere. Unde ⁊ paulus quasi bonꝰ athleta: nō solū ictus aduersantiū ptātuz vitare cognouerat: verūetiam aduersantes ferire. Unde ⁊ ait: Peruitio pugnis nō vt aera cedēs. Et ideo quasi bonꝰ athleta ad coronā meruit puenire. Ergo multiplicia tēptamenta sunt diaboli. Et ideo bilinguis serpens habet atq; ystalis: eo q diaboli minister: aliud lingua loquat: aliud corde meditet. Sunt ⁊ alij ministri q̄ ⁊ cordis ⁊ vocis suę infectas veneno veluti verboꝝ suoꝝ iaculant sagittas. Quibꝰ dns ait: Generatio viperarū: quō potestis bona loq cū sitis mali? Et dixit serpens mulieri: Quid vtiq; dixit deꝰ: ne edatis ex oi ligno qō est i medio paradiso? Et dixit mulier serpēti: Ex omni ligno paradisi manducabumꝰ: de fructu autē ligni qō est in medio paradisi dixit deꝰ: Nō manducabitis ex eo: neq; tāgetis ex eo: ne moriamini. Cum audieris sapientiorem bestijs omnibus esse serpentē: hic eius iam quęre versutiā. Simulat se verba dei dico-

Ro.7. Ro.7. Iaꝯ.1. Eph.6. 1.Cor.9.

re: t ꝓprios interit dolos. Cū enim dixisset
Gen. 2. deus: Ex omni ligno qō est in paradiso edetis ad escā: de ligno aūt qō est sciētia boni t mali nō edetis: qua die autē manducabitis ex eo morte moriemini. ¶ Serpēs quasi interrogans mulierē: cū dixisset deus: Ex omni ligno qō est ī paradiso edetis: de ligno autē vno nō edetis: inseruit mendaciū vt diceret: Ab omni ligno nō edetis: cū de vno tāntum ligno scientię boni t mali ꝓceperit deꝰ nō esse giustāduꝫ. ¶ Quia ratiōe autē fefellerit: nihil mirū: qꝛ is qui aliquē circūscribere conat: cōsuetudo est fallere. Nō est igit interrogatio ociosa serpentis. ¶ Sed vt scias in mandato nullu vitium esse potuisse: respondit mulier t ait: Et omni ligno paradisi māducabimus: de fructu aūt ligni qō est in medio paradisi dixit deꝰ: Non manducabitis ex eo: neq tāgetis ex eo ne morte moriamini. Jn mandato quidē nullū vitiū est: sed in relatione mandati. ¶ Eteñ quantū ꝓ sens lectio docet: discimꝰ nihil vel cautiōis gratia iungere nos debere mādato. Si qd eñ vel addas vel detrabas: ꝓuaricatio q̄dam videt esse mādati. Pura est t simplex mandati forma seruāda: vel testimonij series intimāda est. Plerūq testis duꝫ aliquid ad seriē gestorū ex suo ꝓdūcit: totā testimonij fidem partis mendacio decolorat. Nihil igit vel qō bonū videtur addēdū est. Nāq hic quid offensionis habet: prima specie qō addidit mulier: Neq tanget ex eo quicq: Tangetis eñ deus nō dixerat: sed nō edetis. Sed tamē lapsus incipit esse principiū. Nā quę addidit: vel superfluū addidit: vel addendo de ꝓprio semiplenū intellexit dei esse mandatū. ¶ Docet igit nos ꝓfectis series lectionis: neq detrahere aliquid diuinis debere mādatis: neq addere. Nā si io-
Apoc. 22. bānes hoc iudicauit de suis scriptis: Si qs apposuerit inquit ad hęc: adijciet in illū deꝰ plagas quę scripta sunt in libro isto: t q dēpserit de verbis bis ꝓphetę huius: delebit deus partem illius de libro vitę: quanto nihil diuinis mādatis est detrahendū? Hinc ergo cępit ꝓuaricatio prima esse mandati. ¶ Et plerūq putant hoc vitiū nō esse mulieris: sed adę fuisse: ita adaꝫ dixisse muleri dū eam veller facere cautiorē: vt adderet: mandasse deum: neq tangetis ex eo quicq. Habemus eñ quia adam nō eua mandatū acceperit a deo. Nondum eñ mulier formata fuerat. Ipsa quidē verba adę: quibꝰ mulieri dicit: formā seriēq mandati nō ꝓdit lectio: sed intelligimus ꝙ virum ad mulierem seriem transisse mandati. Videro tamē qd alij sentiāt: mihi tamē videtur a muliere cępisse vitiū: inchoasse mendaciū. Nā etsi de duobus videak incertū: tamen seruus ꝓdit: qui prius potuerit errare. ¶ Adde q: ꝓiudicio illa cōstringitur: cuiꝰ t postea prior error inuētus est. Viro eñ mulier: nō muliori vir auctor erroris est. Unde t paulus ait: Adā 1. Ti.
inquit nō est deceptus: mulier autē seducta in ꝓuaricatione fuit. ¶ Nunc videamꝰ vtrū ꝓter adiectionē quę mandato est aplicata: qō additū est obfuisse videak. ¶ Nā reuera si bonū est: neq tāgetis ex eo t ad cautionē ꝓficiebat: cur deus hoc mīme interdixerit: imo nō interdicēdo prohibuisse videak? Itaq vtrūq quęrendū: qua ratione nec permiserit: nec interdixerit. ¶ Sunt eñ qui dicant: q ratione qō fecit videri: nō iussit et tangi? Verum cū in eo ligno audieris naturā fuisse scientię boni t mali: potest ęstimari q: noluit te malū tangere. Satis est eñ nobis videre sathanā: sicut fulgur de cęlo cadentē: Luc. 1.
fm vocē domini: t dantē escam nō luminis sed noctis t tenebrarū filijs: quia scriptum est: Dedit eum in escā populis ęthiopum. Psa. 7
Hoc igit de eo dictū est: q non mandauerit tangi. ¶ Qꝛ aūt nō ꝓhibuerit: qd intelligā: accipe. ¶ Sunt multa quę noceant si ante voluerimus haurire q̄ quę sint illa cognoscere. Nam t de cibis t potu plerūq vsu venit. Quippe si id quod amarū est ante cognoscas indues patientiā. Etsi intelligas illa quę sunt amara ꝓdesse: t indues tolerantiā: ne offendat amaritudo te repentina: et incipias reūcere ꝓfutura. Prodest ergo ante cognoscere: vt ex eo qō cognouerie ꝓfuturum: nec amara fastidias. Sed hęc minꝰ nocere possūt: illud qō magis nisi ꝓuideak nocere possit aduerte. ¶ Gentilis quidā est: ad fidē tēdit: Catechumenꝰ est: maiorē vult accipere doctrinę t fidei plenitudinē: cauet nedū vult discere: male discat: t discat a fotino: discat ab ario: discat a sabellio: tradat se huiusmodi magistris: quorū quędaꝫ eum teneat auctoritas: t inductus quadaꝫ magistrorū ꝓsumptione: teneris sensibus impietas diudicare non nouerit. Prius igitur oculis mentis perspiciat: qd sequatur: videat vbi vita sit. ¶ Tangat denuq diui-

narum vitalia lectionū: vt nullo prauo offē
.14. dak iterpte. Legit ille fabellius: Ego in pa-
tre: ꝛ pater in me: ꝛ dicit vnā esse ploñā. Le-
8.2. git sorinus: Quia mediator dei ꝛ hominuꝫ
8.7. homo chaſt⁹ iesus. Et alibi: Quid me vul-
tis occidere hoiem? Legit etiā arrius: quia
.14. dixit: Qñ pater maior me est. Legit quidē
manifestū: sed qua ratione dictuꝫ sit: debet
ante ptractare secū: vt rationē dictoꝝ pos-
sit aduertere. Dicit quadā magistroꝝ auc-
toritate: ꝛ ꝓfuisset ei nō quęsisse ęs talē inue
nisse doctorē. Sed etiā gentilis si quis scri-
.14. pturas accipiat: legit: Oculū ꝓ oculo: den-
18.5. tē ꝓ dente. Legit etiaꝫ: Si scandalizauerit
te dcctera tua abscide illā: nō intelligit sen-
suꝫ: nō aduertit diuini arcana sermonis: pe
ius labitur ęs si non legisset. Et ideo docuit
quēadmodū dei verbum inuestigare debe
rent: non ꝓfunctorie: nō improuide: sed dili
25.1. genter atq; sollicite. Quod erat inquit ab
initio: qđ audiuimus: ꝛ quod vidimus ocu
lis nris pspeximus: ꝛ manus nrę pscrutatę
sunt de verbo vitę: ꝛ vidimus: et testamur:
ꝛ annūciamus vobis. ¶ Videꝫ q ante ve-
lut manib⁹ quibusdā pscrutatus sit dei ver
bū: ꝛ postea annūciauerit: ꝛ ideo nihil adę
ꝛ cuę forsitan nocuisset verbum: si ptracta-
tibus diligēter mentis quibusdā manibus
ante tetigisset. ¶ Infirmi enī ptractando
ꝛ diligenti⁹ requirēdo: vnuscuiusq; quā nō
intelligūt possunt inuestigare sentētiā. Ler
te illi infirmi id lignum in quo scientia mali
esse cognouerāt: ante quemadmodū tange
rent debuerant pscrutari. Nam ꝛ mali ſpe
nobis potest ꝓdesse cognito. ¶ Et ideo di-
aboli fraudes: vel in hac legimus lectione
vel in ꝓphetia: vt discam⁹ quēadmoduꝫ ar
tes eius cauere possimus. ¶ Cognoscenda
sunt enī temptamēta eius: nō vt sequamur
sed vt docti instructiq; caueamus. ¶ Sunt
hoc loco qui dubitationē habeant: vtrū ex
omni ligno ita dixerit de⁹ esse gustandum:
aut cū de omni ligno: ita de scientia boni et
mali ligno gustaret: an vero de omni ligno
gustandū de solo ligno scientię boni ꝛ mali
dixerit nō esse gustandū: Qui ne id quidez
putāt inutilis esse rationis: qđ ꝗuis noxia
esca huius ligni fuerit: tamē si cū ceteris ede
retur: noxia eē nō posset. Qſiquidē etiā an-
tidotū thiriacū de corpore serpentis confici
solere dicat: quod vtiq; virus corpusq; ser-
pentis cū solum sumſ nocet: cū admiscetur
alijs sanitati est ꝛ saluti. Scientia quoq; bo
ni ꝛ mali si quis sapiētię habeat: si quis vi-
tę semp intendat: si quis cętera virtutuꝫ ge
nera cōsequat: nequaquā inutilis ęstimak.
Hac igit ratione plęriq; putauerūt posse et
am illud intelligi: vt videak deus id inhibu
isse: ne absq; cęteris solum lignū scientię bo
ni ꝛ mali gustaret nō ꝓhibuisse cū cęteris. Et
hoc ideo putant dictū: qr ait deus ad adā:
Quis tibi indicauit: quoniā nudus es: nisi Gen.3.
de ligno a quo ꝓcepera tibi ab hoc solo ne
manducares manducasti? Qđ videret dare
aliquē interpretandi locum: nisi mulier in su-
perioꝝ⁹ dicente serpēte: Quid vtiq; dixit
deus: ne edatis ab omni ligno qđ est in pa-
radiso: respondisset: quod est in medio pa-
radisi dixit deus: non manducabitis ex eo.
In quo ꝗuis mulieris ꝓuaricatuꝛę fides vi
deatur infirmior: tamē nō omnib⁹ adā spo-
liabo virtutib⁹ vt videak in paradiso nullā
assecutus fuisse virtutē: nihil de cęteris gu-
stauisse lignis prausq; culpā incidisset ęs fru
ctus esse aliquos consecutū. Non spoliabo
ergo adam: ne genus humanū omne dispo
liem: qđ innocēs est anteq; sensum accipiat
scientię boni ꝛ mali. ¶ Hecq; enī ociose dictuꝫ
est: Nisi conuersi fueritis ꝛ efficiamini sicut Matth.18.
pueri iste nō intrabitis in regnū cęlorū. Pu-
er enī cum maledicit nō remaledicit: cū pa-
titur nō repercutit: Ambitionū ꝛ rapinarū
tēptamenta nō nouit. ¶ Ergo verius puto
q ne cū alijs quidē fructibus lignum eden-
dum esse ꝓcepit. Nam etsi bona scientia p-
fecto: imperfecto tamē inutilis est. Imperfectū
auferim omnē hominē dicere: quando ipse
paulus quasi imperfect⁹ dicat: Non q iam Phil.3.
acceperim: aut iam pfectus sim: sequor: aūt
si comphendam. Et ideo imperfectio dicit do
min⁹: Nolite iudicare vt nō iudicemini. Et Matth.7.
go imperfecto inutilis scięntia. ¶ Denięq; pec
catū nesciebā: nisi lex diceret: Nō concupi- Ro.7.
sces. Et infra: Sine lege enī peccatum mor-
tuū est. Quid enī mihi ꝓderat scire qđ vita-
re nō poteram? Quid mihi ꝓderat scire: qđ
lex carnis meę ꝑpugnaret? Impugnat pau-
lus: ꝛ videt legē carnis suę repugnantē legi
mētis suę: ꝛ captiuam se in lege peccati. Hec
de cōscientia sua ꝓsumpsit: sed p christi gra-
tiam cōfidit se a mortis corpore liberandū:
Et tu quēquā opinaris scientē nō posse pec
care? Paulus dicit: Nō enim qđ volo facio Rom.7.
bonū: sed qđ nolo malū hoc ago: ꝛ tu arbi-

trarios homini ꝓdesse scientiam: quę delicti augeat inuidiā? ¶ Esto tñ vt pfectus peccare nō possit. In adam de omnes homes ꝙi debat: t ideo ꝓmiscuę generi non cōuenie/bat hūano habere scientiā boni t mali: quā per carnis vitia vt oportebat exercere non poterat.

Quō temptamenta diaboli plena sint mendacij. Et de deceptione mulieris t lapsu ade. Quęadmodum etiam cognouerint se esse nudos t succinctoria sibi fecerint: et quid significent: Ca. xiii.

Discamus igit temptamēta diaboli plena esse mendacij. Vix enī vnus verus videt ex his quę pollicit⁹ est: reliqua falsa cōponit. Sic enī habes: ¶ Et dixit serpens mulieri: Nō morte morieminī. Ecce vnū falsum. Nam morte mortu⁹ est homo: qui secut⁹ est ꝓmissa serpētis. ¶ Deinde addidit: Scit inquit deus: q; quacūq; die comederitis ex eo aduperient oculi vestri. Hoc solū verum: qz infra habes: Quia manducauerūt ambo: t apti sunt oculi eorum. Sed hoc verum q; noceret. ¶ Denicq; nō omnib⁹ aperire oculos vtile: q; scriptum est: Videbunt t nō videbunt. Sed statim agglutinatū mendaciū est: qz adiunxit: Et eritis sicut dij scientes bonū t malū. ¶ In q̄ licet aduertere idolatrię auctorē esse serpentem: eo q; plures deos induxisse in hominū videat errorem. Quędam serpētis astutia. Et hoc fefellit: q; homo sicut dij. Nō solum enī sicut dij esse homines desierūt: sed etiaꝫ
Ps. 81. qui quasi dij erāt: quib⁹ dictum est: Ego dixi dij estis: sui gratiā ꝓdiderunt. ¶ Et vidit mulier q; bonū est lignū ad manducandū: t q; gratū oculis ad videndū: t speciosum est ad intuendum. Infirma auctor iudicij: q̄ de eo qđ nō gustauerat iudicabat. Et ideo nō facile nisi si qđ diligētius ptractauerim⁹ qđ interiore ꝓbauerimus affectu: videt ad opus aliqđ esse sumendū. Accipiens inquit de fructu eius manducauit: t dedit viro suo simul: t manducauerūt ambo. Bene ꝓtermissum est: vbi decipit adā: quia nō sua culpa: sed vitio lapsus vxoris est. ¶ Et aperti sunt inquit oculi eorum: t cognouerūt q; nudi essent. Et ante quidē nudi erant: sed non sine virtutū integumētis. Nudi erant ꝓpter morum simplicitatem: t q; amictum fraudis natura nescirent. Nunc autē multis simulationū inuolucris: mēs humana velat. ¶ Ergo posteaquā spoliatos se illa sinceritate et simplicitate viderūt: integrę incorruptęq; nature quęrere mūdana t manufacta cęperūt quibus nuda suę mentis operirēt: delectationes delectationib⁹ t mūdi huius vmbratiles voluptates: velut folia foliis affuentes: qb⁹ obumbrarēt genitale secretū. ¶ Nā quō clausos oculos corporis habuit adam qui omnia animātia ita vidit: vt bis t nomen imponeret? ¶ Quō cognouerunt? Id est interiore t altiore sentētia: nō tunicā sibi sed virtutū deesse velamina: t assuerunt folia ficus: t fecerunt sibi succinctoria. ¶ Ficū hoc loco ꝓ qua specie debeamus accipere: diuinarū nos docet series lectionum. Aliquidē sanctos esse qui sub vite t ficu requiescunt: scriptura memorauerit t salomon dixerit: Quis plantat ficū: t de fructu eius non manducat? Et dño ad ficū venerit: sed ideo sit offensus q; nō inuenerit fructū: sed folia tantū. ¶ Docet ergo me adā quid sint folia: qui posteaq̄ peccauit de foliis ficus fecerit sibi succinctoriū: qui de fructib⁹ magis eus gustare debuerit. Justus fructū eligit: folia peccator. Quis est fructus? Fruct⁹ inqt spi Ga.
ritus est: charitas: gaudiū: pax: patientia: benignitas: modestia: cōtinentia: dilectio. Nō habebat fructū q̄ gaudiū nō habebat. Nō habebat fidē qui ꝙuaricat⁹ erat mādatum dei. Nō habebat cōtinentiā qui de interdicto sibi gustauerat ligno Ergo q̄unq; ꝙuaricat mandatū dei spoliat atq; nudat: t fit ipse sibi turpis: vult se operire quibusdā ficus foliis: fortasse quibusdā inanibus: vel vmbratilib⁹ sermonib⁹: quos cōpositis mendaciis affuens: t verbū de verbo struens: ad operiendā cōscientiā suę mentis: factiq; velamen peccatoꝝ interit vt pudenda sua cōtegat. ¶ Facit enī supra se folia: q̄ culpam velare desiderans: aut diabolū delicti memorat auctorē: aut carnis ꝓtendit illecebras: aut aliū quēpiam psuasorē ꝓdit erroris. ¶ Et de scripturis diuinis frequēter ꝓmit exempla: quib⁹ iustos in culpā ꝓhibet incidisse: dicēs: Si fōrte in stupris fuerit deꝓhensus: Et abraam cū ancilla cōcubuit: et dauid alienā adamauit: t sibi asciuit vxorem. ¶ Assuit enī sibi quędam exempla de ꝓpheticarum serie scripturarū: fructū earum nō putat requirendū. ¶ Nonne tibi videnť etiā iudęi folia assuere: dum legis spiritalis

verba corporaliter interptant: quoꝝ interp̃ratio fructū omnē viriditatis amittit: damnato maledicto ariditatis ꝛternę. ¶ Bona igit interptatio: hoc est: spiritalis sicus est fructuosa: sub qua iusti sanctiq̃ requiescūt: Quā qui plantauerit in animis singulorū: 1.Cor.3. sicut paulus ait: Ego plantaui: apollo rigauit: manducabit ex ea fructū. ¶ Mala autē interptatio: fructū ferre: viriditatē seruare nō poterit. ¶ Nō igit grauius est: hac se adam interptatione succinxit: eo loco vbi fructum magis castitatis se succingere debuisset. In lumbis enī quib⁹ ꝑcingimur quędā semina generationis esse dicunt. Et ideo male ibi succinctus est adā solijs inutilibus: vbi futurę generationis nō fructū futurū sed quędā peccata signaret: quę manserunt vsq̃ in aduentū dñi saluatoris. ¶ Ceterū posteaq̃ dñs aduenit: sicū inuenit incultā: rogat⁹ ne ei iuberet excidi: vt coleret ꝑmisit. Et ideo iaz nō solijs: sed diuino succingimur sermo- Luc.12. ne: qz ipe dñs ait: Sint lumbi vestri ꝑcincti ꝛ lucernę ardentes. ¶ Unde etiā pecuniā in Mc.12. zonis nostris portare ꝓhibet. Nō enī sęcularia sed ꝛterna debet zona nostra seruare.

De voce domini deambulantis ad vesperā: ꝛ interrogatiōe vel potius increpatione adam: Ubi es. Cur ꝑterea ante increpet adam cū mulier ante gustauerit: ꝛ quid mulier ꝓ sua excusatione responderit: ac de mysterijs istorū: Ca. xiiii.

Gen.3. ET audierunt inquit vocē dñi deambulantis ad vesperā. ¶ Quę est ambulatio dei qui vbiq̃ semp est? Sz puto deambulationē quandā esse dei ꝑ diuinarū scē scripturarū: In quib⁹ dei quędam verba ꝑsentia: cū audim⁹ qz ipse aspi- Ps.33. cat omnia: ꝛ oculi dñi sup̃ iustos: Cū legim⁹ Danie.9. qz ihesus sciebat cogitationes eorū: Cū legimus: Quid cogitatis mala in cordib⁹ vr̃is. Ergo dū hęc recensemus: quasi deambulātē cognoscim⁹ deū. Fugerat ergo peccator: nō quo dei posset latere cōspectū: sed intra cōscientiā suam latere cupiebat: opera sua lucere nolebat. Justi est enī facie ad faciē videre: qz iusti meus nō soluz deo ꝑsens est: ꝑ Esa.1. etiā cū deo disputat: sicut scriptū est: Judicate pupillo: ꝛ iustificate viduā: ꝛ venite disputemus dicit dñs. ¶ Ergo cū legit peccator: has scripturas diuinas: audit vocē dei: quasi ambulantis ad vesperaz. ¶ Quid est ad vesperā: nisi qz culpam suam sero cognoscit: ꝛ sero venit quędā erroris ꝑteriti verecūdia quę errorē ꝑuenire debuerat. ¶ Nam dū culpa feruet in corpore: ꝛ anima exagitatur corporis passionib⁹: nō cogitat deū sensus errantis: hoc est: nō audit deū ambulātem in scripturis diuinis: ambulantē in mētibus singulorū. Dicit enī deus: Quī inha- Leuit.26. bitabo in illis: ꝛ inter eos ambulabo: ꝛ ero 2.Cor.6. illorū deus. Ergo cū in animę sensum redierit potestatis formido diuinę: tunc erubescimus: tunc nos gestimus abscondere: tūc in peccatoꝝ nostroꝝ positi cogitationibus: in medio ligni paradisi vbi peccauim⁹: deprehendimur: latere cupientes: ꝛ arbitrātes q̃ deus nō requirat occulta. ¶ Sed scrutator animorum ꝛ cogitationū vsq̃ ad diuisionē animę penetrās: dicit: Adam vbi es? Quo modo loquit de⁹? Nūquid voce corporea? Nō vnq̃: sed virtute quadaz ꝑstantiore: q̃ vox corporis pōt esse: fundit oracula. ¶ Hāc vocē eius ꝓphetę audierūt: hanc vocē fideles audiunt: impij nō intelligūt. Denię in euāgelio habes: q̃ audiunt euāgelista dicentem patrē: Et clarificaui: ꝛ iteꝝ clarificabo: Joh.12. sed iudęi nō audierunt. ¶ Denię dicebant: Tonitruū factū est. Illi ergo sicut supra habes: quia sentiebat deambulans deus qui nō deambulabat: sic audiebat loquēs de⁹ qui nō loquebat. ¶ Sed quid loquat consideremus. Adā vbi es? Adhuc in his remedium sanitatis est: qz audiunt dei verbum. ¶ Denię iudęi qui sibi clauserunt aures ne audirent: hodieq̃ nō merent audire. ¶ Deinde habent remediū qui se absconderunt. Raz qui abscondit erubescit: qui erubescit cōuertit: sicut scriptū est: Cōfundant ꝛ con- Ps.6. uertant omnes valde velociter. ¶ Deinde hocipsum qō vocat: indiciū sanaturi est: qz dñs quib⁹ miserat ꝛ vocat. ¶ Dicendo aūt: Ubi es? Nō locū quęrit qui nouit arcanū. Neq̃ enī de⁹ clausos oculos habebat vt nō videret latentē. ¶ Denię ideo dixit: Fact⁹ Gen.3. est adaz tāq̃ vnus ex nobis: qz aperuit oculos. Et hic q̃dē aperuit oculos: vt culpā suā videret: quā vitare nō potuit. Magis enī postq̃ peccauimus: nescio quō nostra delicta cognoscimus: ꝛ tunc peccatū esse intellimus: qō anteq̃ peccaremus nō putabam⁹ esse peccatū: Certe non quasi peccatū putabamus esse damnandū. Nā si dānaremus: nō admitterem⁹. De⁹ aūt omniū videt cul-

pas: ⁊ omniū delicta cognoscit: sup omniā animam: sup omniū occulta oculos habet. Quid est ergo: Adam vbi es? Id est: nō in quo ꝑ in quib⁹ es. Nō ergo interrogatio ē: sed increpatio. ¶ De quib⁹ inquit bonis: de qua beatitudine: de qua gratia: in quā miseriam recidisti? Dereliquisti vitā ęternam: ⁊ atrumulat⁹ es morti: consepultus errori. Vbi est illa tua bene sibi cōscia cōfidentia? Timor iste culpā fatetur: latebra ꝓuaricationem. Vbi ergo es: hoc est: nō in quo loco quęro: sed in quo statu. Quo te pduxerunt peccata tua vt fugias deuz tuū quem ante quęrebas? ¶ Fortasse moueat: Cur ante increpat adā: cū mulier ante gustauerit: Sed a ꝓuaricatione sex⁹ infirmior cęperit a verecūdia ⁊ excusatione fortior: vt fęmina erroris causa fuerit: vir pudoris. ¶ Et dixit mu-
Gen. 3. lier: Serpēs decepit me: ⁊ māducaui. Veni abilis culpa: quā sequit ꝓfessio delictoruz. Ideo nō desperata mulier quę non reticuit deo: sed magis ꝓfessa peccatū est: quā medicabilis secuta sentētia est. Bonū est cōdemnari in peccato: ⁊ flagellari in delicto: vt cū hominib⁹ flagellemur. ¶ Deniq; cum q: voluit crimen negare: indign⁹ iudicat⁹ est qui puniret in peccato: sed remissus est sine ꝓscripto pęnę: fortasse non tam maiori crimine parricidij: illud enī cōmisit in fratrē: ꝙ sacrilegij qō deo credidit mentiendū: dicens:
Gen. 4. Nescio: nūquid ego custos fratris mei suz? ¶ Et ideo accusatori diabolo eius accusatio reseruata est: vt cum eius angelis flagellet: qui cū hominib⁹ noluit flagellari. ¶ Deniq;
Ps. 72. de talib⁹ dictum: Nō est declinatio mortis eoꝝ: ⁊ cū hominib⁹ nō flagellabunt? Alia ergo ratio mulieris: quę licet culpam ꝓuaricationis inciderat: tamē de paradisi lignis habebat adhuc virtutis escam: ⁊ ideo dixit peccatū suū: ⁊ reputatū est ei ad veniā. Ju-
Prouer. 18. stus enī accusator est sui in principio sermonis. Neq; enī potest quisq; iustificari a peccato: nisi fuerit peccatū ante ꝓfessus. Unde
Esa. 43. dño ait: Dic iniquitates tuas vt iustificeris. ¶ Ergo q: cui a ipsa cōfessa delictū est: mitior sequit ⁊ ꝓfutura sentētia: quę cōdemnaret errorē: ⁊ veniā non negaret vt ad virum sum conuersa seruiret. Primū ne eam facile delectaret errare: deinde vt sub fortiore vase locata nō traduceret virū: sed magis viri cōsilio ⁊ ipsa regeret. ¶ In quo quidē mysterium christi ⁊ ecclesię euidenter agnosco.

¶ Designatur enī ecclesię ad christū futura ꝓuersio: ⁊ religiosa seruitus subdita dei verbo: quę multo sit melior q̄ sęculi huj⁹ libertas. ¶ Deniq; scriptū est: Dominū deū tuū Matth.
adorabis: ⁊ ipsi soli seruies. Hęc igitur seruitus dei donū est. ¶ Deniq; inter benedictiones numerat huius seruitutis obsequiū. ¶ Nam ⁊ isaac in loco benedictionis eā dedit esau filio suo vt seruiret fratri suo. ¶ Deniq; benedictionē ille poscebat: etsi vnā sibi cognouisset esse ꝓreptam: tamen aliā postulabat dicens: Nūquid vna benedictio tibi Gen. 2
est pater? Per hanc igit seruitutē illam qui per gulam primitias suas antevendiderat: ⁊ studio venationis agrestis gratiā benedictionis amiserat: credidit seipso futurū esse meliorē: si typum christi veneraret in fratre. Hac enī seruitute pollet popul⁹ christianus: sicut ⁊ dñs ad discipulos suos ait: Qui vult Matth.
inter vos primus esse: sit omniū seru⁹. ¶ Deniq; hāc seruitutē operat charitas: q̄ est spemaior: ⁊ fide est. Unde scriptuz est: Per cha Gal. 5.
ritatē seruite inuicem vobis. ¶ Hoc est ergo mysteriū qō ait aplus esse in christo ⁊ in ec- Eph. 5.
clesia. Hęc enī vere in ꝓuaricatione ante fuit: sed salua erit per filioꝝ generationē in fi 1. Tim.
de: ⁊ charitate: ⁊ sanctificatione: cū castitate. Pꝛeuaricata vtiq; in patribus genera... boim salua p filios: vt qō in iudęis offenderat: in christiana posteritate corrigeret.

Qua ratiōe veniabilis fuerit deceptio mulieris. Et quēadmodum serpens typus sit delectationis: et de sententia damnationis in serpētem: ac etiam condemnatione ade: ⁊ de discretione inter istas sententias: Ca. xv.

¶ Serpens inquit me suasit. Et hoc veniabile deo visū ē: eo q̄ nosset multas ad decipiendū vias esse serpentio: q̄ transfiguratur in angelū lucis: et mi- 2. Cor. 11.
nistri eius sicut ministri iusticię sunt: falsa imponentio rebus singulis nomina: vt temeritatē dicat esse virtutē: ⁊ auaricię nomē imponat industrię. ¶ Serpens enī mulierē decepit: virū mulier ad ꝓuaricationez deveritate deduxit. ¶ Serpentis typum accepit delectatio corporalis. Mulier symbolū sensus est nostri: vir mentis delectatio. Ita q̄ sensum mouet: sensus mēti transfundit quā acceperit passionē. ¶ Delectatio igitur prima est origo peccati. Ideoq; nō miremur

tur ante serpens damnek iudicio dei: secundo mulier: tertio vir. Secundū erroris ordinē: dānationis quoq; ordo seruatus est. Delectatio enī sensum: sensus autē mentē captiuā facere cōsueuit. Vt scias autez quia serpens typus est delectationis: dam-
Gen.3. nationē eius aduerte: Supra pectus inquit tuū ⁊ in vtero tuo ambulabis. Qui sunt qui in vtero suo ambulāt: nisi qui ventri et
Phil.3. gulę viuūt: quorū deus venter ē: ⁊ gloria in pudendis eorum qui terrena sapiūt: ⁊ cibo onerati ad terrena curuantur? Bene ergo delectationi ait: quę cibis intēta terrā videtur manducare. Supra pectus tuū ⁊ in vtero tuo ambulabis: ⁊ terrā manducabis omnib⁹ diebus vitę tuę. Tollenda est omnis excusatio diaboli: ne fōrte malicię suę aliqd possit obtendere: vt dicat iniquitatē suā ex cōdemnatione venisse: Et ideo ad nocendū hominib⁹ ptinaciter obniti: q: ideo damnatus est vt noceret. Qō videk esse primum opinioni: si tanquā dānationis accipimus istā sententiā. Nō enī deus ad hoc serpentem dānauerat vt noceat: sed quid futurus esset: ostēdit. Et quidē tēptatio illa q̄ amplius hominē, pfit superius demōstrauimus: ꝑ tamē cū legerimus qō scriptū est dicente deo: Honorificātes me honorificabo: et contemptoꝛ mei honore priuabitur: licet nobis et his verbis aliquid ęstimare. Deus enī operaꝛ qō bonū est: nō quod malū. Ergo doceant te verba diuina: quia operatur gloriā: pēnā relinquit. Honorificātes me inquit honorificabo: honorē: bonoꝝ operationis suę esse declarans. Et cōtemptores inquit mei: nō dixit: honore priuabo: sed honore priuabunk. Nō suę opationi deputās eorum iniuriam: sed quid futurū esset ostendens. Ergo hic nō dixit: facio te supra pectus tuū: ⁊ in vtero tuo ambulare: et terram māducare omnes dies vitę tuę: Sed ambulabis inquit ⁊ manducabis: vt ꝓfitēre magis de serpēte quę futura sunt videres q̄ ꝑ scripsisse quid faceret. Terra inquit tibi cū
1.Cor.5. bus erit: nō anima. Nā ⁊ hoc peccatoꝝ ꝓ deest. Vnde et aplus: tradidit hmōi in interitum carnis vt spiritꝰ saluus sit in die dñi nostri iesu christi. Pectore autē ⁊ ventre aiꝝ reptare serpentē: nō tam ꝓpter corporis figuram: q̄ q̄ ꝓpter terrenas cogitationes: de illa cęlesti beatitudine sit lapsus. Pectus enī frequēter recessus quidā accipit sapientię. Et ideo apls supra pectꝰ christi reclinat caput: nō in terrā deiecit. Ergo si sapiētia diaboli: ferus imanissimus cōparatur q̄bus intra pedes pectꝰ sit: sed etiā homines qui terrena sapiūt: nec interiore affectu erigunk ad cęlū: vtero videnk reptare ꝓ terrā: vtiq; ventrē animę nostrę: nō corruptibilibus sęculi hui⁹ implere: sed magis dei verbo satiare debem⁹. Bene igit dauid ꝓsōnā suscipiēs adq̄: dicit: Humiliata est in pul
Ps.43. uere aia mea: adhęsit in terra venter meus. Adhęsit enī dum cōfigurak serpenti: qui pascitur iniquitate terrena. Ideoq; nos apostolus configurari dicit oportere christo: vt virtus christi ꝓtendat in nobis. Quę sententia nō putatur in serpentē grauis: cū etiam adam qui leuius peccauit tali condemnatur sententia. Scriptū est enī: Maledic-
Gen.3. ta terra in operib⁹ tuis. In tristicia manducabis eam omnes dies vitę tuę. Videtur certe similitudo quędā esse sententię: sed tamen in ipsa similitudine magna discretio. Interest enī vtrū manducet aliquis terrā: sicut serpenti dictū est: Quia terrā manducauit: an vero sicut homini dictū est: In tristicia manducabis. Adiectio enī ista: in tristicia: discretionē facit. Discretio quā vim habeat cōsidera. Bonū ē mihi i tristicia magis terram manducare: q̄ in delectatione: hoc est: vt in actu q̄dā ⁊ sensu corporis cōtristari videar: q̄ delectari in peccato. Multi enī ꝓpter nimias iniq̄tates nō suscipiūt
1.Cor.9. peccati cōscientiā. At vero ille qui ait: Castigo corpus meū: ⁊ seruituti redigo: contristatur in nostroꝝ pēnitentia peccatoꝝ: q: sua tanta delicta nō habuit: vt in hic cōtristari deberet. Deniq; ⁊ nobis suadet vtilē istam esse tristiciā: quę fm deū nō fm sęculū
2.Cor.7. est. Oportet inquit vos cōtristari in pēnitētia fm deum. Nam fm deū tristicia salutez operatur: sęculi autē tristicia mortē operaꝝ. Sed ⁊ de veteri testamēto accipe illos agratiam pueniſſe: qui cōtristabank in operibus corporalib⁹. Illos vo i supplicio remānsisse qui delectabank hui⁹ mūdi operibus. Deniq; hebręi qui ingemiscebāt in laboribus ęgypti: iusto⁹ gratiam cōsecuti sunt. Et quia panez in tristicia manducarūt: esca donati sunt spirituali. Ęgyptij vero qui talia opera cuz exultatione celebrabant: regi detestabili seruientes: nullam veniam sunt adepti. Sed ⁊ illa distinctio q̄ serpenti di-

cit: Quia terrā manducabit: Adę aūt: In tristicia inḋt manducabis: ⁊ cū sudore manducabis. ā manducabis ſgnū agri: vt quēdā intelligam⁹ in his eſſe ꝓceſſū: Et qñ terram māducam⁹: in ꝙdā malicia eſſe videamur: qñ ſgnum: in quodam ꝓceſſu: qñ vero panē cum cōſummata fuerit fortitudo. ¶ Ergo et nos habeamus ꝓceſſum vitę hui⁹: ſicut habuit ⁊ paulus qui dicit: Viuo autē iam nō ego: hoc eſt: non ego qui terrā ante mandu cabā: Nō ego qui ſgnū: quia omnis caro ſgnum: ſed viuit in me chriſt⁹: hoc ē: viuit panis ille viuus qui venit e cęlo: viuit ſapientia: viuit gratia: viuit iuſticia: viuit reſurrectio. ¶ Deinde cōſidera: q⁹ nō eſt maledict⁹ homo: ſed maledict⁹ eſt ſerpens. Nec terra in ſe maledicta eſt: Sz maledicta inquit in operib⁹ tuis: Ad animā dictū eſt. Tunc terra maledicta eſt ſi habeas opera terrena: id eſt: opera ſecularia. Et maledicta nō in vniuerſum: ſed vt ſpinas ⁊ tribulos generet: niſi fuerit humanę ſtudio opatiōiſ exercitata. ¶ Ꝙ ſi eam exercuerimus in labore quidez ⁊ ſudore: ſed tamē panem manducabimus. Repugnat eiſ lex carnis legi mentis. ¶ Et laborandū nobis eſt ac deſudandū: vt caſti gemus corpus: ⁊ ſeruituti redigam⁹: et quę ſunt ſpiritalia ſeminemus. ¶ Si eiſ carnalia ſeminauerimus: quę carnalia ſunt metemus. Si vero ſpiritalia ſeminauerim⁹: metem⁹ ea quę ſunt ſpiritalia.

Gal. 2.

Eſa. 40.

Gal. 6.

¶ Sancti Ambroſij epiſcopi liber de paradiſo explicit.

¶ Capitulorū libri primi de Cain ⁊ Abel ſancti ambroſij epiſcopi: recollecta annotatio.

Quid auctor in hoc opere ꝓſequi intendat ex cōtinuatione huius libri ad ſuperiorē. Et de generatiōe Cain ⁊ Abel. Quid etiam p iſtos duos fratres: ſimiliterq⁹ p eſau ⁊ iacob iuxta vnū intellectū myſtice atq⁹ moraliter ſignificet. Ca. I.

De myſterio in ꝓmemoratis fratrib⁹ ſm ſcripturam ⁊ auctoris intelligentiā figurato: Et quid p hoc intelligi detur: qō in libris regum legit: Et apoſtatus eſt ad patres ſuos. De cōparatione ꝓterea iſaac et moyſi quantū ad typum ⁊ figurā quę in eis ꝓceſſit. Et qua ratione de moyſe non legat ſicut de cęteris: Quia deficiēs mortu⁹ eſt: ac de ignorantia ſepulturę ipſi⁹. Ca. II.

Quid iuxta moralē interꝓtationē auctor ſignificari velit p hoc quod ſuperius cōmoratū eſt: Et adiecit parere abel. Et de ſtatibus ac officijs abel ⁊ cain. Qua ratione etiā cū ante generatus ſit cain: in deſcriptione vitę: ſtatus ⁊ operis vſus: abel prius cōmemoret. Ca. III.

Ꝙ nō ſolum naturę exemplis ſed ⁊ fidelib⁹ diuinę ſcripturę teſtibus cōprobet malitiā tēpore ꝓcedere virtutē. Et quēadmodum ſm myſterium latens in litteris: duę mulieres vnicuiq⁹ noſtrū cohabitent inimicitijs ⁊ diſcordijs diſſidētes: quarū vna voluptas: altera vero virtus nominatur. De voluptatis quoq⁹ deſcriptione ⁊ retibus ipſius fallaciſq⁹ ſuaſionib⁹ quib⁹ mentē dolo capere nitit. Ca. IIII.

De occurſu virtutis fauciū ⁊ caro caſurū miſerantis. Ac ne inter moras illecebris demulcentibus mens capiat: pulcherrimis illā rationibus a fallaci voluptate auertētis ⁊ ad ſe trahentis: cū deteſtatione commemoratę meretricis: ⁊ falſitatis ipſi⁹ detectione. Ꝙ etiā dñs ieſus docuerit quēadmodum aduerſus huius mūdi temptationes reſiſtat: ⁊ de tribus laqueis quos illi diabolus teтēderat. De vituperatione quoq⁹ gulę atq⁹ auaritię: ⁊ cōtrariarū virtutū cōmendatione. Ca. V.

De rememoratiua ſuperior⁹ recapitulatōe: ⁊ tribus nō ꝓtereūdis quibus dom⁹ ieſus officia humanę deuotionis deſtruit: ⁊ quēadmodū mens hęc audiens ſe a vo-

luptate auertat: ꝛ virtuti adiũgat: studia ꝙ illius eligat. Quibus ꝛ sanct⁹ iacob vir plenus exercitatiõis mentẽ intẽdit. Quꝙ ideo pastor ouiũ inducak: quia imperitare corpori ꝛ sensibus eius: ac voluptatib⁹ votisq; modũ tenere: ꝓstantius ęstimetur ęs regere ꝓlos vel vtrib⁹ ꝓesse. Ca. VI.

De oblatione cain ex fructibus terꝛ: ꝛ crimanatione illius: ac de informatione ꝛ instructione p legẽ diuinã quomõ vota soluui debeant. Ca. VII.

Quꝛ prima voti gratia sit celeritas solutõis: vt ex studio ĩmolationis abrąꝛ: ꝛ scriptura diuina: ꝛ vocatione zachei comprobatur. De incitatione quoq; ac admonitione vt cito vota nostra soluam⁹. Ca. VIII.

De reꝓhensione pharaonis: qui vt ꝓ eo rogaretur in crastinum distulit: ꝛ exaltatus mẽte deũ oblusceb ak. Quãtũq; humilitas orationẽ cõmendet. Et qꝛ melior votorum sit solutio laudare deũ. Quꝛ ꝓterea illa cõmendanda sit orationis ꝛ voti disciplina vt nõ diuulgemus orationẽ: sed abscondita teneamus mysteria: sicut abrahã ꝛ patres tenuerũt: ꝛ quẽadmodũ dom⁹ in euãgelio docuit: ꝛ quę in oratione caue re debeamus. Ca. IX.

De transitu ad aliud vitiũ oblationis ipsi⁹ cain: qui obtulit nõ de primis fructib⁹ primitias deo: ꝛ quid ꝙ primitias intelligak. Quꝛ abel obtulerit hęc munera: ꝛ etiã talia qualia lex ꝓbauerit: cũ pulchra mysteriorum legis explanatione: ꝛ quemadmodũ interiora mundare debeamus: ꝛ ibidẽ quęrere quę dño sanctificemus. De similitudine quoq; cõceptionis ac parturitionis fęminaꝛ ꝛ animę: partuũq; eiusdẽ distinctione. Ca. X.

Finis.

Sancti Ambrosii mediolanẽsis episcopi de Cain ꝛ Abel liber primus: In quo historia ꝓsequendo eorũdẽ fratrũ ortum: vite statum: operis vsum: oblationisq; differẽtiam: cũ abditorũ mysteriorum explanatione diligenter describit: fęliciter incipit.

Quid auctor in hoc opere ꝓpose qui intẽdat et cõtinuatione huius libri ad superiorẽ. Et de generatione cain ꝛ abel. Quid etiã per istos duos fratres: similiterq; per esau ꝛ iacob iurta vnũ intellectũ mystice atq; moraliter significet: Ca. I.

DE paradiso in superioribus ꝓ capta nostro vt potuim⁹ qõ dño infudit sensus inuenit digessim⁹: si quib⁹ adęq; atq; euq; lapsus est cõprehensus: Nec quoniã illa penes auctores nõ sterit culpa: sed qõ penes est deteriorẽ inuenit hęredẽ: sequentẽ adoriamur historiã: et ea quę ꝛm scripturas annexa sunt diuinas nostro opere ꝓsequamur. Adã aũt cognouit euã mulierẽ suã: quę concepit ꝛ peperit cain: ꝛ dixit: Acquisiui hominẽ ꝓ deũ. Quę acquirimus: ex quo ꝛ a quo ꝛ ꝙd acquiramus cõsiderari soler. Et quo tanq; ex materia: a quo quasi auctor: ꝓ quid tanq; ꝓ aliqđ instrumentũ. Nũquid hic sic dicit: Acquisiui hominẽ ꝓ deũ: vt deũ intelligas instrumentum? Nõ vtiq; : sed vt intelligas auctorem ꝛ operatorẽ deũ. Unde magis deo detulit cũ dixit: Acquisiui hominẽ ꝓ deũ: vt ꝛ nos cũ aliquid acquirim⁹: vel omneꝫ eventus secũdoꝫ: deo magis deferre q; nobis arrogare debeamus. Et adiecit parere abel. Cũ adijcitur aliquid: qđ primo erat tollit. Jdq; colligit ex arithmeticę ꝓportionibus aut animę cogitationib⁹. Addito eñ numero fit alt⁹ numer⁹: aboletur superior: ꝛ cogitatio accedens noua excludit superiorem. Ergo cum adijcitur abel: auferꝛ cain. Nõ nominũ interꝓtatione plenius deprehendi tur. Cain etenim dictus est acquisitio: qꝛ omnia sibi acquireret. Abel qui omnia referret ad deum: pia deuotus mentis attẽtione: nihil sibi arrogans vt superior frater: sed totus tribuens conditori qđ accepisset ab eo. Duę itaq; sectę sunt sub duorũ fratrũ nomine cõpugnantes inuicem ꝛ cõtrarie sibi. Una quę totũ menti suę deputat tanquã principali: ꝛ quasi cuidam cogitatiõi ꝛ sensus ꝛ motus omnis auctori: hoc est: quę omnes inuentiones humano ascribit ingenio. Altera quę tanq; operatori ꝛ creatori omniũ deo defert: ꝛ eius tanq; parentis atq; recreatis subdit omnia gubernaculo. Illa prior cain significak: hęc posterior abel dicitur. Has duas sectas anima vna parturit. Et iõ

germane habentur q vno fundãtur vtero. ¶ Sed cõtrarie sunt: qz oportet eos cũ quodam animę partu editę fuerint diuidi ac separari. Compugnãtibus eñ hospitiuz esse vnũ perpetuo nõ potest. ¶ Deniq; rebecca cũ duas naturas humani igenij parturiret: vnã mali: alterã boni: casq; exilire intra vterum sentiret suũ. ¶ Esau eñ typus erat malicię: iacob figurã bonitatis gerebat. Mirata quid illud esset q discordiã quandã cõcepti cerneret fœtus: cõsuluit deum vt passionem ꝓderet: medelã daret. Itaq; precanti
Gen.25. est responsum edituz: Duę gentes in vtero tuo sunt: t duo populi de vẽtre tuo exibũt. ¶ Q; si ad animã referas: eandẽ genitricem boni t mali intelliges: quia ex quodã fonte animę vtrũq; demanat. Sed hoc sobrij solet esse veriq; iudicij vt repudiato malo: vel enutriat qđ bonũ est atq; confirmet. Prius ergo q̃ pariat bonũ est exhibere reuerentiã deo debitã: vt ipi totũ deferat: sua nõ ꝓferat. ¶ Cum vero genuerit confessionẽ qua defertur deo: deponit cordis sui tumorem. Adiiciens ergo deus bonuz animę dogma abel: abstulit impiorũ dogma cain.

¶ De mysterio in ꝓmemoratis fratribus scõm scripturam t auctoris intelligentiã figurato. Et quid per hoc intelligi detur: quod in libris regum legitur: Et apposit⁹ est ad patres suos. De cõparatione preterea isaac t moysi quantũ ad typũ t figuram que in eis ꝓcessit. Et qua ratione de moyse non legatur sicut de ceteris: Quia deficiens mortuus est: ac de ignorãtia sepulture ipsius: Ca. ii.

Ego tamen hoc loco fm scripturam mysteriũ magis duorũ populorum intelligo: qõ deus adiiciẽdo ecclesię suę fidem pię plębis abstulit perfidiã populi ꝓuaricantis: quãdoquidẽ verba ipsa hoc significare videantur dicente deo: Duę gentes in vtero tuo sunt: t duo populi de ventre tuo exibũt. Hęc figura synagogę t ecclesię: in his duobus fratribus ante ꝓcessit cain t abel. ¶ Per cain parricidalis popul⁹ intelligitur iudęorũ: qui domini auctoris sui: t fm marię virginis partũ fratris: vt ita dicam: sanguinẽ persecutus est. Per abel autez intelligitur popul⁹ christian⁹ adhęrẽs deo:
Ps.72. sicut t dauid ait: Mihi autez adhęrere deo bonũ est. Et vt cęlestib⁹ se attemperet t a terris seꝑaret: et alibi: Defecit inquit anima mea in verbũ tuũ: eo q ordinẽ viuendi atq; vsum: nõ in terrenis voluptatib⁹ sed in verbi agnitione posuisset. ¶ Et quo cognoscat nec illud ociose scriptũ esse sed ꝑpense atq; examinate qõ legimus in regnoꝝ libris: Et apposit⁹ est ad patres suos. Intelligi enim datur qõ patrum similis fuerit fide. Unde claret nõ ad sepulturã corporis sed ad consortiũ vitę relatum. ¶ Deniq; de isaac non ꝓfunctoue scriptũ putatur q requiens corporis istius specię que animę suę attemperabat apposit⁹ sit ad genus suũ: eo q patris sui moribus adhęserit. Pulchre aũt ad genus ait: nõ ad populũ: sicut alibi. Nam legim⁹ alios locis apposit⁹ fuisse ad populũ suũ. ¶ Sed isti nõ tam ꝓstantes. Ꝓstantior autẽ qui paucorũ similis fuerit t nõ plurimorũ. Plures in populo suo q̃ genere. Et ꝓstãtius dicitur paucorũ similem esse q̃ plurimorum. ¶ Qui ergo dei erat generatus ꝓmissione: qui ad sacrificiũ ꝓbandę pietatis electus: qui vnius vxoris: hoc est: solius sapiẽtię societate cõtentus: superni illi⁹ generis quod est vnum sibiq; semp cõueniens: nõ plebeię vilitatis imitator: astruendus fuit scripturę diuinę testimonio. ¶ Eterñ vbi labor: docetrinę meditatio: illic cum pluribus cõmune collegiũ: t quoddã populare consortiũ est. Audiendo eñ plerique ꝓficiunt quos nominauit populũ. ¶ Ubi aũt nõ humana traditione sed ingenuosa collectione sine vsu laboris disciplina capitur: illic sublimis generis incorrupta sinceritas est. Et ideo isaac tanq̃ dei munus ad genus suũ magis q̃ ad populũ apositus legitur: vt diuinorũ potius q̃ humanorũ imitatorẽ esse sedulũ recognoscas. ¶ Beata t illa mens que species t ipsũ genus supgredięs: merek audire qđ dictum est ad moysen cũ separaret a populo:
Exo.32. Tu autẽ sta mecũ. Nam sicut in isaac domi nicę incarnationis typus humanę generationis supgressus cõsuetudinẽ vicit priores: ita vt in eo nõ vulgaris popularisq; gratia: sed specialis ꝓrogatiua ꝓcelleret: sicut lectio docet. Abrahę eñ dicte sunt repromissiones t semini eius: nõ dicit: et seminib⁹ tanquã in multis: sed sicut vni: hoc est: seminis tuo qđ est christus. Ita etiã in moyse ventuGal.3. ri doctoris figura qui legẽ doceret: euangelium ꝓdicaret: impleret testamentũ vetus:

nouum cõderet: cęleste populis alimentum
daret: humanę dignitatẽ cõditiõis excessit:
eousq; vt dei donarẽ nomine: sicut habe-
ro.7. mus scriptũ dicente domino: Posui te deũ
pharaoni. ¶ Etesi victor passionũ omniũ:
nec vllis captus sęculi illecebris qui omnes
istam fm corpus habitationẽ cęlestis puri-
tate cõuersationis obduxerat: mentẽ regẽs:
carnem subiciens: ⁊ regia quadã auctorita
te castigans nomine dei vocatus est: ad cu-
ius similitudinẽ se ꝓfectę virtutis vbertate
formauerat. Et ideo nõ legimus de eo sicut
de cęteris: Quia defecit & mortu⁹ est: sed per
verbũ dei mortuus est. Deus enim neq; defe-
ctionẽ aut diminutionẽ patitur: neq; adiec-
tionem capit. ¶ Vnde ⁊ addidit scriptura:
Quia nemo scit sepulturã eius vsq; in ho-
diernũ diem: qõ ad translationez magis q̃
ad interitum intelligas. Mors enim secessio
quędã est animę ⁊ corporis. Mortuus igit̃
est per verbũ dei: vt aut scriptura: non scõm
verbũ: vt aduertas: nõ nunciuz mortis sed
gratię: munus expẽsum qui translatus ma-
gis q̃ derelictus est: cui⁹ nemo nouit sepul-
turam. Quis enim in terrenis reliquias eius
potuit deꝓhendere: quem secũ esse dei filiꝰ
in euãgelio demonstrauit? ¶ Deniq; ⁊ heli-
as simul est a quibusdã vilius qui translat⁹
curru est: nõ sepultus nec mortuus legitur:
viuit enim qui cũ dei filio est. Moyses autez
Dt.32. mortuus quidem legitur: sed per verbũ dei
mortuus: ꝑ quod facta sunt omnia. Verbo
autẽ dei cęli firmati sunt. Per verbũ igitur
dei nõ lapsus operis sed firmamentum est.
Nõ ergo tanquã relapsus in terrã deꝓhen-
ditur corporis solutione: sed tanquã verbi
cęlestis operatione donatus et munere: vt
quietẽ magis caro eius q̃ bustũ acceperit.
¶ Bene autẽ inter dominũ ⁊ seruum seruatur
distantia: vt ꝓgratiã domini intelligas
serui gratiã. ¶ De moyse legitur: Quia
sepulturam eius nemo scit: de christo autez
sepultura eius de terra sublata est: quia ille
scõm mysterium legis expectabat redemptio
nem vt resurgeret: hic scõm euangelij donũ
redemptionẽ nõ expectabat: sed donabat.
Et ideo sepultura eius ignorata nõ est sed
elcuata: quã diu⁹ creatura tenere nõ potu
it: quia ꝑ ipsum omnis creatura ꝑuenit a
corruptiõis seruitio eleuari. ¶ Nemo ergo
scit sepulturã moysi: quia vitã eius omnes
nouerunt. Christi autẽ sepulturam vidim⁹
sed nunc iam nõ nouimus: qui resurrectio-
nem eius agnouim⁹. Debuit enim cognosci
tumulus ei⁹ vt resurrectio manifestaretur.
Et ideo in euangelio: tumulus fima expłli
one describitur. In lege non quęrit: quia li
cet resurrectionẽ eius lex annũciauerit: no-
bis tamen euangelij series plenissime com-
ꝓbauit.

¶ Quid iurta moralem interpreta
tionem auctor significari velit per
hoc quod superius cõmemoratus
est: Et adiecit parere abel. Et de sta
tibus ac officiis abel et cain. Qua
ratione etiam cum ante generatus
sit cain: in descriptione vite: status
⁊ operis vsus: abel prius comme-
moretur: La.iii.

Ergo vt quod ꝓposuimus cõplea-
mus. ¶ Adiecit inquit parere abel:
hoc est: meliorem. Eua quę grauiter
ante peccauerat: ex se generauit senteuti-
am: vt superiorus sententię aboleret errorẽ.
Mentior: nisi hoc in vniuersis cõprobatur.
Ita enim nascimur vt ante infirmus infantię
sensus in nobis sit: postea pueritię corporis
tantũmodo curam sciens: nullum cultum:
nullã habens obseruantiã diuinorũ. ¶ Un-
de ⁊ euidenti naturę nouitate ortum iesum
christum ex virgine vt ꝓbaret ꝓpheta ait:
Ecce virgo in vtero accipiet ⁊ pariet filium Isa.7.
⁊ vocabitur nomẽ eius emanuel: butyrum
⁊ mel manducabit: ꝑuisq; sciat malum aut
bonũ: nõ credet malicię vt eligat quod bo-
num est. Et infra: Ꝑuisq; sciat puer vocare Isa.8.
patrem ac matrẽ accipiet virtutẽ damasci ⁊
spolia samarię cõtra regem assyriorũ. ¶ So
lus enim fuit qui non est captus sęculi huius
vanitate ⁊ carnali tumore: vtpote qui se hu Phil.2.
miliauit factus obediens vsq; ad mortem:
Lõge vnicuiq; nostrũ dissimilis: quia nos
frustra extollimur mente carnis inflati. Un Job.15.
de et nemo sine peccato: nec vnius diei in-
fans: Ille aũt peccatum nõ fecit. ¶ Et ideo
in nobis ante nascitur cain seipsum ꝓferẽs:
Postea abel generatur in quo sit reuerẽtia
diuinitatis. Prius ergo irrepit qõ malum
est: postea agnoscitur quod bonũ est. Ubi
autẽ bonum ibi iustũ: vbi iustitia ibi sancti
tas: hoc est: abel qui adhęret deo. ¶ Et fac-
tus est inquit abel pastor ouium: cain autẽ
operabatur terram. ¶ Nõ est ociosum q̃ cũ
ante generatus sit cain: vt lectio docet: ꝑ-

latus sit hoc loco abel: nec idem sit ordo nominū qui est ordo nature. ¶ Quid sibi vult mutatio ordinis: vt prius iunioris meminerit vbi scribitur vite status: operisq; vsus? ¶ Officiorum interrogemus distantiam: vt colligamus causam prelationis. Operari terram vsu prius est: gratia inferius q̄ oues pascere. Hoc enim instar est cuiusdaz doctoris t principis. Meritoq; prior se a vetustioribꝰ inchoauit: iunior recentiora preterulit: quę nullas spinas: nullos tribulos germinarēt: nulli sententię essent obnoxia. ¶ Deniq; peccati reus adam de paradiso dimissus est voluptatis vt operaretur terrā. ¶ Recte ergo vbi nascunt bi fratres: seruat etiā in p̄dicando ordo nature. Vbi vero ex primitur disciplina viuēdi: senior iunior antefertur: quia etsi tempore iunior virtute p̄stantior est. Innocētia em̄ tēpore posterior est q̄ malicia: t quadā super ętate: sed meGen.4. ritorū nobilitate antiquior. Senectus enim venerabilis est: non annis incana sed moribus. Et ętas inquit senectutis vita immaculata. ¶ Vbi ergo generatio expectanda p̄ueniat cain: vbi disciplinarū fit p̄dicatio p̄curat abel. ¶ Adolescentiam igitur t ipsam in exordijs iuuētutē variarum illecebris passionum seruere quis abnuat? Sz vbi maturior ętas successerit: tanquā pubescentis lasciuię tēpestate discussa tranquillitatē refundi t in quosdā portus quietos lasse animę nauigiū subducere. Itaq; graueo motus nostrę adolescētię fida senectutis statione placidantur.

¶ Quod non solum nature exemplis sed t fidelibus diuine scripture testibus comprobetur malicią tempore p̄cedere virtutem. Et quēadmodum scōm mysterium latens in litteris: due mulieres vnicuiq; nostrū cohabitet inimicitijs t discordijs dissidentes: quarum vna voluptas: altera vero virtus nominatur. De voluptatis quoq; descriptione t retib⁹ ipsius fallacibusq; suasionibus quibus mentē hominis capere nitit: Ca. iii.

Habet illa ętatis stipendiū: virtus autē prerogatiuā glorię: qua plerūq; iusto iniquus iudici cedit. ¶ Cui⁹ rei testis est fidelis diuina scriptura: quę docet esau cognomie stulticię virū cessisse patienter primatus suos fratri suo iacob ita vt diceret: Ut quid mihi primatus? Sz quos iste posthabuit: hos vir cognomēto exercitationis predix⁹ quęsiuit mereri. Nōne tibi videtur esau tanquā in agone victus: t ꝓprię mentis infirmitate imparē se existimans: cessisse victori coronā: quē videbat nullis passionuz illecebris inflecti: quarū ipse paluerē sustinere nō poterat: Ut q̄d mihi inquit primat⁹? ¶ Apud ignauos em̄ nulla sūt insignia virtutis: apud sapientes prima habentur: studia em̄ virtutis quędā instrumēta sunt. Itaq; sicut bellator sine armis esse non potest: ita nec sine exercitatione virtus. ¶ Unde t dominꝰ in euāgelio ait: A diebus iohānis baptistę regnum cęlorū cogitur t cogentes diripiūt illud. Et alibi: Quęrite regnū dei t ecce omnia p̄sto sunt vobis. Matt. Matt. ¶ Non dormientibus neq; ociantibꝰ sed vigilātibus t laborantibus pollicent p̄mia: t labori merces parata est. Qui licet nō suauis ad gratiā: tamen fructuosus ad p̄mū est. ¶ Docet hoc sermo legis: sicut scriptū inuenim⁹: Si fuerint Deut. inquit vni homini duę vxores: vna earū dilecta: altera odibilis: et pepererint ei ambę filios dilecta t odibilis: t fuerit primitiuus filius mulieris odibilis: qua die hęredes reliquerit filios in substantia sua non poterit primatum dare filio mulieris dilectę: omittens filium odibilis: sed primitiuum filium odibilis cognoscēs det illi dotem ex omnibus quę inueniunt ei: quia ipse initium filiorū eius est: t ipsi debentur primitię. ¶ Ꝙ profunda latent mysteriorū secreta in litteris. Recognosce anima partus tuos: t odibilis istius mulieris quęre mysteriū. Intra te ea inuenies si requiras. Repete cogitationes: relege sensus tuos: t cui primitię debeantur agnosces. ¶ Duę em̄ mulieres vnicuiq; nostrum cohabitant inimicitijs ac discordijs dissidentes: velut quibusdā zelotypię cōtentionibus nostrę replentes animę domū. Una earuz nobis suauitati t amori est blandę cōsiliatrix gratię: quę vocat voluptas. Hanc nobis opinamur sociā ac domesticam. Illam alterā immitē: asperā: fe-

Sed. 2

Ergo dubitetis talibꝰ nature admonitus exemplis: q̄ malicia p̄cedat tēpore: sed inueneſcat infirmitate.

ram credimus: cui nomen virtus est. ¶ Illa igitur meretricio ꝓcax motu: infracto ꝓ delitias incessu: nutantib⁹ oculis ⁊ ludentibus iaculans palpebris retia quib⁹ ꝓciosas iuuenum animas capit. Oculus enī meretricis laqueus est peccatoris. ¶ Quēcūq; viderit sensu dubio ꝓtereuntē: in angulo transitus domus suę: sermonib⁹ adoritur gratiosis: facieq; iuuenū volare corda: domi iquieta: in plateis vaga: oculis ꝓdiga: pudore vilio: amictu diues: genas picta. Eteniz quia verū decorem nature habere nō potest: adulterinis fucis affectate pulchritudinis lenocinatur speciē non veritatē. Viriorum saccincta comitatu: nequitiarū choro circūfusa: dux criminū: talibus verboꝝ machinis murum mentis aggredit humanę. ¶ Sacrificia pacis est mihi: hodie reddo vota mea: hac ex causa ꝓgressa sum obuiam tibi desiderans faciem tuā inuenire. Instratis tetuli lectum meum: ⁊ taperis ab ęgypto strauī. Aspersi lectū meum croco: domū autē meā cinnamomo: veni fruamur amicitia vsq; in uiluculum: veni ⁊ colluctemur cupidine.

¶ Hanc enī per os salomonis speciē fornicarię videmus expressam. Nam quid taz meretricium: q̄s sęcularis voluptas quę a fenestra domus suę intrat oculis prima temptamenta ꝓludens: ⁊ penetrat cito si tu in plateam ꝓspiciens: id est: in publicas transeūtium vias: nō in legis interna mysteria obtutum mentis intendas? Ea ꝓfecto est quę validioꝝ vinculis velut cubile quodam cōsociate nobis cōmunitatis interit: vt qui reclinauerit se ligetur: ⁊ opprobrioſę fraudis velamine operiat corporis sui stratū ad sollicitandos iuuenū animos: absentia viri: hoc est: incuriā legis obtexens: Lex enī absens peccantibus est. Nam si adesset: nō de linqueret. Et ideo ait: Nō enī adest vir meus in domo: abiit autem viam longissimaz inuolucro pecunię accepto in manu. Quid hoc esse dicam: niſi forte quia diuites putāt nihil esse qđ non cedat suę pecunię: ⁊ in gratiam sui legem velint esse venaliū. ¶ Spargit odores suos voluptas: quia christi odorem nō habet. Thesauros demonstrat: regna ꝓmittit: amores spondet cōtinuos: inter ploratos concubitus pollicetur: sine pędagogo disciplinas: sine monitore sermones: viram sine sollicitudine: mollem somnū: inexplebilē cupiditatem. Seducens eum inquit multo blandimento sermonū: ⁊ laqueis labiorum suorū alligans: domuz aduſq; attraxit. Ar ille secutus eam circūuenitur. Ridebat aula regio luxu splendida: cęlatis parietibus et solo humido natabant pauimenta vino. Fragrabat vnguento domus: spinis cooperta piscium ⁊ marcentibus iam floribus lubrica. ¶ Illic comessantiū tumultus: concertantiū clamor: litigantiū cędes: concentus cęnantiū: saltantiū strepitus: ridentium cachinnus: lasciuientiuz plausus: cōfusa omnia: nihil nature ordine. Saltatrices tonse: ⁊ crispantes pueri coma: epulantiū cruditas: edentiū rictus: ebriorū fitus: besterna crapula: hodierna remulentia: repleta vomitu bibentiū pocula: maiore odore ebrietatis: q̄s si recentia tantum vina fragrarent. ¶ Ipsa in medio stano: Bibite inquit ⁊ inebriamini vt cadat vnusquisq; ⁊ nō resurgat. Ille apud me primus qui omniū ꝓditissimus. Ille meus est qui suus non est. Ille mihi gratior: qui sibi nequitior. Calix aureus babylonis in manu mea inebrians omnē terram: a vino meo biberunt omnes gentes. Qui est ginsipientior diuertat ad me ⁊ indigētib⁹ sapientia ꝓcipio dicēs: panibus absconditis suauiter vtimini: et aquā furtiue dulciorem bibite. Manducemus ⁊ bibam⁹ eras enī moriemur. Transiet vita nostra tā quam vestigia nubis: ⁊ tanquā nebula dissipabitur. Venite ergo fruamur bonis quę sunt ⁊ vtamur creatura tanquā in iuuentute ecleriter. Vino pretioso ⁊ vnguentis nos impleamus ⁊ nō pretereat nos flos temporis. Coronemus nos rosis antequā marcescant. Nullum pratum sit qđ non pertranse at luxuria nostra: vbiq; relinquamus signa letitię. Hic omnia relinquuntur: nihil secuz quis feret: niſi qđ corporis voluptate quis perceperit. ¶ Mentiq; ipsam ego institui philosophiam: nec est alia verior: niſi ea quę bonum asserit: ⁊ quod suaue atq; iocundū sit. Ergo vel philosophię vel sapientię salomonis credite.

Ier. 7.

Bal. 8.

Ecc. 11.

Sap. 2.

¶ De occursu virtutis saucium ⁊ cito casurum miserantis. Ac ne interiozas illecebris demulcentibus mens capiatur: pulcherrimis illaz

rationib⁹ a fallaci voluptate auertentis ⁊ ad se trahentis: cū detestatione cōmemorate meretricis: ⁊ falsitatis ipsi⁹ detectione. Quod etiam dominꝰ ihesus docuerit quēadmodū aduersus huius mundi tēptationes resistatur: ⁊ de tribus laqueis quos illi diabolus tetenderat. De vituperatione quoq; gule atq; auaricie: ⁊ cōtrariarum virtutū cōmendatione: Ca. v.

Hb Audi tis: velut cervus sagittatꝰ in iecore bꝫet saucius. Quem miserans virtus ⁊ casurū cito videns improuisa occurrit veritate: ne inter motus illecebris demulcētibus mens capiat humana. Palam inquit apparui tibi nō quęrenti me. Ne fallat ipsudētē ⁊ circūueniat te mulier effrenata ⁊ luxuriosa quę non nouit pudorem: sedet in fori⁹ domus: in sella palā: Prouer. 7. in platęis aduocans prętereuntes. Nunc igitur fili audi me: ⁊ intēde verbis oris mei: Nō declinet in vias eius cor tuū. Multos enī vulnerando deiecit: ⁊ sunt innumerabiles quos trucidauit. Vie inferorū domus eius deducentes in secessum mortis. Prouer. 5. Aufer igitur prauū os: ⁊ iniusta labia longe a te ꝓpelle. Oculi tui recta videant: noli intendere fallaci mulieri. Mella enim distillant a labijs mulieris fornicarię: quę ad tēpus impinguat fauces tuas: postea vero amariorē felle inuenies. Dies me citꝰ decerpit & vitia eius exponā: quę tamē in ꝓuerbijs oze sapientię descripta atq; expressa sunt. Nō te vincat formę concupiscentia. Adulterina est fucis illita: nequaquā vero ac sincero fulgēs decore. Neq; capiaris oculis: circūfusa enī retia sunt. Cant. 1. Esto magis similis illius ⁊ sequere eum qui salit sup montes ⁊ transilit sup colles: ꝓspiciens per fenestras: eminens sup retia. Mala sunt voluptatis vincula. Oculos delectat: demulcet aureo: sed mentē inquinat: multa mētitur: falsa adiungit: vera subducit: spondet pecuniam: aurū offert: sed aufert disciplinaz. Tu autē accipe potius disciplinā & pecuniam: ⁊ scientiā sup aurum ꝓbatū: Melior est enī lapidib⁹ pretiosis. Nō te celabo quę summa eius ferūtur: ne videar operire quę displicent in voluptate ⁊ obūbrare quę placeant. Eleuat enī ⁊ extollit mentē suasorijs verbis: ostendit omnia regna terrę dicens: hęc omnia tibi dabo si ꝓcidens adoraueris me. Ibi tu caue ne capiaris ꝓterlabentibus ⁊ nō manētibus: in quibus magna temptatio est. Docuit te certe dominꝰ ihesus quēadmodū aduersus huiusmodi tēptationes resistas. Tetenderat diabolus primuz laqueuz gulę dicens: Si filius dei es dic huic lapidi vt panis fiat. Respondit dominus: Non in pane solo viuit homo: sed in omni verbo dei. Laqueū soluit hoc dicto. Luc. 4. Posuit iterū diabolus fm iactantię laqueum: qui etiā bonam mentē ꝓsperis currentē semitis solet strangulare. Et duxit illū inquit in hierusalē ⁊ statuit eum supra pinnaculuz templi: et dixit illi: Si filius dei es mitte te hinc. Scriptū est enī: Q; angelis suis mandauit de te vt cōseruent te: quia in manib⁹ tollent te: ne forte offendas ad lapidē pedē tuuz. Itaq; cū posset sine vllo periculo mittere se dominꝰ ihesus cui supeterent spiritales volatus: tamē ne iactantię genus esset: respondit diabolo: Nō temptabis dominū deum tuū. Simul docuit nos cauere ne faciamus voluntatē diaboli. Si ergo vere iactantia declinanda est: quantomagis nemo debet falsa iactare ꝓ veris: Tertiꝰ supest laqueus auaricię atq; ambitionis. Ostēdit in monte posito: omnia regna terrę in momento tēporis. Bene in momēto: quia diuturna esse nequeunt. Paululū expecta ⁊ cito transeūt. Itaq; qui sequuntur ea in monte sibi esse vidētur: sed non sunt perpetui: sicut habes scriptū: Vidi impiū superexaltatum ⁊ eleuatū super cedros Lybani: ⁊ transiui: ⁊ ecce nō erat. Sed qui maxime ea facit: adorare videtur diabolu⁹: cui⁹ deus venter est: ⁊ in pudendis gloria. Tu autem in deo gloriā quęre: qui tibi ait: Dominū deū tuū adorabis ⁊ illi soli seruies: a quo ęterna accipias nō tēporalia. Tamē si quę etiam ista delectant: ab eo moderati⁹ petuntur qui verus omniū fons est. Nam ⁊ ipsa peculiaria quę possidere sibi videtur diabolus: aliena sunt: sicut ipse dixit: Tibi dabo potestatem hanc vniuersam ⁊ gloriā eorum: q: mihi tradita sunt. Ab eo ergo spera: licet breuis vię nō sit longū viaticum requirendum: tamen ab eo spera qui vniuersam creaturā cōdidit: qui diabolo ea ad tēpus tradidit: nō vt possideat sed vt temptet. Non enim poterat corona esse sine certamine. Probandi erant dubij vt iusti conozarent. Dedit itaq;

diabolo ea: quia in his ipsis pena accipientis est si vti nesciat. Quid est enim thesaurus luxuriosо: nisi sumptus luxurie? Sed nō luxuriosus: sed frugi probatur. ¶ Et ideo vtere quasi frugi his que tibi apponuntur: vt nō cū manducas multum: odibilis fias. Vigilię enim et tormenta viro edaci. Et infra: Si coactus fueris in edendo: surge et vome: et refrigerabit te: et nō adduces corpori tuo infirmitatē. ¶ Plurimos itaq; gula sua occidit: nullum frugalitas. Innumeris vina nocuerūt: nulli parsimonia. Pleriq; inter epulas fudere animas: et mensas proprio repleuere sanguine. Alijs eruditas vocez simul rapuit et sensum. Etsi aliquid" eruditas noxia nō fuit: his ruinaz fecit ebrietas: alios in crimen egit ebrietas: etsi ipsa crimen nō sit: alios ad egestatez redegit. ¶ Postremo audi q̄d ebrius excludat. Cū intrauerit inquit paterfamilias et clauserit ostium: incipietis foris stare et pulsare ostiū dicentes: Aperi nobis: et respondens dicet: Nescio vos vnde estis: recedite a me operarij iniquitatis. Tunc incipietis dicere: Manducauimus coramz te et bibimus: et in platęis nostris docuisti. Et dicet vobis: Nescio vnde estis. ¶ Audistis q̄d de manducantib" dixerit: Audi nunc quid de ieiunantibus dicat: Beati qui nunc esuriunt et sitiunt quia saturabunt. Et infra: Ve vobis qui saturati estis: quoniaz esurietis. ¶ Sed vis māducare: vis biberе? Veni ad cōuiuium sapientię: quę inuitat omnes cuz magna p̄dicatione dicens: Venite et edite panes meos et bibite vinū quod miscui vobis. ¶ Delectant cantica quę epulantez demulceant: audi hoc tantē: audi cantantē ecclesiam: nō solū in conuiuio sed etiā in canticis canticorū: Manducate p̄rimi mei et bibite et inebriamini patres mei. Sed hęc ebrietas sobrios facit: hęc ebrietas gratię nō tremulentię est. Lętitiam generat: nō tristitiam. ¶ Hec verearis ne in cōuiuio ecclesię: aut grati odores tibi: aut dulces cibi: aut diuersi potus: aut conuiuę nobiles desint: aut decentes magistri. ¶ Quid christo nobilius qui in conuiuio ecclesię et ministrat: et ministratur ei? Istius cōuiuę recumbentis anne et te lateri: ac te deo cōiunge. Hec fastidias mensam quā christus elegit dicens: Introiui in hortum meū soror mea sponsa: vindemiaui myrrham cū aromatibus meis: manducaui panem meū cum melle meo: et bibi vinū cum lacte meo. ¶ In horto: hoc est: in paradiso est cōuiuiū ecclesię: vbi erat primus adam q̄ peccatū cōmitteret. Ibi recūbebat eua priusq; culpam crearet et pareret. ¶ Ibi vindemiabis myrrhaz: hoc est: christi sepulturam: vt cōsepultus cū illo p̄ baptismū in mortem: quemadmodū ille surrexit ex mortuis et tu resurgas. Ibi manducabis panez qui confirmat cor hominis. Abel gustabis quo tuarū dulcescat meatus fauciū. Vinū bibes cum lacte: hoc est: cum decore et sinceritate: siue q̄ meri pura simplicitas sit: siue q̄ immaculata gratia quę in remissionez sumitur peccatorū: siue q̄ paruulos cōsolationis suę lacteat vberibus: vt ablactati in deliciis in plenitudinē p̄fectę ętatis adolescāt. Succede ergo in hoc cōuiuiū. ¶ An metuis ne angustio: domus et breuis cōuiuij locus te cōprimat? O israel q̄ magna est domus dei: et ingens locus possessionis eius: magnus et non habet finem: altus et immensus. Ibi fuerunt gigantes illi qui ab initio fuerunt statura magna scientes p̄lij. Nō hos elegit deus. Et merito nō elegit: quia p̄lium non pacem sciebant. Et ideo tu pacē discе vt eligaris a deo. ¶ Sed ne forte incompтam domus magnitudinē puteo: et diuersoria te colūnatа delectent. ¶ Sapiętia ędificauit sibi domū et scalpsit colūnas septez. Ipse etiā dominus ihesus multas mansiones apud patrez suū esse cōmemorat. ¶ In hac ergo domo epulaberis anime cibo potuq; mentis: vt postea nō esurias neq; sitias vnquā. Qui enim māducat: māducat vsq; ad satietatem: et qui bibit vsq; ebrietatem bibit.

Sed hęc ebrietas pudicitię custos est. Illa vini ebrietas fomes libidinis: quo p̄ carnes vaporatur interna viscera: animus ignescat: anima exuritur. ¶ Spuus criminum stimulus libido est: quę nūquā manere quietum patitur affectū. Nocte feruet: die anhelat: de somno excitat: a negocio abducit: a ratione reuocat: aufert cōsilium: amantes indetat: lapsos inclinat: castis insidiatur: potiēdo inflāmat: vsuq; accendit. ¶ Nullus peccandi modus et inexplebilis scelez: nisi morte amantis extingui nō potest. Et ideo ait apostolus: Fugite fornicationem: vt veloci fuga tanquā furiosę dominę declinare scintillā et tetro seruitio exire possimus. ¶ Nam quid de auaricia dicam insatiabili pecunię cupiditate et quadruplicis libidine: quę quo

Baruch. 3.

Sap. 9.

1. Cor. 6.

plura abstulerit: eo magis inopes esse se credit. Omnib⁹ inuida: sibi vilis: in summis diuitijs inops affectu: extenuat quod sensu abundat. Nullus rapiendi modus: vbi nulla mensura cupiēdi. Sic inflammat animū: sic igne suo pascit animū: vt hoc solo distet q̄ illa formarum adultera sit: ista terrarum. Elementa concutit: mare sulcat: terram effodit: cēlum votis fatigat: nec sereno grata nec nubilo: cōdemnat quentuo annuos: fœtusq̄ terrarū arguit. ¶ Sed hec cōgruendo est animę nō sanitas. Denicq̄ ecclesiastes dicit: Eccs. 5. Est languor: malus quē vidi sub sole: diuitias custoditi in malum possidentis eas. Et supra: Qui diligit argentū nō satiabitur argento: nec est finis acquisitionis eorū. ¶ Si quęris thesauros: accipe inuisibiles & occultos: quos in cēlo altissimis: nō quos in terrarum venis requiras. Esto pauper spiritu: & eris diues qualicūq̄ cēsu: quia nō in abūdantia diuitiaꝝ vita est hominis: sed in virtute ac fide. Iste te diuitię verum diuitē facient: si sis in deū diues.

¶ De remeoratiua superioꝝ recapitulatione: & tribus nō preteribilis quibus domin⁹ iesus officia humane deuotionis definiuit: & quemadmodū mens hec audiens se a voluptate auertat: & virtuti adiungat: studiaq̄ illius eligat: Quibus & sanctus iacob vir plenus exercitationis mentē intendit.

Audisti voluptatis mysteria: audisti etiā copiarum nostraꝝ munera: quas ego non supellectili operiendas: sed scripturę nudis sermonib⁹ demonstrandas putaui: vt sua luce refulgerent: vt ex se ipse vocem emitterēt sibi inuicē. Neq̄ enim sol et luna interpte indigent. Habent interpretē fulgorem sui luminis quo totus replet⁹ orbis est. ¶ Illis illuminatio ē fides si ne indice quedaꝝ: vt ita dicam: intestata testis quę alieno nō indiget testimonio: & subito se vniuersorum oculis effundit. Nō ergo nunciātur opera nostra: sed clamant & se ipsa nunciāt. ¶ Sane vt & hoc quod laboriosum in nostris ducitur nō pretereaꝝ: fides exigitur: studiū desideratur: facta quęrunt. ¶ His em̄ tribus domin⁹ iesus deuotionis humanę officia diffinit dicens: Petite & dabitur vobis: quęrite & inuenietis: pulsate & aperietur vobis. Et infra: Omnis ergo qui audit verba mea hec & facit ea: similis est viro sapienti. ¶ Hęc qui studiose fuerit p̄secutus: primatus benedictionis accipiet: sicut patriarcha iacob qui contumeliā & fide humanarū supplantauit vestigia passionum. Iste ait: Misericordiaꝝ mei habuit deus: & omnia sunt mihi omnia. ¶ Hanc itaq̄ misericordiam nos fide: studio: operibusq̄ mereamur: quib⁹ disciplinis inuenit israel gratiā deꝝ & per ipsam omnia. Nō em̄ mundi huius copias sed virtutū disciplinas sibi supperere gaudebat. Has nobis substituamus hęredes: quas sanctus abraam in isaac filio suo substituit sibi: omnē operum suorumꝝ deputans hęreditatē sapienti & iusto viro: nec vilū ius hęreditarij ancillis vel ancillarū filijs dereliquēs: sed tantūmodo donationis munera. ¶ Perfectę em̄ virtutes totum accipiunt glorię patrimoniū: visitatis & mediocribus vile aliquid aspergit. Et ideo agar quę aduena latine dicit atq̄ accola: & cerbura quę odoriſera significat: hęredes nō sunt. Qui em̄ medijs vtitur disciplinis: accola nō inhabitator: est sapiētię. Odore asperſus: non fructu explet. Sanitatem autem cibus non odor inuehit: quia odor fructuū nūcius est. ¶ Principales itaq̄ disciplinas sequētibus & indigenas accolis agnoscimus p̄fectōdas. ¶ Hoc scōm ingenij. ¶ At vero fm̄ mysterium: abraam pater gentiū: semini suo legitimo quod est christ⁹: hereditatē omnē fidei suę detulit: qui in hac terra velut aduena fuit: vt vitę huius odorē magis & fructum referret. ¶ Hęc cū audit mēs: auertit se a voluptate: virtutiq̄ adiūgit: veri decoris admirans gratiā: purū affectum: simplicē sententiam: mediocrē vestem: hoc est: nō in psuasione sermonis: ſ in ostētatione spirit⁹: Qualis est apostolicę forma sentētię: amictuꝝ sapiētię atq̄ pictatis: omni pretiosiorē auro refulgens: tamē cborꝝ prudentię: temperantię: fortitudinis: iusticię suscipiens: quę fragrabat odorem disciplinarū: meritōtes reuerentiā: infundentes gratiā. Itaq̄ talib⁹ mota elegit studia virtutis. ¶ Quib⁹ iacob vir plen⁹ exercitationis mentē intendit suā:

Et ideo ouiū pastor ſducit: eo ꝙ imperitare corpori ⁊ ſenſibus et⁹ ac voluptatibus: voluſq; modū tenere: ne velut ouis vagef icerta: ꝓſtantiuſ ſtimat ꝙ regere populos: vel ꝓeſſe vtilibus. ¶ Difficili⁹ eſt quiſpiaꝫ ſe ꝙ alterū regit. ¶ Animū vincere: iracūdiā cohibere: cōpugnātesq; legeo carnis ⁊ mentis in vnū cogere: imortalis cuiuſdā ē virtꝰ quē inferni porta nō ſuſceperit. ¶ Deniq; ipſe ſibi legiſlator vendicauit hoc mun⁹ vt oues paſceret ictbio: qui dicit ſuperfluus: ⁊ ageret in deſertū: eo ꝙ irrationabilē ⁊ ſuperflua vulgariſq; ſermonis loquacitatē i ſecreta quēdā ſobrie doctrine coegit myſteria. ¶ Jōq; egyptijs abominationi erāt paſtores ouiū. ¶ Omnes eſt qui corpis vdiit paſſionib⁹ hmōi: ⁊ voluptatib⁹ indulgēt ſuis: diſceptatorem verbi: doctorēq; virtutis quadam ex ecratiōe declināt. ¶ Et ideo ꝓ ęnigmata hec docuit moyſes apta deo eſſe ſacrificia: quę refugit ois inſipiens: hoc eſt opera ⁊ ꝓcepta virtutis. Jdeoq; paſtor abel: cain aūt opator terre legit: qui in fratre ſuo vir inſipiēs formā ſpeciēq; virtutis expreſſam ferre non potuit.

De oblatione cain et fructib⁹ terre: ⁊ crimination illi⁹: ac de informatione ⁊ inſtructione ꝙ lege diuina quō vota ſolui debeāt: Ca. vii.

Et factū eſt poſt dies: obtulit cain et fructibus terre munus dño. ¶ Duplex culpa. Una ꝙ poſt dies obtulit: altera ꝙ ex fructib⁹: nō ex primis fructibus. ¶ Sacrificiū aūt ⁊ celeritate cōmendatur ⁊ gratia. Unde ꝓceptuꝫ eſt: Si voueris votū: nō facias moꝝ reddere illud. Meli⁹ eſt eñ nō vouere votū: ꝙ vouere et nō reddere. Cū eñ moꝝ facis: nō reddis votum. Eccle. 5. Eſt aūt poſtulatio bonoꝝ a deo cū ſoluendi muneris ꝓmiſſione. Et ideo cū ſpetrauerīs qō petiſti: ingrati eſt tardare ꝓmiſſum. ¶ Sed interdū aut negligētibus irrepit oblatio impetratoꝝ: aut tumidis ⁊ elatis arrogare cuētus ſibi: bebetis cordis eſt: ⁊ bonū qō agit: vel qō a deo cōſequit ꝓpꝛijs virtutibus vendicare: nec auctoris deputare gratie: ſed ipſe ſe ſuorū bonorū auctorē ducere. ¶ Tertiū genus eſt peti quidē minoris: ſed ſuperbis arrogātię: eorū ſcz qui datorem bonorū deuz nō negant: ſed quę acciderint ea ſibi ꝓpter prudentiā ſuā ⁊ ceterarūq; merita virtutum iure delata arbitrant. Propterea etiam diuina dignos habitos gratia: ꝙ ne quaq; viderent indigni: quibus talia diuitius beneficijs ꝓueniret. ¶ Ne quid ꝙ hmōi accidat vnde votū tuū tibi in peccatū fiat: lex te informauit atq; inſtruxit dicente dño qui legem dedit: Attende tibi ne obliuiſcaris beneficia dñi dei tui: ⁊ nō cuſtodias mādata ⁊ iudicia ⁊ iuſtificas illius quę ego ꝓcipio tibi hodie: vt cū manducaueris ⁊ repletus fueris: ⁊ cū domos bonas edificaueris: ⁊ habitare ceperis in eis: ⁊ oues tuę ⁊ boues tui cū repleti fuerint: ⁊ cū ere: argento et auro cōpletus fueris: ⁊ omnia poſſidere ceperis: et plena fuerint bonea tua: exaltes cor tuū: ⁊ obliuiſcaris dñm deū tuū. ¶ Tunc ꝙ obliuiſceris dñm cuꝫ oblitus fueris tui. Si aūt cognoſcas infirmuꝫ te eſſe: cognoſces deū eſſe ſup omnia: ⁊ imemor eſſe nō poteris vt ei reuerentiā debitā ſoluaſ. Diſce nūc quēadmoduꝫ vnuſquiſq; moneat ne ſcipſe auctorē ſuorū putet bonoꝝ. ¶ Ne dicas inquit in corde tuo: virtus mea ⁊ potētia mea fecit mihi virtutē hanc magnā: ſed in mente tua habebis dñm deū tuum: quoniā ipſe dat vires vt facias virtutes. ¶ Unde bene aplus quaſi legis interpres nō gloriabat in virtute ſua: ſed minimū apoſtoloꝝ ſe eſſe dicebat: ⁊ quicqd eſſet gratię diuinę: eſſe non meriti ſui: nihilq; nos habere quod nō acceperim⁹. Quid eñ iquit habes qō nō accepiſti? Si aūt accepiſti: quid gloriaris quaſi nō acceperis? ¶ Didiciſti ergo humilitatē magiſtri ſequi ꝙ arrogantiā: ſedulitatez affectare ꝙ poteſtatē. ¶ Accepiſti ſalutaria ꝓcepta: noli negligere vtilia inſtrumēta medicine quibus ſibi a omnio lętalis vulneris execatur. ¶ Ne quoq; qui ſe iuſtificat ne inflet cordis ſui tumore: ⁊ ipſe accepit ſalubre mandatū in hmōi ſententiā reſultāte oraculo. Ne dicas in corde tuo cum cōſumere ceperit dñs deus tu⁹ gentes illas a cōſpectu tuo dices: Propter iuſticiā meā induxit me dñs poſſidere terrā iſtā. Sed ꝓpter iniquitates gentium iſtarū exterminauit illos dñs a facie tua. Nō ꝓpt iuſticiā tuā: non ꝓpt bonitatē tuā: nec ꝓpter equitatē cordis tui intraſti poſſidere terrā iſtā: ſed ꝓpter iniquitatē gentiuꝫ diſpdidit eos dñs a cōſpectu tuo: et reſtituit teſtamentū qō iurauit patribus veſtris. ¶ Teſtamentuꝫ ꝓfecta dei gratia eſt. Nihil eñ impfectū dat deus: ꝓfecta aūt virtus eſt ⁊ opera virtutis. ¶ Teſtamentū autē dicit

Deut. 8.

1. Cor. 4.

Deut. 9.

suis libris expssere certamina: nec tñ ad palmā puenire potuerunt: qñ summitatē verbi: t altitudinē illā animę nescierūt: quā cognouit hęc anima: in qua erat verbi cōuersio. Sic eñ ait: Ego fratri meo: t sup me cōuersio eius. Hunc sensum tertio repetiuit diuerse in canticis cānicorum. In principio ait: Frater me° mihi: t ego ei qui pascit in liliis vsq; dum aspiret dies: t amoueant vmbrę. Deinde ait: Ego fratri meo: t frater me° mihi qui pascit inter lilia. In fine ait: Ego fratri meo: t sup me cōuersio eius. Primus ad institutionē animę: ideo t p̄missit: Frat me° mihi: illo eñ demōstrante se etiā adhērēdi deo sumpsit affectū: qō sequit scōs pfectū: tertiū s'm pfectionē. In primo quasi in institutiōe adhuc vmbras videt aia necdū verbi agroinquātis reuelatione cōmotas: et ideo adhuc ei dies euāgelij nō refulgebat. In secūdo sine vmbrax confusione odores pios carpit. In tertio iā pfecta requiē in se verbo ministrat vt cōuertat sup eam: et caput suū reclinet atq; requiescat: meritoq; iā tenens quē antea quęstū inuenire nō potebat: inuitat ad agrū suū dicens: Veni frater meus: exeamus in agrū: requiescam° in castellis. Sup ad hortū ruitabat: hic ad agrū habentē nō solū florū gratiā: sed etiam triticū t ordeū: hoc est: solidioz firmamēta virtutū: vt fructus ei° aspiciat. Requiescam° inquit in castellis. Ad quę adā cū de paradiso eiect° esset fuerat relegat°: in his requiescebat: sed terrā operabat. Qua aūt ratione exire eū in agrū vellet: intellectus manifestus est: vt quasi bon° pastor pascat gregem suū: lassos alleuet: reuocet errātes. Mā etsi ista aia noua et vetera seruauit: tñ sunt adhuc velut agni qui lactis suco nutriendi sunt. Ergo quasi pfecta: nō p se ꝙ p alios interuenit: vt de sinu patris exeat: vt pcedat foras tanq; sponsus de thalamo suo: egrediens currat viā: vt infirmoo lucret: nō in illo secreto patris solio: t in illa luce immoretur: quo inualidi equi pscendere nō queūt: sed vt assumat t inducat in domū sponsam atq; secretū: ibi sit foris vt nobis intus sit medius nostrū: etsi nō videat a nobis. Tñ ait: Quis dabit te frater fratrē lactentēvbera matris meę? Inuenīē te foris osculabor te. Bona anima q̄ foris est: vt verbū intus sit: illa extra corpus vt verbū habitet in nobis. Assumā te inqt t inducā te. Recte assumit t inducit verbū dei: qz pulsat animā vt aperiat sibi ostiū. Et nisi apertū sibi ostium inuenerit nō intrat. Si ds aūt aperuerit ianuā: intrat t cognat. Sic sponsa verbū assumit vt assumēdo doceat. Unde nō immerito ascēdit ad hanc ad sapientes māsiones: t semp pcessū accipit. Qō significant virtutes q̄ dicunt: vel alę: Quę ē hęc q̄ ascēdit cā dida: innitēs sup fratrē suum? Supius dixerūt: Quęnā est hęc quę pspicit tanq; diluculū: speciosa sicut luna: electa sicut sol: hic plus qō dicerēt inuentū est: eo q verbo dei innixa ascēderat. Perfectiores eñ sup christū recūbunt: sicut t iohānes in christi pectore recūbebat. Ita q̄ t hęc vel incūbebat t xp̄o: vel supra ipsū se reclinabat: aut certe qñ de nuptiis loquimur: iam q̄si tradita in christi dextera: in thalamū ducebat spōso. Et qz iam copula charitatis est: blandit ei spōsus t dicit: Sub arbore mali eleuaui te: illic parturiuit te mater tua: illic parturiuit te q̄ peperit te. Bona aia quę requiescat sub arbore fructuosa: t marie boni odoris. Mā si nathanael bon°: in quo dolus null° erat sub arbore fici visus est: vnq; bona aia quę sub arbore mali eleuata est spōso suo? Plus est eñ eleuari q̄ videri: plus etiaz a sponso eleuari. Mā etsi nathanael videbat sub arbore: tñ anima eius sponsa non erat: qui occulte veniebat ad christuz: q: verebat iudeos. Nō erat speciosa sicut luna: electa vt sol quę erat in vmbra: q: sponsa p die nubet: publice cōfitet. Ideo ista sub arbore mali: illa sub ficu: qz hęc cōfessionis suę odorē diffundebat longi°: illa habebat puritatis innocētię suauitatē: sagrantiā spiritus nō habebat. Illic inqt parturiuit te mater tua: illic parturiuit te q̄ peperit te. Ibi.n. nascimur: ibi renascimur. Parturit aūt in quib° christi imago formak. Tñ t paulus ait: Filioli: q̄s ego parturio donec formetur christus in vobis. Parturit eñ qui in vtero accipit spiritū salutis: t alijs infundit. Unde qñ tā foz matuus in hac erat christus ait: Pone me vt signaculū in cor tuū: vt sigillū in brachiū tuum. Signaculū christus in fronte est: signaculū i corde. In fronte: vt sp cōfiteamur: in corde vt sp diligam°: signaculū in brachio vt sp operemur. Luceat q̄ imago eius in cōfessione nra: luceat in lectiōe: luceat in oribꝰ t factis: vt si fieri potest tota eius species expmak in nobis. Ipse sit caput nr̄m: qz

Cant. 7. Cant. 2. Cant. 6. Cant. 7. Ubi. s. Cant. 8. Apoc. 3. Cant. 8. Ut s. Joh. 1. Gal. 4. Cant. 8.

caput viri christus: ipse oculus noster vt p illū videamus patrē: ipse vox nostra p quā loquamur ad patrē: ipse dextera: p quā deo pam sacrificiū nostrū offeram°: ipse quoq; est signaculū nostrū: qđ est pfectionis t charitatis insigne: qt diligens pater signauit fi
Joh. 6. liuz: sicut legimus: Quē pater signauit deus. Charitas itaq; nostra christ°. Bona charitas: qñ optulit mortē se pro delictis: bona charitas quę peccatuz remisit. Et ideo anima nostra induat charitatē: t charitatē huiusmodi ḡ sit valida vt mors: qt sicut mors finis peccatorū est: ita t charitas: qñ qui di
1. Cor. 13. ligit dominū peccare desinit? Charitas enī nō cogitat malū neq; gaudet sup iniquitatē: sed omnia sustinet. Nam qui ea quę sua sunt nō q̄rit: quō aliena quęrit? Est t mors illa valida p lauacrū: p qđ peccatū oē sepelit: t culpa dimittit. Talis erat charitas quā deferebat euāgelica illa mulier: de qua dñs
Luc. 7. ait: Remissa sunt peccata ei° multa: qñ dilexit multū. Est t illa mors sanctoz martyrū valida: quę culpaz abolet superioꝝ: t nō valida. Cui° nō impar est charitas: quę adquaq; martyrū passioni: vt auferat meritū delictorū. Zelus ḡ vt inferi: qñ q̄ zelū dei habet: p xpo nec suis parcit. Itaq; t mortē habet charitas t zelū habet charitas: t alas ignis habet charitas. Denīq; christus dilī
Exo. 3. gēs moysen: in igne ei apparuit. Et hieremias habens in se donū diuinę charitatis di
Hiere. 20. cebat: Et erat ignis inflāmans in ossib° meis: t dissolutus sum vndiq; t ferre non possum. Bona igit charitas habēs alas ignis ardentes: quę volitat p pectora t corda sanctorum: t exurit quicqđ materiale atq; terrenū est: qcqđ vero sincerū est, pbat: t qđ cōtigerit suo igne meliorat. Hunc ignē in terras misit dñs iesus: t refulsit fides: accensa deuotio: illuminata est charitas: iusticia resplēduit. Hoc igne inflāmauit corda apłoꝝ
Luc. 24. suoz: sicut testat cleophas dicēs: Nōne cor nostrū ardens erat in nobis cū aperiret scripturas? Alę igit ignis in flamma: scripturę sunt diuinę. Denīq; aperiebat scripturas: t ignis ertiebat: atq; audientū corda penetrabat. Et vere alę ignis: qz eloquia dñi eloq̄a
Pś. 11. casta: argentū igne examinatū. Cū paulus quoq; assumeret a christo vidit circūfulsisse super se lumē: t sup eos q̄ simul erant: ceciDit pauore t pbatio: resurrexit: denīq; apo
Act. 1. stol° factº est: qui pfectos aduenerat. Spiritus ḡs sanct° descendit: t repleuit totā domū in qua erant plurimi sedēres: t visę sunt dispersę lingue tanq̄ ignis. Bonę alę charitatis: verę alę quę volitabant p ora aplorz: t alę ignis quę purgatū sermonē loquebā
Gen. 5. tur. Hic alis euolauit enoch raptº ad cęlū: Hic alis euolauit helias curru igneo: t eqs
4. Reg. igneis ad supna translatº est: Hic alis dñs deus p columnā ignis deducebat patrz płebez. Has alas habuit seraphin: qñ sumpsit
Esa. 6. carbones ignis de altari t tetigit os ppheteę: t iniquitates eiº abstulit: t peccata purgauit. Harū alarum igne purgan sunt filij leui: t baptizabāt plūs nationū: sicut testificatur iohānes dicēs de dño iesu: Ipse vos
Matth. 3. baptizabit in spiritu t igne. Aderito vt renes suos volebat t cor suuz dauid: qt alas igneas charitatis sciebat non esse metuendas. Aderito hebręi pueri in fornace ardenti non sentiebant ignis incēdia: qz charitatis eos flamma refrigerabat. Et vt plenius cognoscamus qt alas habeat pfecta charitas: audisti dudū dicentē: Quotiens volui
Matth. 23. cōgregare filios tuos sicut gallina congregat pullos suos sub alas suas. Sumam° igitur has alas: quę sicut flāma ad superiora diriguntur. Exuat vnusquisq; animā suā inuolucris sordidioꝝ°: t quasi aurz igne approbet detersaz luto. Sic enī purgat anima: velut auruz optimū. Pulchritudo aūt animę sincera virtus t decor: veriot cognitio superiorū: vt videat illud bonū ex quo pendēt omnia: ipsum autē ex nullo. Eo igit vivit: atq; intellectū accipit. Vitę est fons est summū illud bonū: cui° in nobis accendit charitas t desiderū: cui appropinquare t misceri voluptas est: qđ ei qui nō vivit desiderio est: t qui videt est: ideoq; vniuersa alia despicit: hoc vno mulcet t delectatur: hoc est: qđ substantiā: ipsum aūt in semetipso manens dat alijs: nihil aūt in se ex alijs suscipit. De quo ppheta ait: Di
Pś. 15. xi dño deus meus es tu: qñ bonoꝝ meorū nō eges. Hoc solū videre desiderauit: sicut ipse alibi ait: Vnā petij a dño hanc requi
Pś. 26. ram: vt inhabitē in domo dñi oēs dies vitę meę: t videā delectationē dñi t considerem templū eius. Si quis igit puz illud t incorporeū summū illud videre meruerit: qđ habet aliud qđ desideret? Denīq; petrus gloMatth. 17. riā resurrectionis christi vidit: t nolebat descendere dicēs: Dñe: bonū est nos hic esse.

Et quãto incõparabilio: est illa diuinitatis gloria ⁊ lux inaccessibilis: quã si qs viderit quid aliud cõcupiscat? Hõ regna: non facultates: honores: gloriã: ptãtes. Illic cñ vti nihil beatitudinis est: hoc vti beatũ est: vt illa despiciãs ad hoc cõuersus maneat. Hãc igitur videns pulchrã imaginẽ ingrediatur intus: foris relinquat vultus corporis. Nã qui intuet corpora: nõ debet introrsus intueri: ne more mergẽtis in gurgite rapiat atq; absorbeat: ⁊ quasi pfundo demersus nusq; appareat. Fugiam⁹ ergo in patriã veriss/mam. Illic patria nobis: ⁊ illic pater a quo creati sumus: vbi est hierusalẽ ciuitas q̃ est mater omniũ. Sed quę est fuga? Nõ vnq; pedũ qui sũt corporis. Isti cñ quocũq; currunt in terra currũt: ⁊ de solo ad solũ transeunt. Nec nauibus fugiamus ⁊ currib⁹: aut equis qui obligant ⁊ cadunt: sed fugiamus animo ⁊ oculis: aut pedib⁹ interioribus. Assuescam⁹ oculos nostros videre: quę dũcida ⁊ clara sunt: spectare vultũ cõtinentię et tẽperantię: omnesq; virtutes: in quibus nihil scabrũ: nihil obscurũ ⁊ tortuosum sit: et seipsũ expecter quis ⁊ cõscientiã suã: illum oculũ mũdet: ne quid sordidũ habeat. Qñ cñ videt non debet dissonare ab eo qui videt: qñ cõformes nos de⁹ imaginis voluit esse filij sui. Cognitũ igit nobis est illud bonum: nec longe est ab vnoquoq; nostrũ. Jn
Act.17 ipso cñ viuim⁹ ⁊ sumus ⁊ mouemur. Ipsius cñ ⁊ genus sumus: vt apls gentiles posuit significari. Ipsum č bonũ qõ querim⁹:
Pareti.10. solum bonũ. Nemo cñ bonus nisi vn⁹ deus. Hoc est oculus: qui magnũ illũ ⁊ verũ decorẽ intuetur. Solẽ nisi sanus ⁊ vehemẽs oculus nõ aspicit: nec bonũ põt videre: nisi anima bona. Fiat ergo bonus qui vult videre dominũ: et qõ est bonũ. Hui⁹ boni similes simus: ⁊ fm id operemur q̃ bona sũt. Hoc est bonũ qõ supra omnẽ operationem est: supra omnẽ mentẽ atq; intellectũ: ipsius est qõ semp manet: ad ipsum cõuertunt omnia: in quo habitat plenitudo diuinitatis: ⁊ q ipsũ recõciliant omnia in ipsum. Et vt
Ebreo.4. Col.3. plen⁹ definiamus quid sit bonum: vita est bonũ: q: semp manet dans viuere: ⁊ est omnibus: q: fons est oim vitę chaustus: de quo ait ꝓpheta: Jn ymbra ei⁹ viuemus. Nunc cñ vita nostra abscõdita in chausto esse cum aũt apparuerit chris⁹ vita nostra tũc ⁊ nos apparebimus in gloria. Ergo nõ timeamus mortẽ: qm requies est corporis: animę autẽ vel libertas: vt absolutio. Nec vereamur eũ qui potest corpus interficere: animã aũt nõ põt: q: nõ timemus eũ qui potest vestimentum auferre: nõ timemus eũ qui põt nostra furari: nos aũt non potest. Nos igit animę sumus: si volum⁹ esse bebiq; de bis q̃ sunt socij iacob: id est imitatores eius. Nos animę sumus: nostra aũt mẽbra sunt seruãda: ne scindant: ne inuetereſcant: sed ille magl qui bis vtit seruare se debet ⁊ custodire.

Sancti Ambrosij episcopi liber de Isaac ⁊ Anima explicat.

Capitulorũ libri de bono mortis sancti Ambrosij episcopi: recollecta annotatio.

De causa facultatis scribendi de bono mortis: ⁊ qua ratione mors bona vel mala videri possit: eũ argumento ex descriptione vitę ⁊ mortis accepto: quo mors dicenda videat mala. Ca.i.

De tribus mortis generib⁹. Et q̃ mors tertia quę ẽ animę ⁊ corporis secessio cũ omnes absoluat paucos delectet. Quę hoc nõ eius sit vitiũ sed nostrę infirmitatis: q̃ delectatione vitę illius capimur. Jn qua cuj⁹ plus sit amaritudinis q̃ voluptatis: mors quę est finis illa⁹ bona est: nec vita ista tantopere desiderãda. Ca.ii.

Quid fm scripturã sit mors ⁊ quid vita. Et q̃ in hac vita sit quędã mors bona: cũ scilicet quis in hac vita positus speciẽ mortis imitat: ⁊ ita se agit vt ei moriant omnes corporis delectationes: ⁊ etiã ipse cupiditatibus omnibus mundiq; illecebris moriatur: Ad quã et ipse apls nos hortatur: docens ista mortẽ in hac vita positis expetendã: Et quó quis sic mortez imitetur. Quibus etiã rebus deflectatur ⁊ abducatur. Ca.iii.

De solutione obiectionis qua mors arguitur nõ esse bona: q: deus eaj nõ fecerit: et qua ratione omnifariã mors sit bonum. Quę q: ideo frustra homines mortez timeant: pſertim cũ sit finis pcti: ⁊ q ipsa mundum redemerit. Ca.iiii.

Qua ratione cõmunis omniũ mors nõ sit timenda. Quõ etiã dũ in corpore sumus vsum mortis imitãtes abducere nos debeam⁹ a nexu corporis: omniaq; terrena relinquere: cõscendere ad diuina: surgere

de mundanis: fugere hęc mala: ⁊ exaltare animaz ad imaginem ⁊ similitudinē dei: eāq; munire muris ac speculatore. Quomodo etiam ipsa debeat ingredi in hortos atq; paradisum: ⁊ ex illo abundantiā virtutū transferre: ⁊ in hortū mentis trāsplantare: in quē verbū dei inuitatū descē dat et pascat: Et cognoscere q̄o fructº ⁊ ci boos epuletur quibusue delectet. La. V.

Quomodo cauēdi sint laquei principatuū aereorū qui nos recte gradientes ⁊ ad altiora tendētes impedire quęrūt ⁊ ad terrena reuocare. La. VI.

Quō nostri nobis sint laquei cauēdi. Et de molestijs huius vitę: ꝓpter quas tota vitam odio habuit ecclesiastes: ⁊ mortē laudauit. Quę ipio amariot sit vita q̄ mors: cuz gravº sit ad peccatū viuere: q̄ in peccato mori: Ex quibº ꝓcluditur mortem nō esse malū. La. VII.

Qua ratione nō mors ipsa q̄ terribilis apō viuentes estimaf sit terribilis: sed opinio de morte. Et de cōfutatione duarū causarū ob quas mortē inspiētes verenf. Quę mors generaliter nō sit mala: licet specialiter pessima sit mors peccatorū. Cur ꝓterea greci finē appellauerit mortē. Et q̄ntā morti sanctº iob laudē tribuerit. La. VIII.

Quēadmodū ex recapitulatione de bono mortis: ꝓbef anima nō mori cū corpore: ⁊ qq; in bonis demoratura sit. Quid etiam nobis cauendū sit: ⁊ quid faciendū si velimus post mortē huiº corporis: in istis bonis esse. La. IX.

De diuino testimonio quo demōstratur q̄ anima nō moriaf cū corpore. Et de errore hominū qui ꝓciosa struūt sepulchra tāq; animę ⁊ corporis receptacula: cū animaz supiora esse habitacula scripturę testimonijs valde ꝓbef. La. X.

De iustarū alaz ingēti leticia p septenariū ordinē digesta. Ac ō admonitōe vt ⁊ nos studiū adhibeamº quo ala nfa deo agreo piquet: ⁊ ab eo nō sepemur. Quo etiā mō ꝺ facere debeamº. Quę nō vereamur illū oibus debitū finē in quo defraf remunerationē suę deuotionis inuenit. La. XI.

De ꝓsolatiua exhortatiōe vt intrepide pgam º ad redēptorē nfm iesū xp̄m: ⁊ ad patriarchaz ꝓcliū: scrōz cętū: iustoz q; ꝓuētū: vbi paradisus iocūditaf: parateq; seruit iesu ꝓmisse mānsiōes. Qua ratiōe ꝓterea illuc festinare debeamus. La. XII.

Sancti Ambrosij

Sancti Ambrosij episcopi liber de Bono mortis. In quo mortē nō esse malam sed bonā: ⁊ ita neq; timenda: sed potiº expetenda esse demōstrat: fęliciter incipit.

De causa facilitatis scribendi de bono mortis: ⁊ qua ratione mors bona vel mala videri possit: cū argumēto ex descriptione vite ⁊ mortis accepto: quo mors dicenda videatur mala: La. I.

QVoniā de anima superiore libro sermonem aliquē ꝓtexuimus: faciliorē viam putamus de bono mortis cōficere aliqd. Quę si animę noceat malū videri potest: si nihil aūt officiat animę ne malū quidē. Qđ autē malum nō est: id etiā bonū: qm̄ qđ vitiosum id malū: qđ autē vitio caret id bonum: ideoq; bona malis cōtraria sūt: ⁊ mala bonis. Deniq; innocētia est: vbi nō est nocendi volūtas: ⁊ noxius dicif qui nō sit innoxius: misericors qui remittat: imisericors q̄ ignoscere atq; inflecti nesciat. Sz forte aliq̄s asserit: Quid tam cōtrariū q̄ vita morti? Si ergo vita bona putaf: quō mors nō est mala? Et ideo quid sit vita: quid etiā mors cōsideremus. Vita est spirandi munere frui: mors puniri. Hoc aūt spirandi munus apud plerosq; in bonis ducitur. Hoc est ergo vita frui bonis: mors cōtra bonis exui. Et scriptura dicit: Ecce dedi ante faciē tuam vitā ⁊ mortē: bonū ⁊ malum: vitam bonū appellans: mortem malū: vel illa sibi ꝓpria: ⁊ hęc sibi cōscrēo. Deniq; vt lectionis diuinę exēplo vtamur: in paradiso est positº homo: vt ederet de ligno vite: ⁊ cęteris paradisi lignis: de ligno autez in quo esset cognitio boni ⁊ mali nō ederet: qua die aūt ederet morte moreretur. Nō seruauit ꝓceptū: ⁊ caruit fructu: atz eiectus de paradiso mortē gustauit. Malū igif mors quę ꝓcio dānationis inferf. Deut. 30.

De tribus mortis generibº. Et q̄ mors tertia quę est animę ⁊ corporis secessio cū omnes absoluat paucos delectet. Nęq; hoc nō eiº sit vitiū sed nostre infirmitatis: qui delectatione vite istius capimur.

In qua cuꝰ plus sit amaritudinis q̄ voluptat: mors que est finis illius bona est: nec vita ista tantopere desiderāda: La. II.

QEd mortis tria sunt genera. Una
mors peccati est: de qua scriptū est:
Eccl. 38. Anima que peccat ipsa morietur.
Alia mors mystica: quando q̄s peccato mo
ritur t deo viuit: de qua ait idem apostol⁹:
Ro. 6. Consepulti enī sumus cū illo p baptismum
in mortē. Tertia mors qua cursum vite hu
ius t munꝰ explemus: id est: anime corpo
risq; secessio. Aduertimus igit q̄ vna mors
sit mala si ꝓpter peccatum moriamur: alia
mors bona sit: qua is qui fuerit mortuꝰ iu
stificatꝰ est a peccato: tertia mors media sit.
Nā t bona iusti videt: t plerisq; metuēda.
Que cū absoluat omnes: paucos delectat.
Sed nō hoc mortis est vitiū sed nostre infir
mitatis: qui voluptate corporis t delectati
one vite ultꝰ capimur: t cursum hūc cōsum
mare trepidamus: in quo plus amaritudi
nis q̄ voluptatis est. An nō sancti ac sapiē
tes viri: qui longeuitatē pegrinationis hu
ius ingemiscebāt dissolui t cum christo esse
pulchrū estimantes: denicq; dīe generatio
Job. 3. nis sue execrāt: dānt: sicut ille qui ait: Pereat
dies illa in qua natꝰ sum? Quid enī est vel
quo q̄ hec vita delectat: plena erumnarum
t sollicitudinū: in qua innumere calūnie: et
multe molestie: t multe lachrymē eorū q̄ af
flictantur molestijs: t nō est inquit qui eos
Eccl. 4. cōsolet? Et ideo laudat ecclesiastes defunc
tos magis q̄ viuentes: Et optimus inq̄t su
pra dos duos qui nondū natꝰ est: qui nō vi
dit hoc malū. Et alibi idem ecclesiastes: me
liorem longeuo viro asseruit: quem abortu
eecit mater sua: q̄ nō vidit hec mala que fi
unt i hoc mūdo: nec in has venit tenebras:
nec in vanitate ambulauit seculi: t ideo re
quiē hic magis habebit qui in hanc vitā nō
venit: q̄ ille qui venit. Quid enī bonī ē ho
mini in hac vita: qui in vmbra viuit: nec ex
pleri pōt cupiditatib⁹ suis? Etsi repleat di
uitijs: fructū quietis amittit: q̄ cogitur cu
stodire q̄ misera auiditate q̄sierit: vt mi
serius eas possideat: cui pdesse nō potērūt.
Quid enī miseri⁹: q̄ vt custodia toqueat:
quarū abundātia nihil ꝓfit? Itaq; si plena
oneris vita: vtiq; finis eius alleuamentum
est. Alleuamentū aūt bonū mors: mors au
tem finis. Mors igit bonū est. Recq; enī ali
ter gaudius est t symeon qui respōsum acce
perat: nō visurum se mortē nisi prius vide- Luc. 2.
ret christum dñi: t cū eum parētes in tēplū
ducerent: suscepit manib⁹ suis t dixit: Nūc
dimittis dñe seruū tuū in pace: quasi neces
sitate quadā teneret in hac vita: nō volūta
te. Ita dimitti petit: quasi a vinculis ꝺbus
dam ad libertatē festinaret. Sunt enī velut
vincula quedā corporis hui⁹: t qō est grauī
us vincula temptationū: que nos alligant
t ad iniuriā captiuitatis astringunt quadā
lege peccati. Denicq; in exitu ipso videm⁹:
quēadmodū anima decedētis paulatim sol
uat se vinculis carnis: t ore emissa euolet tā
quā carcereo corporis huius exuta gurgu
stio. Denicq; festinabat etiā sanctꝰ dauid
de hoc loco pegrinationis exire dicens: Ad Ps. 38.
uena ego sum apud te in terra et pegrinus:
sicut oēs patres mei. Et ideo tanq̄ pegrin⁹
ad illā sanctoꝝ cōem omniū patriā festina
bat: petēs ꝓ huius cōmorationis inquina
mento remitti sibi peccata priusq̄ discede
ret de vita. Qui enī hic nō acceperit remissi
onē peccatorū: illic non erit. Nō erit aūt: q̄
ad vitā eternā nō potuerit puenire: q̄ vita
eterna remissio peccatoꝝ est. Ideoq; dicit:
Remitte mihi vt refrigerer priusq̄ eam: et Ps. 38.
amplius nō ero. Quid igit tantopere vi
tam istā desideramus: in qua quāto diuti
us quis fuerit: tanto maiore oneratur sarci
na peccatorū? Ipse dominꝰ ait: Sufficit di- Matth. 6.
ei malicia sua. Et iacob dixit: Dies annorū Gen. 47.
vite mee quos habeo: centū triginta anni
mi t mali: nō quia dies mali: ſ quia nobis
accessu dierū malicie incrementa cumulā
tur. Nullus enī dies sine nostro peccato ꝑ
terit. Unde egregie apostolus ait: Mihi Phil. 1.
viuere christus t mori lucrū: aliud ad neces
sitatē vite referens: aliud ad mortis vtilita
tem. Christus enī nobis viuere cui seruim⁹:
cui oportet vt a sancto suo in euāgelij ꝓdi
catione deseratur obsequiū. Denicq; t sy
meon qui ait: Nūc dimittis seruum tuū: ꝓ
pter christū expectabat. Christus enī rex
noster est: t ideo q̄ rex iubet: deserere non
possumus t cōtemnere. Quātos imperā
tor terre huius in pegrinis locis: aut bono
rio specie: aut muneris alicuius causa iubet
degere: Nunq̄d hi incōsulto imperatore dis
cedūt? Et quāto amplꝰ est diuinis parere
q̄ humanis? Viuere ꝑ sancto christus est: t
mori lucrū. Quasi seruꝰ enī nō refugit vite

obsequiū: ⁊ quasi sapiens lucrū mortis amplectitur. Lucrū est euasisse incrementa peccati: lucrum fugisse deteriora: ⁊ ad meliora transisse. Et addidit: Dissolui ⁊ cū christo esse multo ēm melius: pmanere aūt in carne magis necessariū ꝓpter vos. Aliud meli⁹: aliud necessariū. Necessariū ꝓpt fructū operis: melius ꝓpter gratiā ⁊ copulā christi. Phil.1.

Quid ḡ in scriptura sit mors ⁊ q̄d vita. Et q̄ in hac vita sit q̄da mors bona: cum scilicet quis in hac vita positus speciem mortis imitat: et ita se agit vt ei moriant omnes corporis delectationes: ⁊ etiā ipse cupiditatibus omnib⁹ mundiq; illecebris moriat: ad quā ⁊ ipse ap̄ls nos hortat: docens istam mortem in hac vita positis expetendam. Et quomō quis sic mortem imitetur. Quibus etiaz rebus deflectatur ⁊ abducatur: Ca. iii.

Ergo q̄m docuit apostolus euz qui euaserit ex hoc corpore (si meruerit tamen) cū christo futurum: q̄uid sit mors: quid etiā vita cōsideremus. Itaq; scriptura docente cognouim⁹: q; mors absolutio est animę ⁊ corporis: ⁊ quędā hominis separatio. Soluimur ēm hoc nexu animę ⁊ corporis cū recedimus. Unde ⁊ dauid ait: Dirupisti vincula mea: tibi sacrificabo hostiā laudis. Vincula aūt vitę hui⁹: id est: cōiunctionis nostrę quę ex anima cōstat ⁊ corpore: significari docet superior versiculus psalmi hui⁹: Pręciosa in ꝓspectu domini mors sanctoꝝ eius. Et ideo quasi ꝓpheta ꝓuidens se cū sanctis: ⁊ qui ꝓ deuotione animas suas in christo deposuerunt futurū: lętat: q; ⁊ ipse obtulit se fideliter ꝓ dei populo aduersus goliam singulari certamine dimicare: vt solus cōmune periculū ⁊ crimen refelleret: vel cū se morti ꝓ dñi placanda offensione ꝓmpt⁹ obiceret: vel cū se pro salute ꝑ laborantis diuinę vltioni parat⁹ offerret. Sciebat ēm gloriosius esse ꝓ christo mori: q̄ regnare in hoc sęculo. Quid ēm ḡstantius q̄ fieri christi hostiā? Itaq; cū frequēter ab eo legamus dño oblata esse sacrificia: hoc tamē loco addidit: Tibi sacrificabo hostiā laudis. Nō sacrificio inquit: sed sacrificabo: significans illud pfectū esse sacrificiū: quādo vnusquisq; dño corporis huius Psal.115. Ubi s.

vinculis absolut⁹ assisteret: ⁊ offerret se hostiam laudis: q; ante mortē nulla est pfecta laudatio. Neq; quisq̄ in hac vita potest definito ꝑconio ꝓdicari: cū posteriora eius incerta sint. Mors igit̄ absolutio est animę ⁊ corporis. Denicq; ⁊ in apło docuimus le cuz: Dissolui ⁊ cū christo esse multo meli⁹. Solutio aūt ista quid aliud agit: nisi vt corpus resoluat ⁊ quiescat: anima aūt cōcertatur in requiē suam ⁊ sit libera: quę si pia est cuz christo futura sit? Quid igit̄ in hac vita aliud iuuāt: agunt: nisi vt exuant se hui⁹ corporis cogitationib⁹: quę velut vincula nos ligant: ⁊ se ab his molestijs separare cōtendant: renūcient voluptatibus suis atq; luxurię: fugiant flāmas libidinū? Nōne igi tur vnusquisq; in hac vita posit⁹ speciē mortis imitat: qui pōt ita se agere vt ei moriantur omnes corporis delectatiōes: ⁊ cupiditatibus omnib⁹ mūdiq; illecebris etiā ipse moriat: sicuti mortuus erat paulus dicens: Mihi ēm mundus crucifix⁹ est: ⁊ ego mundo? Denicq; vt sciamus q; est mors in hac vita: et bona mors: hortat nos vt mortē iesu in corpore nostro circūferamus. Qui ēm habuerit in se mortē iesu: is ⁊ vitaz dñi iesu in corpore suo habebit. Operęr igitur mori in nobis vt operęr et vita. Bona vita post mortē: hoc est: bona vita post victoriā: bona vita absoluto certamine: vt iā lex carnis legi mentis repugnare nō nouerit: vt iā nobis nulla sit cū corpore mortis cōtentio: sed sit in corpore mortl victoria: atq; haud scio ipse: an maioris virtutis mors ista: q̄ vita sit. Certe ap̄l̄ moueor auctoritate dicentis: Ergo mors in nobis operat: vita aūt in vobis: Vnius mors quanto⁹ populoꝝ vitaz ędificabat. Itaq; docet ⁊ ista mortez in hac vita positis expetendam: vt mors christi in corpore nostro eluceat: ⁊ illā beatā qua corrumpit exterior vt renouet interior homo noster: ⁊ terrestr̄ domus nostra dissoluat: vt habitaculū nobis cęleste referat. Imitatur igitur mortem qui se a cōmunione carnis hui⁹ abducit: atq; illis vinculis soluit: de quibus tibi dicit domin⁹ ꝑ esaiam: Solue omnē colligationē iniusticię: dissolue obligationes violentarū cōmutationū: dimitte cōfractos in remissionē: ⁊ omnē circūscriptionem iniquā dirumpe. Imitatur ⁊ ille mortem qui se voluptatib⁹ exuit: ⁊ a terrenis cogitationib⁹ attollit atq; ablegat: ⁊ in Gal.6. Esa.58.

illo cęlesti habitaculo locat: in quo paulus cum adhuc viueret puersabatur. Aliter eñ non diceret: Nostra autem conuersatio in cęlis est: quod pariter ad pręsumptionem menti potest meditationęq; conferri. Illic eñ erat eius meditatio: illic animę eius cõuersatio: illic eius prudẽtia: quę vtiq; intra angustias carnis huius hęrere nõ solebat.

¶ Sapiens eñ cum illud diuinũ requirit: absoluit animã suam corpore: t eius abnegat contubernũ: cum illã veri tractat scientiam: quã velut nudã sibi t apertam desiderat demonstrari: t ideo retibus quibuslã t nebulis huius corporis se quęrit exuere.

Necq; eñ manibus istis aut oculis atq; auribus cõprehendere illam supernã possum⁹ veritatę: Quoniã quę videntur tẽpora: alia sunt: quę autẽ nõ vidẽtur ęterna. ¶ Deniq; sępe fallimur visu: t aliter plerąq; ẽ sunt videm⁹. Fallimur etiam auditu: t ideo nõ cõtemplemur illa quę videntur: sed quę nõ videntur si nolumus falli. Quãdo igitur anima nostra nõ fallitur: quãdo solũ veritatis attingit: nisi quando se ab isto secernit corpore: neq; ab ipso decipitur t illuditur? Illuditur eñ visu oculorum: illuditur auditu aurũ: t ideo relinquat illũ t deserat. ¶ Un de apostolus clamat: Ne tetigeritis: ne attaminaueritis: ne gustaueritis omnia quę sunt ad corruptelam. In corruptelam enim sunt: quę sunt in corporis indulgentia. Et ideo ostendens nõ per corporis diligentiã: sed p animę elevationẽ t cordis humilitatẽ inuenisse qõ verum est: addidit: Nostra autem conuersatio in cęlis est. ¶ Ibi igit quęrat quod verum est: qõ est t manet: secq; in sese colligat: t congreget omnem aciem virtutis suę: neq; aliq̃ cõmittat t credat: sed se ipsum cognoscat t intelligat: t qõ sibi videtur verum esse hoc sequẽdũ nouerit. Quod delectatione carnali eligendũ ęstimauerit: hoc sciat falsum: ab eo fugiat t recedat: quia fraudis est plenũ. ¶ Merito ergo deprecatur t deformitatem hoc corpus: corpus mortis appellans. Quis eñ oculis potuit videre virtutum splendorẽ? quis iusticiam manibus cõprehendere? quis sapientiam oculorum obtutibus intueri? ¶ Deniq; quãdo aliquid cogitamus: neminẽ nobis occurrere: neminẽ volum⁹ obstrepere auribus nostris: atq; ita intendimus animo vt plerũq; nõ videamus pręsentia. Quinetiã in noctibus sincerius cogitamus: t tunc meli⁹ quę mouent: corde meditamur. Unde t ꝓphęta ait: Quę dicitis in cordib⁹ vestris: in cubilibus vestris cõpungimini. ¶ Sępe etiã aliqui claudunt oculos: si quid profunde volunt nisi cogitatione eruere: oculorũ impedimenta vitantes. ¶ Sępe etiã solitudines captamus: ne cuius sermo nostris auribus insusurret: t quasi semita quędã inhęrentẽ cogitationi animã abducat a vero: atq; ab intentione deflectat. ¶ Adultas igitur occupationes nobis corporis hui⁹ necessitas gignit: atq; vsus inuehit: quibus impeditur animę vigor: ac reuocatur intẽtio. ¶ Unde de se pulchre dicat sanctus Iob: Memẽto q; lutũ me fecisti. Si ergo lutum est corpus: oblinit nos vtiq; non diluit: et coinquinat animã inquinamẽto intẽperantię. Cotium t carnẽ me inquit induisti: ossibus t neruis intexuisti. Ligatur itaq; t distenditur anima nostra illius corporis neruis: t ideo interdũ rigescit: sępe curuatur. Et addidit: Ab iniquitate innocentẽ me nõ fecisti. Si eñ impius fuero vę mihi: si autẽ sim iustus non potuero me reclinare. Plenus eñ cõfusionis suę: Induxisti sup me tẽptationes. ¶ Quid eñ est aliud hęc vita: nisi plena laqueorũ? Inter laquos ambulam⁹: inter plurimas versamur tẽptationes. Deniq; idem supra ait: Nunquid non temptatio est vita hominis in terra? Bene addidit i terra: quia est vita hominis t in cęlo. Sicut mercenarij inquit merces vita ei⁹: in labore scilicet et tepore: leuior fabulo: t fluitans et natans verbis: cuius habitatio in luteis domibus t ipsa vita in luto: nulla firmitudo sententię: nulla constantia. In die nor desiderat: in nocte dies quęritur: ante escam gemitus: inter cibos fletus: lachrymę: dolores: timores: sollicitudines: nulla requies a perturbationib⁹: nulla a laboribus reclinatio: irę t indignationis motus horribiles. Plerąq; cupiunt mortem: t non impetrant: si aũt impetrauerint gratulant: q: sola est mors requies viro.

Col. 1.

Col. 4.

Pſa. 4.

Job. 10.

Job. 7.

¶ De solutione obiectionis quia mors arguitur nõ esse bona: quia deus eam non fecerit: t qua ratione omnifariam mors sit bonum.

Qõ quia tõ frustra homines mor-

tem timeant: p̄ꝛesertim cuꝫ sit finis peccati: ⁊ qꝫ ipsa mundum redemerit: Lą. iiii.

Gen. 1. Sed dicet aliquis scriptuꝫ esse: quia deus mortem nō fecit. Vita erat in paradiso vbi lignū vitę: ⁊ vita erat lux hominū: Mors igitur mala: quę accessit ⁊ subintrauit. Sed quomodo mors mala: si aut fm gēriles sensu caret: aut fm apo

Phil. 1. stolū lucrū christ⁹ est: cū quo esse multo melius? Quō igit mors nobis malū: si null⁹ p⁹ mortē sensus ē? Vbi eñ null⁹ sensus: null⁹ vtiq; iniurię dolor: q; dolor sensus est. Aut quia est post mortem sensus: est vtiq; vita post mortem: ⁊ superstes mortis est anima: quę sensu vtitur: ⁊ vita fungitur. Cū autez manet post mortez vita atq; anima: manet bonū: nec morte amittitur sed augetur: nec vllo impedimēto mortis retardatur anima sed operatur magis: quia operatur quę sua sunt: sine vlla societate corporis: qō animę maiori oneri q̄ vsui ē. Quid igitur mali est animę: quę puritatē suam custodient: ⁊ virtutum disciplinaꝫ seruauerit? Aut si nō seruauerit: non mors malum: sed vita: quia vita nō fuit. Quę est enim vita: vitijs peccatisq; obsita? Quid igitur accusamus mortez: quę aut vitę precium fuit: aut abolet ei⁹ dolorem atq; cruciatum? Itaq; mors aut suę quietis bono vtitur: aut malo alieno laborat. Nūc illud expecta: Si vita oneri: mors absolutioni: si vita supplicio: mors remedio: aut si iudiciū post mortem: etiam vita post mortē. Mors igit ea nō est bona? Aut si hic vita bona: quomodo mors illic nō est bona: cū illic nullus sit terribilis iudicij metus? Sed ipsa ō vita bona si est: qb⁹ reb⁹ bona est? Virtute vtiq; et bonis moribus. Nō ergo fm animę ⁊ corporis copulam bona est: sed quia per virtutē quod malum est suū repellit. Qō autē bonū est mortis adipiscatur: vt quod animę est magis q̄ id qō cōtubernij ⁊ cōiunctionis operetur. Q̄ si vita bona quę animę se a corpore separantis est speculum: etsi anima bona quę se eleuat atq; abducit a corporis cōtubernio: ⁊ mors vtiq; est bonū: quę animā a societate carnis huius absoluit ⁊ liberat. Omnifariā igitur mors est bonuꝫ: ⁊ quia cōpugnantia diuidit: ne se inuicē impugnēt: ⁊ qꝫ port⁹ quidam est eorum qui magno vitę illius iactati salo: fide quiet⁹ stationē requirunt. Et quia deteriorē statum nō efficit: sed qualem in singulis inuenerit: talez iudicio futuro reseruat: ⁊ quiete ipsa fouet: ⁊ p̄sentium inuidię subducit: ⁊ futurorum expectatione cōponit. Accedit eo qꝫ frustra homines mortem timent: quasi finem naturę. Nam si recolamus qꝫ deus mortem nō fecerit: sed postquā homo lapsus in flagitium est p̄uaricationis ⁊ fraudis sententia cōprehenderit: vt in terram suā terra remearet: inueniemus mortē finem esse peccati: ne quo esset vita diuturnior: eo fieret culpa numerosior. Passus est igitur dominꝰ subintrare mortē vt culpa cessaret. Sed ne iterum naturę finis esset in morte: data est resurrectio mortuoruꝫ: vt per mortē culpa deficeret: per resurrectionem autē perpetuaretur natura. Itaq; mors hęc transitus vniuersoꝝ est. Opus est: vt constanter transeas. Transitur autem a corruptione ad incorruptionem: a mortalitate ad immortalitatē: a perturbatione ad tranquillitatem. Non igitur nomen te mortis offendat: sed boni transit⁹ beneficia delectent. Quid est enī mors: nisi sepultura vitiorum: virtutum suscitatio? Vnde ⁊ ille ait: Moriat anima mea in animis iustorū: id est: cōsepeliatur: vt sua vitia deponat: iustorū assumat gratiam: qui mortificationem christi in corpore suo atq; anima circūferunt. Mortificatio autem christi: remissio peccatorū: abolitio criminuꝫ: terroris obliuio: assumptio gratiarum est. Quid aūt de bono mortis plenius possumus dicere: q̄ qꝫ mors ē quę mundū redemit? Numeri. 23.

Qua ratione communis omnium mors non sit timenda. Quomodo etiā dum in corpore sum⁹ vsum mortis imitantes abducere nos debeamus a nexu corporis: omniaq; terrena relinquere: cōscendere ad diuina: surgere de mundanis: fugere hec mala: ⁊ exaltare animam ad imaginem ⁊ similitudinem dei: eamq; munire munisq; speculatore. Quomodo etiam ipsa debeat ingredi in bonos atq; paradisum: ⁊ ex illo abūdantiam virtutuꝫ transferre: ⁊ in

hortum mentis transplantare: in quē verbum dei inuitatum desce dat ⁊ pascat: Et cognoscere quos fructus ⁊ cibos epuletur quibus ue delectetur: La. v.

Sed de cōmuni omniū morte dicamus. Quid eā timeam⁹: quę animę nocere nō soleat? Scriptuz est enim: Nolite timere eos qui occidunt corpus: animā autem non possunt occidere. Per mortē autem istam anima liberatur: dum a corporis cōtubernio secernitur: et inuolucris perturbationis exuitur. Unde ⁊ nos dum in corpore sum⁹ vsum mortis imitantes: ableuemus animā nostraz ex istius carnis cubili: ⁊ tanquā de isto exurgamus sepulchro. Abducamus nos a corporis nexu: relinquam⁹ omnia quęcūq; terrena sunt: vt cum venerit aduersarius nihil in nobis inueniat suum. Contendam⁹ ad illud ęternum: ad illud diuinuz euolemus pennis dilectionis: ⁊ remigio charitatis. Surgam⁹ hinc: hoc est: de sęcularibus atq; mūdanis. Dixit enuz dominus: Surgite eamus hinc: ħcipiens vt vnusquisq; surgat de terrenis: erigat alam humi iacentē: ad superna attollat: excitet aquilā suam: ⁊ illā aquilaz ad quā dictum est: Renouabitur sicut aquilę iuuentus tua. Ad animā hoc dictū est. Anima ergo nostra sicut aquila alta petat: supra nubes volet: renouatis splendescat exuuijs: celo volatus suos inferat: vbi laqueos incidere nō possit. Auis ēst quę descendit ex alto: vel quę in altū se extollere nō potest: frequēter aut laqueis capitur: aut visco fallitur: aut quibuscūq; irretitur insidijs. Sic quoq; ⁊ anima nostra cauea[illegible] hęc mundana descendere. Laqueus in auro: viscū est in argento: nexus in ħdio: clauus in amore. Dum aurū petimus strangulamur: dum argentū querimus in visco eius hęremus: dum prędiuz inuadimus alligamur. Quid inuanuz querimur lucrū: preciosę animę detrimentū? Exiguus tibi est totus mūdus ꝓ vnius animę dispendio. Quid ēst ꝓdest homini: si hunc mundū lucretur: animę vero sue detrimentū patiatur? Aut quā cōmutationē dabis ꝓ anima tua? Nō auro redimitur: nō argēto: immo auro amittit. Quinetiā mulieris decus dū cōptat: astringit. Clauus est libido: clauus tristicia: clauus iracundia: clauī sunt omnes passiones quę velut veru quodā animā nostram penetrant: ⁊ infigunt corpori: viscēbusq; ei⁹ annectūt. Fugiamus ergo hęc mala: ⁊ exaltemus animā nostram ad illam imaginē dei ⁊ similitudinē. Fuga malorum similitudo dei est: ⁊ virtutibus imago dei acquiritur. Ideo qui nos pinxit quasi aucroz: pinxit virtutū colorib⁹. Ecce ego inquit ad hierusalem pinxi muros tuos. Nō detergam⁹ penicello negligētię: depicta animę nostrę: firmamenta muralia. Ideo dixit: Muros pinxi: quibus hostē possim⁹ auertere. Habet anima muros suos de quib⁹ emmet: et de quibus ait: Ego ciuitas munita: ego ciuitas obsessa. Bis munitur murus: bis obsessa defenditur. Et vere murus anima: q̄ ħtenditur in castris. Unde ⁊ ipsa ait in cantcis: Ego murus: et vbera mea vt turres. Cant. 8. Bonus murus quē pinxit dom⁹: sicut ipse ait: In manib⁹ meis pinxi muros tuos: ⁊ in cōspectu meo eos semp. Bona anima quę habet speculatorē deum: ⁊ in manibus eius est: sicut anima ꝓphetica: quę in man⁹ domini cōmendatur vt spiritus: ⁊ quę in cō spectu dei est. Oculi eius domini sup iustos: Pſ. 33. sicut ⁊ ipse ait: Ego eraz in oculis eius: tanquā inueniens pacem. Bonas turres habet: quę habet ⁊ de intelligibilib⁹ verbum: ⁊ de moralib⁹ disciplinā. Ideoq; hęc anima habens gratiam fructū vberum ingredi tur in hortos: ⁊ inueniens illic sponsum sedentē ⁊ disputantē cum amicis: ait: Qui sedes in hortis: vocem tuā insinua mihi. Cant. 8. Abi hi inquit nō amicē. Fuge frater meus. Hortat vt fugiat spōsus: q: iā sequi pōt etiā ipa terrena fugientez. Dicit vt filio sit dāmulę: quę erasit de retib⁹. Fugit ēst ⁊ ipsa fugere ⁊ euolare supra mundū. Hinc hortū illū sibi plato ꝓposuit: quē iouis hortū alibi: alibi hortū mētis appellauit. Jouem ēst et deū ⁊ mentē totius mūdi dixit. In hunc introisse alam quā venerē nūcupat: vt se abūdantia ⁊ diuitijs horti repleret: in quo repletus potu iaceret: purum qui nectar effunderet. Hoc igitur ex libro canticoꝝ cōposuit: eo q̄ anima deo adherens in hortū mentis ingressa sit: in quo esset abundantia diuersarum virtutum: floresq; sermonū. Quos

autē ignorat: q̄ ex paradiso illo quē legim⁹ in genesi habentē lignū vitę: t lignū scientię boni t mali: t ligna cętera: abundantiaz virtutū putauerit transferendā: t in hortuz mentis esse plantandā? Quē in canticis canticorum salomon hortū animę significauit: vel ipsam animā. Sic enī scriptū est: Hortus clausus soror mea sponsa: hortus clausus: fons signatus: transmissiones tuę paradisus. Et infra ait anima: Exurge aquilo: t veni auster: pfla hortum meū: t defluant vnguenta mea. Descendat frater meus in hortum suū. Quāto hoc pulchrius q̄ anima ornata virtutū floribus hortus sit: vel in se paradisuz habeat germinantē. In quē hortum inuitat verbū dei descendere vt aia illa verbi imbre cęlestis: t ei⁹ copijs irrigata fructificet. Verbū autē dei pascitur animę virtutibus quotiens obedientē sibi t opimaz inuenerit: t carpit fructū⁹ eius atq; his delectatur. Cū autē descenderit in eam dei verbum: defluunt ex ea salubriū vnguenta verborum: t diuersarū fragrant longe lateq; redolentia gratiarū spiramina. Vnde ait spōsus (Sponsus autē animę deus verbū est: cui anima legitimo quodaz conubij fœdere copulatur) Ingressus sū i hortū meū soror mea sponsa: vindemiaui myrrham meā cū vnguentis meis: manducaui panē meū cū melle meo: bibi vinum meū cuz lacte meo. Edite primi mei t bibite: t inebriamini fratres mei. Ego dormio: t cor meum vigilat. Cant. 4. Cant. 5.

Cognoscamus quos fructus t cibos cupiat deus: quibus ve delectet. Delectatur eo si quis mortificet peccatū suū: obliteret culpam suā: sepeliat atq; abolefaciat iniquitates suas. Myrrha enī est sepultura mortuorum. Mortua aūt peccata sunt: quę vitę suauitatē habere nō possunt. Perfundū tur aūt diuini sermonis vnguētis: t forti⁹ re cibo verbi velut pane: t suauiore sermone velut melle curātur quedā vulnera delictorum. Sermones autē cibos esse docet et alibi salomon dicēs: Faui mellis sermones boni. In illo ḡ horto sermones boni sunt: alius qui culpā coerceat: alius qui iniquitatē corripiat: alius qui morti faciat insolentiā: t velut sepeliat eam: qū correpti aliquis erroribus suis renūciat. Est etiā sermo fortior qui cōfirmat cor dominis validioribus scripturę cęlestis alimentis. Est etiā sermo suauior⁹ dulcis vt mel: t tamē peccatoris cōscientiam in ipsa suauitate cōpungēs. Est etiam feruētioris spiritus sermo: qui lebziat sicut vinū: t cor hominis lętificat. Est etiā lacte⁹ sermo: purus t candidus. Hos cibos dulciū vtiliū q̄ sermonū epulandos sponsus primis suis dicit. Proximi autē sunt: qui eum sequunt: t nuptijs ei⁹ intersunt. Prouer. 16.

Quo cibo t potu repleta anima (bibit enī vnusquisq; aquā de suis vasis: t de puteo q̄ suo q̄ fontibus) atq; inebriata: sęculo dormiebat: vigilabat deo. Et iō sicut posteriora docent aperiri sibi deus verbū eius tanquā postulabat: vt eā suo repleret ingressu. Hinc ergo epulatores illi platonici: hinc nectar illud ex vino t melle pphetico: hinc sonus ille translatus est: hinc vita illa ppetua: quam deus dixit suos epulari: q̄ christus vita est. Idcoq; taliū sermonū seminib⁹ animę eius repletę est vēter: atq; ipsa exiuit in verbo. Quę autē exit anima a seruitio idolo: t eleuat se a corpore: verbū sequit.

Quomodo cauendi sint laquei principatuū aereorum qui nos recte gradientes t ad altiora tendentes impedire querūt: t ad terrena reuocare: Ca. vi.

Sed sunt principat⁹ aerij: t potestates mundi: qui nos velut de muro deiicere aię: vel impedire recte gradientes: vel ad altiora tendētes querūt deponere: t ad terrena reuocare. Sed nos multomagis ad sublimia mentez erigam⁹: verbū sequentes dei. Illi principat⁹ offerunt sęcularia: quib⁹ tuam mentē incuruēt: Tu magis ad christū anima dirige gressus tuos. Injiciunt cupiditatē auri: argenti: vicinę possessionis: vt acquirēdę eius gratia excuses a cęna illius qui ad nuptias verbi te inuitauit: Tu caue ne excuses: ꝑ vestē te indue nuptialem: t vtere cōmunio diuitū: ne diues qui te inuitauerat: cum excusaueris tu: dū eo sęcularib⁹ occupatus alios inuitet: t tu excludaris. Injiciunt etiā honoris appetētiā: ptātes mūdi: vt te extollas sicut adaz: t dū vis adęqri deo: similitudine ptātis diuina ꝑcepta despicias: t quę habebas incipias amittere. Qui enī nō hz t qđ hz auferet ab eo. Matth. 13.

Quotiens in oratione nobis q̄ marie deo appropinquam⁹: offundunt ea quę plena sunt opprobrij alicuius aut scele-

ria: quo nos a studio precationis auertant. ¶Quotiens inimic⁹ cordi nostro conat inserere: quo nos reflectat a sanctitatis ꝓposito ⁊ pus votis. ¶Quotiēs corporeos inflammat ardores. Quotiēs occurrere facit oculos meretricios: quib⁹ castum iusti tempter affectū: vt improuiso amoris spiculo feriat imparatum. ¶Quotiēs inserit animo tuo verbū iniquū: ⁊ cogitationes cordis absconditas: de quo tibi dicit lex: Attende tibi ne fiat verbū absconditū in corde tuo iniquū: et dicat tibi dñs: Quid cogitas mala
Deut.8. in corde tuo? Neve cū abundantes auro ⁊ argento: ⁊ opimis agrorū fructibus vel honoribus dicas: Virtus mea dedit mihi hęc: ⁊ obliuiscaris dominū deū tuum. ¶His ergo anima quę cupit euolare deponit: Sed tu obluctare quasi bon⁹ miles christi iesu: ⁊ inferiora obliuiscēs: terrena despiciens: ad celestia ⁊ ęterna cōtende. ¶Attolle animas tuam: ne eā illiciat esca laqueorū. Voluptates huius seculi: escę quędā sunt: ⁊ qō petius ē escę malorū: escę temptationū. Dum voluptatē quęris: laqueos incurris. Oculus enī meretricis: laqueus amatoris est. Oculus ergo meretricis ē laqueus. Laqueus ē etiā sermo meretricis qui obdulcat ad tēpus fauces tuas: ⁊ postea exasperat eas amaritudine cōscientię peccatricis. Laqueus est aliena possessio plena ąmgnitatis. Omne iter illi⁹ vitę: ple
Pō.141. nū laqueorū est. Unde iustus dicit: In via hac qua ambulabā: absconderunt laqueos mihi. In via inquit hac absconderūt. ¶Nō
Ios.14. tu illam viā ambula quę dicit: Ego sum via
Pō.22. veritas ⁊ vita: vt dicas: Animā meam conuertit: deduxit me super semitas iusticię ꝓpter nomē suū. ¶Moriar igitur nobis hoc seculum: moriar nobis carnis isti⁹ sapientia
..... inimica est deo. Subiiciam⁹ animā nostrā soli christo: vt dicat vnusquisq: Nōne deo subiecta est anima mea? Nō seculo subdita: nō mūdo inquit subdita. Nō pōt hoc
Pō.61. pecuniosus: nō pōt auarus dicere: sed dicit
Eccl.12. iustus ⁊ ꝓficiens. Auarus aūt dicit: Anima habes multa bona in annos multos posita: requiescę: māduca: bibe: epulare: qz auari anima subdita est luxurię corporali: iusti aūt anima vtit corpore vt instrumēto: aut organo: quę velut pręclara artifex quo vult obsequiū corpori ducit: ⁊ effingit de eo speciē quā elegerit: ⁊ eas quas voluerit facit in eo resonare virtutes: pangēs nūc modulos castitatis: nunc modulos tēperantię: sobrietatis carmē: integritatis dulcedinē: virginitatis suauitatē: grauitatē viduitatis. Interdū tñ modulator cōpatitur organo suo: Et ideo honesta modulare vt sit honesta cō passio. Nā ⁊ ille qui videt videndo plęrūq; ⁊ audiens audiēdo afficit. Et ideo dicit scriptura: Oculi tui recta videāt. Et infra: Ne
Prouer.4. multus fueris ad alienā. Noli intendere in oculos iuuencule: noli intendere in verba meretricis.

¶Quō nostri nobis sint laquei cauendi. Et de molestijs huius vitę: ꝓpter quas totā vitam odio habuit ecclesiastes: ⁊ mortem laudauit. Quodq; impio amarior sit vita q; mors: cū grauius sit ad peccatū viuere: q; in pcō mori. Et quib⁹ ꝓcludit mortē nō esse malū: La.vii.

ET ꝗd de extraneis laqueis loquor? Nostri nobis laquei sunt cauendi. In ipso hoc corpore nostro laquei circūfusi nobis sunt: quos debemus vitare. Non credamus nos huic corpori: nō misceamus cū eo alam nostrā. Cū amico inde misce animā tuā: nō cū inimico. Inimicū tibi est corpus tuum: qō repugnat menti tuę: cui⁹ opera inimicitię: dissensiones: lites: perturbationesq; sunt. Noli cū eo miscere animā tuam: ne vtrūq; cōfundas. Nā si miscetur: ergo melior fit caro quę inferior ē q; anima quę superior: qz anima vitā corpori tradit: caro aūt mortē animę trāsfundit. Confundit ę vtriusq; operatio: cōfundit ꝓpe ipsa vtriusq; substātia. Itaq; suscipit in se anima insensibilitatē defuncti corporis: ⁊ corpus omnib⁹ animę virtutib⁹ fungit. ¶Ne forte qz infundit anima corpori: etiā confundi putet: exemplū nobis sit huius luminis gratia. Siquidē ⁊ lumē terreno loco infundit: nec tñ cōfunditur. Nō fit ergo cōfusa operatio quoz dispar substantia est: sed fit anima in corpore vt viuificet corp⁹: hoc gubernet: hęc illuminet. ¶Negare tñ non possumus: q; cōpatiatur corpori suo: nam ⁊ cōtristatur. Siquidem ipsius ait: Tristis est
Matth.26. anima mea vsq; ad mortē: affectū hominis in se exprimēs. Et alibi: Anima mea turbata est.
Pō.6. ¶Siquidē ⁊ modulator modulis suis: aut tybis: aut citharę: aut organi voce: gestu: affectuq; cōpatitur. In tristib⁹ sonis

tristior: in lęt' lętior: in acutioꝝ excitatior: in ıp̃is mitioꝝ mitior atq; mansuetior: vt sonoꝝ cantuū ipse cōmēdet: ⁊ quodāmodo modulet affectus. ¶ Anima quoq; in hoc corpore tanq̃ in fidibus musicis quę sobria est: tamē summis (vt ita dicā) digitis velut neruoꝝ sonos ita pulsat carnis passiones: vt cōsonū reddat motum atq; virtutū: psentientēq; cōcentū: vt in omniꝝ cogitationibus suis: in omniꝝ operiꝝ id custodiat: vt omnia cōsilia ⁊ facta sibi concinant. ¶ Anima est ergo qua vtit corpus quod vsui est: ac p̃ hoc aliud qō in imperio: aliud qō in ministerio: aliud qō sumus: aliud qō nostrum est. Si qs animę pulchritudinē diligit nos diligit: si quis corporis decorē diligit: nō ipsum hominē: sed carnis diligit pulchritudinē: quę tamē cito marcescit ⁊ defluit. ¶ Inde illi intēde: de quo dicit ꝓpheta: Qui nō accepit inuanū animā suam. Inuanū accipit animā suam: vt tam de huiꝰ vitę dicamꝰ molestus: qui sęcularia struit: ędificat corporalia. Quotidie ad edendū ⁊ bibendum surgimus: ⁊ nullus explet: vt nō post momentum esuriat ac sitiat. Quotidie lucrū quęrimus: ⁊ nullus cupiditati modus ponit. Nō satiabitur inquit oculus visu: nec auris auditu. Qui diligit argentū nō saciatur argēto. Nullus finis laboris: ⁊ nullus est fructꝰ abūdantię. Lupimus quotidie scire noua: ⁊ quid est ipsa scientia nisi quotidiani doloris adiectio? Omnia quę sunt tam fuerūt: ⁊ nihil sub sole est nouū: sed omnia vanitas. ¶ Totā vitā odio habui dixit ecclesiastes: Qui vitam odio habuit: vtiq; morte prędicauit. Deniq; mortuos laudauit magis q̃ viuētes: ⁊ illū iudicauit beatū: qui in hanc vitam nō venit: nec inanē hunc suscepit labotem. Circuiuit inquit cor meū vt scirē impij lęticiā: ⁊ vt considerarē ⁊ quererem sapientiā ⁊ numerū: ⁊ vt scirem p̃ imperiū lęticiam ⁊ molestiā ⁊ tractationē: ⁊ inuenī ego eā amariorē q̃ mortē: nō quia amara sit mors sed quia impio amara: ⁊ tamē amarior vita q̃ mors. ¶ Grauius est enī ad peccatū viuere q̃ in peccato mori: qz impius q̃diu viuit peccatū auget: si moriatur peccare desinit. Plęriq; criminū suoꝝ absolutione lętant: si emendaturi sunt recte: si perseueraturi in eis stulte: qz longe illis plus dānatio pfuisset: ne inciementa facerēt peccatoꝝ. ¶ De quo sublimis est sententia apli dicentis: q nō solum hi qui flagitiosa agunt: sed etiam q̃ ea aprobāt digni morte sunt: sed et illos qui talia cōdēnant in alijs qualia ipsi agūt inexcusabiles habeti: vt ⁊ sua damnet eos sentētia: cū eīs alios cōdemnant seipsos cōdemnāt. Nec sibi eos blandiri oportere: qz pgnarū ad tempus immunes videnť: ⁊ exortes reatus: cū grauiores pęnas intra se luant: ⁊ sibi rei sint qui alijs nō videntur: atq; in se intorqueant grauiorē cōsciętię sentētiam: cū de aliorū peccatis iudicant. ¶ Sz noli inquit o homo diuinę bonitatis ⁊ patientię thesauros ꝓtemnere. Bonitas enī dei ad pnitentiā te ꝓuocat: ad correctionē inuitat: duritia autē tua qua in erroris pertinacia pseueras: futuri iudicij auget scueritatem vt dignā retributionē tuoꝝ accipias delictoruꝫ. Nō igitur mors malū. Nā neq; apud viuētes mors est: neq; apud defunctos. Apud alios enī nō est: qz adhuc viuūt: alij trāslerūt. Itaq; neq; apud eos mala est qui eā adhuc nescīt: hoc ipso qz nescīt: neq; apud eos qui iaz ⁊ fm corpus nihil sentiūt: ⁊ fm animā liberati sunt.

¶ Qua ratione nō mors ipsa que terribilis apud viuentes estimat sit terribilis: sed opinio de morte. Et de cōfutatione duarū causaruꝫ ob quas mortē insipiētes verent. Quęq; mors generaliter nō sit mala: licet specialiter pessima sit mors peccatoꝝ. Cur ꝓterea greci fune appellauerint morte. Et quatā morti sanctꝰ iob laudē tribuerit. Ca. viii.

Quod si terribilis apud viuētes est mors: nō mors ipa terribilis ē: ſ opinio ō morte: quā vnusquisq; p̃ suo interp̃tat affectu: aut p̃ sua cōscientia phorescat. ¶ Suę igit vnusquisq; cōsciętię vulnus aculeat: nō mortis acerbitatez. Deniq; iustis mors quieſ est portꝰ: nocētibus naufragiū putat. Certe bio quibꝰ grauis est timor mortis: nō est graue mori: sed graue est viuere sub metu mortis. Nō ḡ mors grauis: sed metꝰ mortis. Metꝰ aūt opinionis est: opinio vo nr̃e infirmitatis ꝓtraria veritati. Nā p̃ veritatem virtus: p̃ opinionē infirmitas. Opinio autē non mortis vtiq; sed vitę est. Ergo illud graue vita magis inuenit esse. ¶ Liquet igit qz mortis metꝰ nō ad mortē referēdus est: ſ ad vitā. Nō enī habemꝰ qō in morte metuamꝰ: si nihil qō timendū sit vita

Ro. 1.

nostra cōmisit. Etenī prudentib⁹ delictorū supplicia terroꝝ sunt: delicta aūt nō mortuoꝝ actus sunt sed viuentiū. Vita igitur ad nos referk: cuius actus in nostra potestate est: mors aūt nihil ad nos. Est enī separatio animę ꝛ corporis. Anima absolutk: corpus resolutk. Quę absolutk gaudet: qō resolutk in terrā suā: nihil sentit. Qō nihil sentit: nihil agnoscit. ¶ Tī si mors malū: quō iuuenes nō timent fieri senes: nec finitimā mortis verenk ꝓtarē? Patientiusq; deficit qui ꝑ sumpta morte deficit: q̄ qui inopinata. Ibīq; quoq; qui mortē malū putant: aptū respondeāt arbitror: qz ꝑ vitā ad mortē est transit⁹: ꝑ mortē aūt ad vitā reditus. Neq; enī nisi qui mortui fuerint possunt resurgere. Insipientes aūt mortē quasi summū malorū reformidant: sapientes q̄si requiē post labores ꝛ finē malorū expetūt. ¶ Duabus aūt ex causis mortē insipientes verenk. ¶ Una q̄ eā interitū apellant: interit⁹ aūt bois esse nō potest: cū anima supstes corpori sit: saluo eo q̄ ipsius corpus maneat resurrectio. ¶ Altera aūt causa q̄ pēnas reformident: poetarū vi delicet fabulis territi: latratus canis infernalis cerberi: ꝛ coeyti fluminis tristē vorago nem: ꝛ nautā inferni gurgitis charonē tristiorem: furiarū agmina aut ꝓrupta tartarea: in quib⁹ hydra ꝙnquies fedez habeat: tityi q̄z viscera reparandis fecunda supplicijs: q̄ vultur immanis sine vllo fine depascitur: Ixionij quoq; orbis ꝓpetuam sub pēnę atrocitate vertiginē: et tarī desup iminentis sup capita accubantiū inter epulas impendentez ruinā. Hęc plena sūt fabularū: nec tī negauerim pēnas esse post mortē. ¶ Sed q̄d ad mortē id qō post mortē est? Si aūt quę post mortē sunt referank ad mortē: eadē etiam q̄ post vitā sunt referanē ad vitam. Nulla ergo erunt supplicia quę referanē ad mortem. Mors enī vt supra diximus absolutio est ꝛ separatio animę ꝛ corporis. Nō est aūt mala solutio: qz dissolui ꝛ esse cū christo multo melī⁹. Nō igit mala mors. ¶ Deniq; mors peccatorū pessima. Nō vtiq; mors pessima generaliter: sed pessima specialiter peccatorum. Deniq; preciosa iustorū. Unde liquet acerbitatē nō mortis esse: sed culpę. ¶ Pulchre aūt grēci a fine mortē apellauerunt. Τελεύτην enī mortem apellant: eo q̄ finis istius vitę sit. ¶ Sed etiā somnū scriptura nuncupat mortē: sicut est illud: Lazar⁹ amicus noster dormit: sed vadā vt suscitē eum. Somnus aūt bon⁹: quoniā quies est: sicut scriptū est: Ego dormiui ꝛ requieui: ꝛ surrexi: qm̄ dominꝰ suscepit me. Dulcis igit quies mortis. Deniq; dominꝰ suscitat quiescēteos: quia dño est resurrectio. ¶ Illud quoq; egregiū: quod ait scriptura: Ante mortē nō laudaueris quēquā. Unusquisq; enī in nouissimis suis cognoscitur: ꝛ in filijs suis ꝙsti mat: si bene filios suos instituit: ꝛ disciplinis cōpetentib⁹ eruditt. Siquidē ad negligentiā patris: refertur dissolutio filioꝝ. Dū enī vnusquisq; q̄diu viuit obnoxius est lapsui: nec senect⁹ immunis a crimine. Ideo legis: qz abraam mortu⁹ est in senectute bona: eo q̄ in bonitate ꝓpositi sui permansit. Mors igitur vitę est testimoniū. ¶ Nam si laudari ante gubernator nō pōt: q̄ in portum nauē deduxerit: quomō laudabis hominē pauloq; in stationē mortis successerit? Et ipse sui est gubernator: ꝛ ipse vitę huius tactatur ꝓfundo. ¶ Diu i salo isto: tādiu inter naufragia. Dux ipe nisi ꝓfecto ꝓlio nō sumit laureaz: nec miles arma deponit: nec stipendū mercedē adipiscitur: nisi hoste superato. Mors igitur stipendioꝝ plenitudo sūma mercedis gratia missionis est. ¶ Quātum aūt morti dedit sanct⁹ iob: qui dixit: Benedictio morituri in me veniat. ¶ Nam etsi isaac benedixerat filios suos moriens: ꝛ iacob benedixerat patriarchas: tamē benedictionis illius gratia poterat solis benedicentiuz meritis deputari: vel pietati paterne. Hic vero nulla ꝓrogatiua meritorū est: nulla pietatis: sed solius mortis priuilegiū: cū benedictio cuiusce morituri tantū virtutis habeat vt eā sibi sanct⁹ ꝓpheta optauerit. ¶ Ac ꝑ hoc cogitemus semp hunc versiculum: ꝛ corde teneamus: Si quē videmus pauperem morituꝝ sumptu iuuem⁹: dicat vnusquisq; nostrū: Benedictio morituri in me veniat. Si quē viderimus debilē nō deseramus: si quē in extremis positū nō relinquamus: occurrat ꝛ nobis dicere: Benedictio morituri in me veniat. Laudet ꝛ te vn⁹ quisq; morituꝝ: vnusquisq; deposit⁹ cuo: vnusquisq; cōfect⁹ vulnere grauis: vnusquisq; morbo absumptus: etiam morti proximus. ¶ Hic versicul⁹ quātos benedictiones fecit: quoties mihi pudorē incussit: si morituꝝ ꝑieri: si nō visitaui grauiter egrū: si fastidiui inopē: si captiuū nō redemi: si senē spreui. ¶ Sit

Ps. 5.

Eccl. 11.

Gen. 25

Job. 29.

Phil. 1.

Ps. 33.

Joh. 11.

ergo in corde semp: vt stimulet duriores: vt admoneat pmptiores. ¶Resonēt te postrema verba morituri: t benedictionē tui egre
Prouer.24. diens corpore anima secū vehat. ¶Eripe eti am cū qui ad mortē ducitur: qui periturus
Job.29. erat nisi tu subuenisses: vt dicas: Benedictio morituri veniat in me.

¶Quēadmodum et recapitulatione de bono mortis: pbet anima non mori cū corpore: t quō in bonis demorabitur sit. Quid etiā nobis cauendū sit: t quid faciendum si velimus post mortem huius corporis in bonis esse: Ca. IX.

Quis igit dubitet de bono mortis: cū id qō inquietū: id qō erubescendum: id qō inimicū nobis est: id qō violentū: id qō pcellosū t ad omnia vitia illecebrosum est cōquiescat t iaceat: t quasi feruida canea claudat sepulchri: relinquat rabies eius exanimis t emortua cōpago viscerū in terrā resoluatur: Id aūt qō familiare virtutibus: amicū disciplinis: studiosum glorie: sequax boni: deo subditū est. ¶Ad illud sublime euolet: t cū illo puro t ppetuo bono atq immortali maneat: ipi adhereat: t cū ipso sit de q cognationez ducit: vt quidam ait: Cui⁹ t genus sumus? ¶Hō eñ mori animā cū corpore manifestū est: qz nō est de corpore. ¶Hō esse autē eaz de corpe scriptura multis modis edocet. Naz t adam a
Gen.2. dño deo nostro accepit spiritū vitę: t factus
Ps.114. est hō in aiam viuentē. Et dauid ait: Cōuertere anima mea in requiē tuam: qz dñs benefecit mihi. Et in q bñficerit audi. Quia liberauit iquit pedes meos a lapsu. Videsne gratulari cū mortis huius remedio: qz finis factus est erroris: qz culpa non natura defe
Vbi ū cit. Denicq quasi exutus t liber: dicit: Placebo dño in regione viuorū. Illa est eñ regio. Denicq illā animarū requiē dicit: terrā esse dicit viuentiū: quo peccata nō penetrāt: vbi virtutū viuit gloria. Ista aūt regio plena ē mortuoz: qz plena delictoz: meritoqz
Matth.8. dictū est: Relinque mortuos sepelire mor-
Ps.24. tuos suos. Sz t supra similiter ait: Anima eius in bonis demorabit: t semen ei⁹ hereditabit terram: hoc est: Anima timētis deū habitabit in bonis: vt semp in eis sit et fm ea. ¶Qō pōt etiā de eo accipi q sit in corpore: vt t ipse si timeat deū i bonis habitet: et in celestib⁹ sit: t possideat corpus suū: t dominet ei quasi in seruitutē redacto: t possideat hereditatē glorię t celestiū pmissoruz.

¶Unde t nos si volum⁹ post mortē corporis hui⁹ in bonis esse: caueamus ne agglutinet anima nostra huic corpori: ne cōmisceatur: ne inhereat: ne trahat a corpore: t tanquā ebria perturbationib⁹ eius vacillet t fluitet: nec se ei credat atq ei⁹ delectationibus vt cōmittat se ei⁹ sensibus. Nā t oculus ei⁹ error t fraus est: q: fallitur visus: t auris ei⁹ deceptio est: q: t auditus illudit: t sapor ei⁹ deceptio est. ¶Deniq non ociose dictū est:
Prouer. Oculi tui recta videant: t lingua tua nō loquat puersa. Qō nō esset dictū: nisi frequēter errarent. Elidisti meretricē: capt⁹ es vultu eius: t forma decorā putasti: errauerunt oculi tui: puersa viderūt: alia nunciauerūt. Nā si vera vidissent: vidissent deformē meretricis affectū: inhęrentē pcacam: indecētem impudicitiā: marcētes libidines: tetrā colluuionē: animę vulnera: cōscientię cicatrices. Qui viderit inquit mulierē ad cōcu-
Matth. piscendum eam. Elides q iste falsum quęsiuit: qui nō veritatē sed adulterium requisiuit. Videre eñ quesiuit vt cōcupisceret: nō vt verū cognosceret. ¶Errat igit oculus vbi errat affectus. Affect⁹ ergo deceptio est: deceptio visus. Et ideo tibi dicitur: Neq capiatis oculis: id est: non capiat anima tua.
Prouer. Mulier eñ viroruz pciosas animas capit. Deceptio audit⁹. Deniq blandimēto multo sermonis: mulier fornicaria sępe iuuenis cor: seduxit: decepit: illusit. Ergo nō laqueis nos credamus t retibus his quę decipiūt t illudunt: qz corda temptant: impediunt cogitationes: quę impediunt visu: impediuntur auditu: odore: tactu: sapore. Nō sequamur illecebrosa t seductoria: sed sequamur illud qō bonū est: illi adheream⁹: illud imitemur: illius pśentia: illi⁹ cōmunicatio nos meliores faciat: mores nostros coloret: illi⁹ quędā nos societas informet. Qui eñ bono adhęret assumit inde qō bonū est: qz scriptum est: Cū sancto sanct⁹ eris: t cū puerso
Ps.17. puersus eris: t cū innocente innocens eris. Assiduitate eñ atq imitatione quędā similitudinis imago formatur. Ideoq addidit: Nisi tu illuminas lucernā meaz dñe. Etenim qui appropinquat lumini citius illuminat: t plus in eo splēdoz eterni luminis refulget e primo. Ergo anima quę illi adhęret inuisibili bono deo atq immortali: t ipa corpo-

rea hęc fugit: ꝛ terrena ꝛ mortalia derelin/
qt: fiqꝫ illi⁹ similis qđ desiderat: ꝛ i quo vi/
uit ꝛ pascit: ꝛ qz immortali intēdit: nō est ip
sa mortalis. Quę enim peccat: moritur: nō
vtiqꝫ aliqua sui dissolutiōe: sed merito mo/
rit deo: qz viuit peccato. Ergo quę nō pec
cat nō morit: qz manet in substātia sui: ma/
net in virtute ꝛ gloria. Nam quō substātia
eius interire pōt: cū vtiqꝫ anima sit quę vi
tā infundit? Et cui anima infundit: vita in
fundit: a quo anima discedit: vita discedit.
Anima ergo vita est: Quō pōt mortez reci
pere: cū sit ꝛtraria? Sicut enī nix calorē nō
recipit: nā statim soluit: ꝛ lux non recipit te
nebras: nā statim discutit. Insulo enī lumi
ne tenebrarū horror aufertur: sicut admoto
igne niuiū rigor: desinit: Ita ꝛ anima quę vi
tā creat mortē nō recipit: nō moritur.

¶ De diuino testimonio quo de/
monstratur qꝫ anima nō moriatur
cuz corpore. Et de errore hominū
qui pciosa struunt sepulchra tan
quā anime ꝛ corporis receptacula:
cum animarū superiora esse habi/
tacula scripture testimoniis valde
pbetur: Ca. x.

Habemus ergo rationē: sed hęc būa/
na: illud diuinū qđ ait dns: Pote/
statē habeo ponendi animā meā: et
potestatē habeo iterū sumendi eaz. Videsne
igit qꝫ nō morit cū corpore: quę ꝛ ponitur ꝛ
resumit: ꝛ in man⁹ dei patris cōmendatur.
Sz ne forte dicas speciale esse qđ christi ē:
Et quis ille quę sūt hominis suscepit: ta/
men qz alterius est causa ꝛ istud astruere: ne
tēpus crastinetur: audi dicentē: Quid scis
an nocte hac a te tua anima reposcat? Num
quid [illegible] in te anima tua? Sed re/
poscat a te. Quę data est reposcit: vel repe
tunt a te. Repetit enī anima: nō interimit.
Qđ repetit manet: qđ interimitur non ma/
net. Quō enī interimit: de qua dixit sapien
tia dei: Nō timendū quēquā qui pōt corp⁹
occidere: animā aūt nō potest? De qua dicit
pbeta: Anima mea in manib⁹ tuis semp.
Semp inquit nō in tēpore. Et tu cōmenda
animā tuā in manus dei. Nō solum cū rece
dit e corpore: sed etiā cū est in corpore est in
manib⁹ dei: quia nō vides eam vnde veni/
at: aut quo vadat. Est ꝛ in te: ꝛ est cuz deo.
Denicꝫ cor regis i manu dei: ꝛ ab eo regit
ꝛ gubernat. Cor repletē mente: et mens ani/
mę principale est: ꝛ virt⁹ animę est. Nō eam
virtutē dico quę in lacertis: sed quę in cōsi/
lijs: tēperantia: pietate: atqꝫ iustitia est. Si
cor hominis in manu dei: multomagis alia.
Si alia in manu dei est: nō vtiqꝫ alia nostra
sepulchra simul cū corpore includit: nec hu/
sto tenet: ꝫ quiete pia fungit. Et ideo ho/
mines frustra pciosa struūt sepulchra: quasi
ea animę et nō solius corpons receptacula
sint. Animarū aūt superiora esse habitacu
la: scripture testimonijs valde pbatur. Si
quidē ꝛ in deūtez libris legimus: Quia cuz 4. Deūtr. 7.
venerit iudicij dies: reddet terra defuncto⁹
corpora: ꝛ puluis reddet eas quę in tumulis
requiescunt reliquias mortuoꝝ. Et habita/
cula inquit reddent animas quę bis cōmē/
datę sunt: ꝛ reuelabit altissimus sup sēdē iu
dicij. Hę sunt habitationes de quibus dicit
dns: multas mānsiones esse apud patrē suū:
quas suus pgens ad patrē discipulis ꝓpara
ret. Sed deūtrōnsus sum scriptis: vt cogno
scāt gentiles ea quę in pōę libris murantur
translata de nostris. Atqꝫ vtinā nō superflua
bis ꝛ inutilia miscuissent: vt dicerēt animas
hominū pariter ac bestiaruz esse cōmunes:
earūqꝫ summū pręmiū: si magnoꝝ philoso/
phorū animę in apes aut luscinias demigra
rēt: vt qui ante hominū genus sermone pa
uissent: postea mellis dulcedine: aut cantus
suauitate mulcerent. Satis fuerat dixisse il
lis: qꝫ liberatę aię de corporib⁹ ἀϊδίῳ pete/
rent: id est: locū q nō videt. Quē locū latine
infernū dicimus. Denicꝫ ꝛ scriptura habi
tacula illa animaꝝ ꝓmptuaria nūcupauit:
quę occurrens querelę humanę eo qꝫ iusti q
ꝓcesserunt videant vltiꝫ ad iudicij diē p plu
rimū scilicet tēporis debita sibi remunerati
one fraudari mirabiliter ait: coronę esse si/
milē iudicij diem: in quo sicut nouissimorū
tarditas: sic nō priorum velocitas. Coronę
enī dies expectat ab omnib⁹: vt intra eū di
em ꝛ victi erubescant: ꝛ victores palmā adi
piscant victorię. Illud quoqꝫ nō reliquit oc
cultum: eo qꝫ iustiores videant qui ante ge/
nerati sunt: infirmiores qui postea. Cōpa/
rauit enī vtero mulieris part⁹ huius sęculi:
qui fortiores sunt qui in virtute iuuentutis
nati sunt: infirmiores qui tēpore senectutis.
Defecit enī multitudine generatiōis hoc sę
culū tanqꝫ vulua generātis: ꝛ tāqꝫ senescēs
creatura robur iuuētutis suę: velut marcen
ti iam virtuti suarū vigorē deponit. Ergo dū

expectatur plenitudo tēporis: expectāt ani mę remunerationē debitā. Alias manet pę na: alias gloria: ⁊ tamen nec illę iterim sine iniuria: nec illę sine fructu sunt. Nā ⁊ illę vi dentes seruātib⁹ legē dei: repositā esse mer cedem glorię: cōseruari earū ab angelis ha bitacula: sibi aūt dissimulationis ⁊ cōtuma cię supplicia futura ⁊ pudorē ⁊ cōfusionē: vt intuētes gloriā altissimi: erubescāt in eius cōspectū venire: cuius mandatū temeraue runt. Sicut ēm ꝓuaricatio adę: ita ⁊ pfusio: qm̄ sicut ille p incuriā mandatoꝝ ęlestiū la psus est: ⁊ pudore se plapsionis abscondit: fulgorē diuinę ꝓsentię verecūdia peccatrici cōscientię subire nō ausus: ita ⁊ animę pec catorū vibrantis luminis eius splendorem non sustinebunt: quo teste se reminiscentur errasse.

De iustarū animarum ingenti le ticia per septenariū ordinem dige sta. Ac de admonitiōe vt ⁊ nos stu dium adhibeamus quo anima no stra deo appropinquet: ⁊ ab eo nō seperemur. Quo etiam modo hoc facere debeamus. Qđ ꝙ nō vere a mur illum omnib⁹ debitum finē in quo beatras remunerationem sue deuotionis inuenit: Ca. xi.

Iustarū aūt animarū p ordines ꝗs dam digesta lętitia. Primū q̄ vi cerint carnē: nec illecebris eius infle xę sint. Deinde q̄ pio seductatio ⁊ inno cētię suę securitate potiant: nec quibusdā si cut impioꝝ animę errorib⁹ ⁊ pturbationib⁹ implicent: atq; vitioꝝ suorum memoria tor queant: ⁊ exagitent quibusdā curaꝝ ęstib⁹. Tertio q̄ seruatę a se legis diuino testimo nio fultiant: vt factoꝝ suoꝝ incertū iuꝺmo iudicio nō vereant euentū. Quarto q̄ in cipiūt intelligere requiē suā: ⁊ futurā sui glo riā ꝓuidere: eaq; se ꝓsolatōe mulcētes in ha bitaculis suis cū magna trāquillitate requi escēt: stipatę ꝓsidęs angeloꝝ. Quint⁹ au tē ordo exultationis vberrimę habet suaui tatē: q̄ ex hoc corruptibilis corpous carcere in lucē libertatēq; puenerint: ⁊ repromissa ꝫ sibi possideāt hęreditatē. Est ēm ordo quie
1.Cor.15. tio: q̄ est ⁊ resurrectionis. Sicut ēm in adā oēs moriunt: ita ⁊ in xpo iquit oēs viuificabunt. Unusquisq; aūt i suo ordine: Primi tię christus: deinde q̄ sunt christi: q̄ in aduētu eius credidērunt: deinde finis. Erit igit ordo diuersus claritatis ⁊ glorię: sicut erit or do meritoꝝ. Processus q̄s ordinū: pcessum exprimit claritatis. Denicq; sexto ordine demonstrabit his: q̄ vultus earū sicut sol incipiat refulgere: ⁊ stellarū luminib⁹ cōpa rari: qui tū fulgor earū corruptelā iam senti re nō possit. Septim⁹ vero ordo io erit: vt exultent cuꝝ fiducia: ⁊ sine vlla cunctatione ꝓfidant: ⁊ sine trepidatione lętent: festinan tes vultū eius videre: cui sedulę seruitutis obsequia detulerūt: de quo innoxię ꝓscien tię recordatione ꝓsumant gloriosā mercedē laboris exigui: Quā incipiētes recipere: co gnouerit indignas esse hui⁹ tēporis passio nes: quib⁹ remunerationis ęternę gloria cō ta refert. Hic ordo inquit animarū q̄ sunt iustorū: quos etiaꝝ imortales nō dubitauit dicere in quinto ordine: eo q̄ spacium inq̄t incipiunt recipere fructus ⁊ imortales. Hęc est inquit requies earū p septē ordines: ⁊ fu turę glorię ꝓma pfunctio: priusq̄ in suis ha bitationib⁹ quietę congregationis munere pfruant. Unde ait ꝓpheta ad angelū: Ergo dabit tēpus aliabus postq̄ separatę fue rint de corpore vt videant de quo mō dixi sti: Et dixit angelus: Septē dies erit liber tas earū: vt videant in septē dieb⁹ qui ꝓdi cti sunt sermones: ⁊ postea cōgregabunt in habitaculis suis. Hęc ideo pleni⁹ de iusto rum ordine exposita sunt: q̄s de passionib⁹ im pioꝝ: q: melius est cognoscere quomō inno cētes saluent: q̄s quomō crucient flagitiosi. Ergo q: iusti hanc remunerationē habēt vt videant facie dei: ⁊ lumē illud qđ illumi nat oēm hoiem: ab hinc induam⁹ hmōi stu diū: vt appropinquet anima nostra deo: ap propinquet oratio: adhęreat illi nostrū de siderū: nō seperemur ab eo. Et hic quidē positi meditando: legēdo: quęrēdo copule mur deo: cognoscamus eū vt possum⁹. Et parte ēm hic cognoscim⁹: q: hic imperfecta: il
1.Cor.13. lic pfecta ola: hic paruuli: illic robusti. Vi demus inquit nunc p speculū in ęnigmate: tunc aūt facie ad faciē. Tunc reuelata facie gloriā dei speculari licebit: quaꝝ nūc alię cor poris hui⁹ cōcretis viscerib⁹ inuolurę: ex qui busdā carnis huius maculis ⁊ colluuionib⁹
Exo.33. obumbratę sincere videre nō possūt. Quis ēm inquit videbit vultū meum ⁊ viuet? Et recte. Nam si solis radios oculi nostri ferre nō possunt: ⁊ si quis diu⁹ e regione solē in tēderit: cęcari solere ꝓhibet. Si creatura cre

aturā sine fraude atq; offensione sui nō po/
test intueri: quō pōt sine periculo sui vibrā/
tem cernere vultū creatoris eterni: corpons
hui⁹ operī exuuiꝰ? Quis eñ iustificab in
cōspectu dei: cū vnius q̄ diei infans mun/
dus a peccato esse nō possit: et nemo possit
de sui cordis integritate t castimonia glori/
ari? ¶ Nō timeam⁹ igit recipi ab hominib⁹:
nō vereamur illū debitū omnib⁹ finem: in
quo helyas remunerationē suę deuotiōis
inuenit: dicente ei dño: Tu eñ recipieris ab
hominib⁹: t cōuersaberis reciduū cum filio
meo: t cū similibus tuis. ¶ Q̄ si illi glorio/
sum t iocundū erat cum similib⁹ cōuersari:
quāto nobis glorioſius erit t iocūdius ad
meliores pgere: t cōuersari cū his quorū fa/
cta miramur? Quis vtiq; prior: helyas an
plato? Nā paul⁹ helyā: nō platonis secut⁹
est dictā? Helyas reuelauit fm collatā in se
reuelationē: iustos cū xpo futuros: futuros
t cū sanctis. Hinc t socrates ille festinare se
dicit ad illos suos deos: ad illos optimos
viros. Nostra sunt vtiq; quę in pbōr litte/
ris ꝓstant. Et ille posuit ea quor ꝓpriū te/
stimoniū nō habebat: nos diuini ꝓcepti ha
bemus auctoritatē. Moyses t helias cum
christo apparuerūt. Abrā duos alios cū deo
suscepit hospitio: Jacob dei castra ꝓspexit:
Daniel iustos sicut solez t stellas fulgere in
celo: reuelāte sibi scrōspū declarauit.

¶ De consolatiua exhortatione vt
intrepide pgamus ad redemptorē
nostrū iesum christum: t ad patriar
charū cōcilium: sanctor cętū: iusto
rumq; cōuentū: vbi paradisus io/
cūditatis: parateq; seruulis iesu ꝓ
misse[illegible]. Qua rōne ꝓterea
illuc festinare debeam⁹: Ca. xii.

Jo igit freti: intrepide pgamus ad
redemptorē nostrū iesum: intrepide
ad patriarcharū cōciliū: intrepide
ad abraam patrē nostrū: cū dies aduenerit
ꝓficiscamur: intrepide pgamus ad illū san/
ctorum cętū: iustorūq; cōuentū. ¶ Ibimus
eñ ad patres nostros: ibim⁹ ad illos nostrę
fidei ꝓtectores: vt etiā si opera desint: fides
opitulet: defēdat hęreditatē. ¶ Ibim⁹ t vbi
sinū suū abraam sanct⁹ expandit: vt suscipi
at pauperes sicut suscepit t lazarum: in quo
sinū requieſcūt: qui i hoc seculo grauia atq;
aspera ꝓtulerūt. ¶ Sed nūc pater etiā atq;
etiā extende ad suscipiendū hinc pauperē
manus tuas: aperi gremiū tuū: expande si/
nus tuos vt plures suscipias: q̄ plurimi in
deū crediderūt. Sed tū q̄uis fides creuerit:
abūdat iniq̄tas: refrigescit charitas. ¶ Ibi/
mus ad eos qui recūbunt in regno dei cum
abrā: isaac t iacob: qm̄ rogati ad cęnā non
excusauerūt. ¶ Ibim⁹ eo vbi paradisus est
iocūditatis: vbi ādā qui incidit in latrones
nescit iam vulnera sua flere: vbi t latro ipse
regni celestis ꝓfessio gratulat: vbi nulle nu
bes: nulla tonitrua: nulle corruscatiōes: nul
la ventor ꝓcella: neq; tenebre: neq; vesper:
neq; estas: neq; byemo vices variabunt tē/
porū. Nō frigus: nō grando: nō pluuie: nō
solis istius erit vsus: aut lunę: neq; stellarū
globi: ſ sola dei fulgebit claritas. Dñs eñ
erit lux omniū: t illud lumē verū q̄ illumi/
nat omnē hoiem fulgebit oibus. Ibim⁹ eo
vbi seruulis suis dñs iesus māsiones para/
uit: vt vbi ille est t nos simus. Sic eñ vo/
luit. Quę sint ille mansiones: audi dicentē:
In domo patris mei māsiones multę sunt. Joh. 14.
Quę sit volūtas: iterū iquit: Venio t accer
sio vos ad meipsum: vt vbi ego sum t vos
sitis. ¶ Sed dices: q: solis discipulis loque/
bat: q ipsis solis spopondent multas mā/
siones: Igit vndecim tantum discipulis ꝓ/
parabat? Et vbi est illud q ex oibus mun/
di partib⁹ venient t recūbent in dei regno?
Nā volūtatis diuine dubitamus effectus?
Sed christi velle fecisse est. ¶ Deniq; demō/
strauit t viā: demonstrauit t locū: dicēs: Et
quo vado vos scitis: t viā scit. Loc⁹ apud
patrē est: via christ⁹ est: sicut ipse ait: Ego sū
via: t veritas: t vita. Nemo venit ad ꝓtem
nisi p me. ¶ Ingrediamur hanc viā: tenea/
mus veritatē: vitā sequamur. Via est quę
ꝓduxit: veritas est quę cōfirmat: vita q̄ ꝓ se
reddit. Et vt sciamus verā volūtatē: addi/
dit in posteriorib⁹: Pater quos dedisti mi- Joh. 17.
hi volo vt vbi ego sum: t illi sint mecum: vt
videant claritatē meā. Repetitio ista cōfir/
matio est: sicut illud: Abraam: abraā. Et ali
bi: Ego sum: ego sum q̄ deleo iniq̄tates tu- Esa. 43.
as. ¶ Pulchre aūt q̄ supra ꝓmisit: hic po/
posc̄it. Et q: ante ꝓmisit: t sic poposcit: nō
ante poposcit t sic ꝓmisit: ꝓmisit quasi ar/
buter muneris: ꝑcuus ptātis: poposcit a pa
tre quasi pietatis interpres. Et ante ꝓmisit
vt potestatē cognoscas: poposcit postea vt
pietatē intelligas. Nō poposcit ante t sic p
misit: ne videret ꝓmisisse pon⁹ q̄ impetra/

uerat ꝯ qđ ꝓmiserat ꝑstitisse. Nec supfluũ putes qđ poposcit: cũ nbi exꝑmat paternę volũtatis ꝓfortiũ: in q̃ vnitatis indiciũ: nõ incrementũ est ptãs. ¶ Sechmur te dñe iesu: sed vt sequamur accersi: q̃ sine te nullus ascẽdit. Tu es via es: veritas: vita: possibilitas: fides: ꝑmiũ. ¶ Suscipe nos q̃si via: cõfirma q̃si veritas: viuifica q̃si vita. ¶ Pãde illud tuũ bonũ: qđ videre desiderabat david inhabitans in domo dñi: iõq; dicebat:

Ps. 4. ¶ Quis ostendit nobis bona? Et alibi: Ps. 26. Credo videre bona dñi in terra viuentiuꝫ. Ibi es̃ sunt bona: vbi vita ꝑpetua est: vita sine

Ps. 64. crimine. ¶ Alibi q̃s ait: Replebimur in bonis domus tuę. Qđ ideo frequẽtauit: vt scires hinc bonum illud pdos transtulisse: qđ summũ asserũt. ¶ Pande ꝙ illud vere bonũ

Act. 17. tuũ: illud diuinũ: in quo ⁊ viuimus ⁊ sum⁹ ⁊ mouemur. Mouemur quasi in via: sum⁹ quasi in veritate: viuim⁹ quasi in vita ęterna. ¶ Demõstra nobis illud bonũ qđ est simile sui: semꝑ indissolubile atq; imutabile: in quo sim⁹ ęterni in agnitione eius boni: sicut vas electionis tuę paulus testificat⁹ est:

Ad philemonẽ dicens: Fortitan es̃ ideo discessit ad horã: vt ęternũ illũ reciperes. Eternũ ꝙ ministrũ dei dixit: scribens ad philomenẽ: cui⁹ fidem in agnitionẽ eius boni qđ in scrio est in xp̃o iesum euidẽtiorẽ fieri postulabat. ¶ In q̃ bono ẽ reqes pura: lux imortalis: gĩa ꝑpetua: hereditas aliq; pia: ⁊ secura tranquillitas: nõ morti subiecta: sed erepta de morte: vbi nulę lachrymę: null⁹ est fleꝯ. Nõ es̃ illic fleꝯ: vbi null⁹ est lapsus: vbi sunt sancti tui erroꝛib⁹ ⁊ sollicitudinib⁹: insipiẽtia atq; ignorãtia: timore ac metu: cupiditatib⁹ atq; oibus corporeis colluuiõib⁹ ⁊ passionib⁹ absoluti: vbi regio viuẽtiũ ẽ. ¶ Et vt asserũi huic adiungam⁹ auctoritatẽ: de q̃ bono ꝓphęta di

Ps. 114. cit: Cõuertere aĩa mea in requiẽ tuã: q̃: dñs bñfecit tibi: qm̃ eripuit alam meaꝫ de morte: oculos meos a lachrymis: pedes meos a lapsu: Placebo dño in regione viuoꝝ. Placebo dixit: nõ placeo: hoc est: de tẽpore sibi blandit futuro. Cõtraria sunt aũt ꝓsentib⁹ futura: ⁊ tpalib⁹ ęterna. Et ideo qm̃ ibi viuoꝝ regio: hic vtiq; mortuoꝝ. An nõ mortuoꝝ hęc regio: vbi vmbra mortis: vbi porta mortis: vbi corp⁹ est mortis? ¶ Deniq; donat petro: ne forte portę inferi ꝓualeant ei. Portę inferi istę sunt terrenę. Ille ⁊ ille ait: Qui exaltas me de portis mortis. Sicut es̃ sunt portę iusticię: in quib⁹ sancti dño ꝓfitẽtur: ita sunt criminũ portę: in quibus impij dñm negauerũt. Audi qm̃ regio ista sit mortuoꝝ. Si quis igit mortuũ tetigerit: imundus erit. Immũdus aũt in ꝓspectu dñi oĩs iniquus. Si ds igit tetigerit iniqtatẽ: imundus: si ds in delictis: mortu⁹: qm̃ quę in delictis ẽ viuens: mortua est. Et q̃ infideles sunt descẽdunt in infernũ viuẽtes: etsi nobiscuꝫ videnꝯ viuere: ꝑ in inferno sũt. ¶ Si ds vsurã acceperit rapinã facit: vita ñ viuit: vt habes in ezechiel. ¶ Si ds aũt iustus iustificationes dñi custodit vt faciat eas: vita inqt viuet: ⁊ viuet in eis. Ipse est ꝙ in regiõe viuoꝝ: in illa regione vbi vita nõ absc̃dita ẽ sed libera: vbi nõ vmbra sed gloria. Hic es̃ nec ipse paulus viuebat in gloria. ¶ Deniq; in corpore mortis ingemiscebat: Audi dicẽtẽ: Nunc es̃ vita nr̃a abscondita est cũ xp̃o in deo: cũ aũt xp̃us apparuerit vita nr̃a: tũc ⁊ nos cũ illo apparebim⁹ in gloria. ¶ Festinemus ꝙ ad vitã: Si quis vitã tangit viuet. Deniq; tetigit illa mulier q̃ tetigit simbriã ei⁹: ⁊ a morte dimissa ẽ: cui dicit: Fides tua te saluã fecit: vade in pace. Si es̃ q̃ mortuũ tangit imundus est: sine dubio q̃ viuentem tangit salu⁹ est. Quęram⁹ ꝙ viuentẽ. ¶ Sz itęq; videamus ne cũ quęram⁹ inter mortuos: ⁊ dicat nobis sic ⁊ mulieribus illis: Quid q̃ritis viuentẽ cũ mortuis? Nõ est hic: ꝑ surrexit. Ipse q̃s dñs vbi se q̃ri vellet ostẽdit: dicẽs: Vade ad fres meos: ⁊ dic eis: Ascendo ad patrẽ meũ ⁊ ad patrẽ vestꝝ: deũ meũ ⁊ deũ vestrũ. ¶ Ibi ꝙ q̃ramus eũ: vbi q̃situt iobãnes: ⁊ iuenit. Ille cũ i ꝓncipio q̃situt: ⁊ iuenit viuẽtẽ apud viuẽtẽ: filiũ apud patrẽ. ¶ Nos cũ i tẽpoꝝ fine q̃ram⁹ ⁊ cõplectamur pedes ei⁹: ⁊ adoremꝰ eum: vt dicat ⁊ nobis: Nolite timere: id est: nolite timere a petis ęculi: nolite timere ab iniqtatib⁹ mũdi: nolite timere a fluctib⁹ corporaliũ passionum: ego sum pctoꝝ remissio: nolite timere a tenebris: ego sum lux: nolite timere a morte ego sum vita: Quicũq; ad me venit: mortẽ nõ videbit in ęternũ: qm̃ ipse est plenitudo diuinitatis: ⁊ ipsi est gloria: decus: ꝑpetuitas a ęculis: ⁊ nunc: ⁊ semꝑ: ⁊ in omnia ęcula ęculorũ. Amen.

¶ Sancti Ambrosij episcopi liber de bono mortis explicit.

Capitulorum libri de fuga seculi sancti Ambrosij episcopi: recollecta annotatio.

Qua ratione homo impediat vt a terrenis se eruere mentēq; eleuare ⁊ semp ascendere sine diuino auxilio nō possit. Et q; ascēdere volēs: nō leta seculi ⁊ amena: sed plena doloris ⁊ luctus sequi debeat. Q; etiā salu⁹ esse volēs: a xpo doceat vt sup̄ mundū ascēdat: ⁊ hoc seculū fugiat. La. I.

Q; etiā lex doceat seculum esse fugiendū et deū sequendū. Et de absolutione quattuor quēstionū fm mysticū intellectuz p adaptationē ad diuersa genera virtutū: iuxta quattuor quę posita sunt in lege circa vrbes ad refugia dispositas. La. II.

Q; p̄memorata virtutū genera etiā in apostolo nō adumbrata: si exp̄ssa habeant: vt ex dictis ipsi⁹ aperte demōstrat. La. III.

Quid sit fugere seculum: cuz exhortatione vt fidei suffragio subnixi: accedamus ad sedem gratię: hoc seculū ⁊ eius cōtagionē fugientes: neq; fugere erubescentes: cum glorioſum sit ita fugere: quēadmoduz et fuga iacob ⁊ aliorum sanctorū patruz demonstratur. Et q; beata etiā sit fuga quā iacob suscepit. La. IIII.

Cur hinc fugere debeamus: ⁊ quomō transire cum moyse vt videamus deum calciamenta pedū soluendo. Quomō etiā relinquere ymbram hui⁹ vitę: ⁊ cum sancto dauid cuolare: etsi nō vt aquila: saltem vt passer: etiam si nō ad cęlum: saltē ad montes. La. V.

Qua ratione volens fugere: velociter ⁊ diligenter fugere debeat: quo etiam fugiendum sit: ⁊ ad quod bonū animas nostras exigere debeamus. La. VI.

Q; non mediocris sit causa cur hinc fugere debeam⁹. Neq; nō impigre malicia hui⁹ seculi fugiēda sit: ⁊ q̄d sit hinc fugere. Cur etiā malicia in terris versęt ⁊ seuiat. Qua p̄terea ratione dñs iesus vindictā diaboli auctor⁹ maliciq; distulerit: neq; eadē sentētia in ipsū ⁊ in hoiem dicta sit. La. VII.

Quō hinc animo fugere possimus etsi corpore retineamur. Q; etiā hinc quia tēpus breue est fugiamus: ne cū p̄tereūte figura mundi: opera nostra nosq; ipsi p̄tream⁹: q̄ si cauere velimus: mādata dei nō p̄tereamus: neq; disciplinę alicui⁹ ,pfectum: quēadmodū ioseph fecit: ⁊ in sara ostēdatur: ⁊ sicut iacob ereat⁹ est. La. VIII.

De exhortatione q; hinc fugiam⁹ sicut fugit de patria sanct⁹ iacob: ⁊ sicut cerui fugiūt ad fontes aquaz: quos ⁊ dauid sitiebat. Quis quoq; sit iste fons: ⁊ quid hūc fontē desiderans facere debeat: exēplo susanę. Quō etiā sicut paulus ⁊ loth fugerūt: nos fugere debeamus. Quib⁹ p̄terea modis quis bene fugere possit. La. IX.

Finis.

Sancti Ambrosij episcopi liber de Fuga seculi: In quo diffuso disertoq; sermone: ⁊ hoc seculū fugiē dum: ⁊ deū sequendū p̄suadet: ſcli citer incipit.

Qua ratione homo impediat vt a terrenis se eruere: mentēq; eleuare ⁊ semp ascendere sine diuino auxilio nō possit. Et q; ascendere volens: nō leta seculi ⁊ amena sed plena doloris ⁊ luctus sequi debeat. Q; nō etiā saluus esse volens: a christo doceat: vt supra mundū ascendat: ⁊ hoc seculū fugiat: La. I.

Frequens nobis de effugiendo seculo isto est sermo: atq; vtinā q; facilis sermo: tā cautus ⁊ solliciti⁹ affect⁹ esset. Sz q; pernitiosius est frequēter irrepit terrenarū illecebra cupiditatū: ⁊ vanitatū offusio mentē occupat: vt q; studeas vitare: hoc cogites: animoq; voluas. Q; cauere difficile est homini: eruere aūt impossibile. Deniq; voti magis ea esse rē q; effectus: testat̄ ,ppha dicēdo: Declina coz meum in testimonia tua: ⁊ nō in auaritiā. Nō cū in ptāte nostra est coz nr̄m: et nr̄e cogitationes q; improuiso offuse mentē animq; cōfundunt: atq; alio trahūt q; tu ,ppoſueris. Ad scēlaria reuocāt: mundana inferūt: voluptuaria ingerūt: illecebrosa intexunt: ipsoq; in tēpore quo eleuare mentē paramus: inseritis inanib⁹ cogitatiōib⁹ ad terrena plerūq; deducimur. Quis aūt tā beat⁹ qui in corde suo sp ascēdat? Sed hoc sine auxilio diuino quō fieri pōt? Nullo ,pfecto modo. Deniq; supra eadē scriptura dicit: Beatus vir cui est auxiliū abs te dñe: ascensus in corde et⁹. Pō. 83.

Beat⁹ plane: quē delectatio nō reuocat:

quē voluptas nō inclinat: qui ad inferiora nō respiciat. ¶ Nō nec ipse⁹ loth vro: potuit euadere. ¶ Quo admonit⁹ exemplo apostolus posteriora obliuiscens: ⁊ ea quę sunt priora appetens: festinabat ad brauiū ⁊ puenire meruit: quia ante se christum videbat: a quo ad iusticię vocabatur coronaz. ¶ Sz peruenit ille qui seipsum sibi abnegauit: vt christū lucraretur. Deniq; nō ipse viuebat: sed viuebat in eo christ⁹. ¶ Raz quis inter tot passiones bui⁹ corporis: inter tātas illecebras huius seculi rutū atq; intemeratum seruare pōt vestigiū? ¶ Respexit oculus ⁊ sensum mentis euertit: audiuit auris ⁊ intētionē inflexit: inhalauit odor ⁊ cogitationē impediuit: os libauit ⁊ crimen reddidit: tactus cōtigit ⁊ ignem adoleuit. ¶ Intrauit mors p̄ fenestrā dixit ꝓpheta. Fenestra tua est oculus tuus. Si videris mulierē ad concupiscendū intrauit mors: si audias sermones meretricios intrauit mors: si luxuria sensus tuos capiat: penetrauit mors. ¶ Et iō qui vult ascendere: nō lęta seculi: non amęna: nō delectabilia: sed plena doloris ⁊ fleti⁹ sequat. Melius est enī ire in domū luct⁹: q̄ in domū gaudij. ¶ Deniq; nec adaz de paradiso descendisset: nisi delectatione deceptus esset. ¶ Pulchre igit̄ dauid qui periculosos homines etiā ipso aspectu fugerat exp tus: beatū illuz dicit: cui spes omnis in deo nosse est. Sic enī nō respicit in vanitates et insanias falsas: si sp christuz intendat: si sp christū interiorib⁹ oculis aspiciat. Unde ite rū ad seipsum cōuersus ait: Auerte oculos meos ne videant vanitatē. ¶ Uanitas circus est: q; nihil ꝓdest: vanitas est equoruz velocitas: q; mendax ad salutē est: vanitas theatrū est: vanitas ludus omnis. Omnia vanitas inquit ecclesiastes quę in hoc seculo sunt. ¶ Deniq; qui salu⁹ esse vult: supra mundū ascendat: quęrat verbū apud deū: fugiat hunc munduz: terras relinquat. Nō enī potest ꝓpere illud qō est ⁊ est semp: nisi p̄ius hinc fugerit. ¶ Unde ⁊ dōs volens patri deo agropiquare apostolos ait: Surgite eamus hinc.

¶ Nō etiam lex doceat seculū esse fugiendū ⁊ deum sequendū. Et de absolutione quattuoz questionuz sm mysticum intellectū per adaptationem ad diuersa genera virtutū: iuxta quattuoz que posita sūt in lege circa vrbes ad refugia dispositas: Ca. ii.

DOcet te etiā lex fugiēdū seculū: deum sequendū. Quid enī aliud docet cū dicit: Disponetis vobis ciuitates ad refugiū: ⁊ eruntvobis refugia quo refugiat homicida ois qui occiderit animā inuitus: Et infra: Sex ciuitates ad refugia erūt vobis: tres ciuitates dabitis trans iordanem: ⁊ tres ciuitates dabitis in terra chanaan? ¶ Aperte quidē cōfugientib⁹ hoc crimen homicidij: refugia ꝓposita sunt. ¶ Sed si cōsideremus altri⁹: quattuor sunt quę admonent ꝓfundi⁹ esse expectāda arcana lectionis isti⁹. ¶ Unū: qua ratione ex bis ciuitatib⁹ quę leuitis in portionē sorte obuenerunt: sex ciuitates ad refugiū date sint homicidij crimine laborātib⁹: cur nō etiā aliarum tribuū ciuitates ad hoc munus deputatę? ¶ Secūm: qua ratione sex numero: non enī octose numer⁹ hic ꝓscriptus videt: neq; planū neq; pauciozū ciuitatū? ¶ Tertiū: cur tres vltra iordanē ciuitates: ⁊ tres in regione chananęa dispositę sint: quę refugio peccantibus forent? ¶ Quartū: cur denumeratio et definitio tēporis cōprehensa sit intra qō habitet homicida ī ciuitate refugij: quo ad moriat sacerdos magnus: ⁊ post moztez sacerdotis magni reuertat homicida in ciuitatē habitationis suę? ¶ De singulis ḡ oportet dicere: atq; eo ordine quo ꝓpositumuſ q̄stra absoluere. Cōpetenter itaq; leuitarū ciuitates datas ad refugiū: ꝓmo explicandū est. ¶ Congrue aūt ꝓpositum liquet: q; leuitę fugitāces sunt mūdi huⁱ⁹ vt placeant deo: relinquāt patriā: parentes: filios: omnē cognationē vt adhęreāt vni deo. ¶ Deniq; ⁊ abrae dictū est: Exi de terra tua: ⁊ de cognatiōe tua: et de domo patris tui. ¶ Sed forte dicas: Leuita nō erat? Sed habebat in tumbis suis leuin: vt legimus ad hebręos scriptum. ¶ Et dōs leuitis dicit cū discipulis suis: hoc est aplis dicit: Si quis vult post me venire abneget semetipsū ⁊ tollat crucē suā ⁊ sequat me: q̄q̄ ad oēs tam dictū sit: Uos aūt genus electū: regale sacerdotiuz: gens sancta: ꝓpis in adoptionē. ¶ Uenit plenitudo: reliquię cessarūt. Christus enī oēs vocauit: omnib⁹ profecto patet vt oēs sequant: oibus regnū ꝓpositū: ⁊ vita ętrna. ¶ Ergo cui de⁹ portio ē: nihil debet curare nisi deū: ne alteri⁹ impediatur necessitatis munere.

Numeri. Josue.xx.

Deu.vi.

Luc.ix.

1.Petri.

Dō cū ad alia officia ꝓferk: hoc religiōis cultu: atq; hinc nfo officio decerpik. Hęc cū vera est sacerdotio fuga: abdicatio domestico ꝙ: ꝛ quędā alienatio charissimorum vt suus se abneget: q̄ seruire deo gestit. Recte ꝯ fugaces fugacib⁹ cōmendauit eternę legis sanctio: vt qui hinc mundū oblīti sūt eos recipiant qui peccata sua cōdemnātes atq; opera: obliuiōez vitę supioris exoptēt: ꝛ secularia quę gesserint abolere desiderēt.

Fugitans igik est suoꝝ: sacri altaris eius minister. Vnde dūs quasi princeps sacerdotū: formā leuitis in cuāgelio dans suo discipulo: Dant. 12. Quę est mater mea: aut qui sunt fratres mei? Hoc est: nō agnosco matrem: nō recognosco fratres: ignoro ꝓximos. Mater mea ꝛ fratres mei hi sunt: q̄ audiūt verbū dei et faciunt. Solū ꝯ verbuz dei nouit minister: cū eos nouit in quibus operak dei verbuz.

Et ideo exul est mundi: fugit ā corporis: fugitans passionū: qui abdicat se oībus: vt 3. Reg. 19 solus remaneat: sicut heliak dixit: Et ego relictus sum solus. Sed nō erat solus cū quo erat christus. Et ipse dūs relictus est sol⁹: Job. 16. Sed nō sum inquit solus: qm̄ pater mecuz est. Est etiā illa causa: quia leuitę ministri sunt dei. Et ideo ipsoꝝ ciuitates fugiētib⁹ homicidio ꝙ legē deputank: q̄ ipsius est diuina mandata exequi: circā eos qui crimen mortale admiserint. Relcat eccl̄ia publicas leges: suas nouit. Ut dūico sacerdos 1. Cor. 1. obediat imperio: audi leuitā dicentē: Tradidi hmōi satbanę in interitū carnis: vt spiritus saluus sit in die dūi nostri iesu christi.

Percussus igik leuitico gladio mortak sensus carnis in nobis: vt viuat ala nostra. Si si cū sensus carnis occiderit: nullus pōt cē vitę fructus eternę. Sęx aūt ciuitatū refugia sūt: ita vt prima ciuitas sit cognitio verbi: ꝛ ad imaginē eius forma viuendi. Quicūq; eaz cognitionē fuerit ingressus: tutus Job. 15. a pena est: fm q̄ ꝛ dūs ait: Jam vos mundi estis ꝓpter sermonē quē locut⁹ sū vobis. Job. 17. Et alibi: Hęc est aūt vita eterna: vt cognoscant te solū deum verū: ꝛ quē misisti iesum christū. Hęc ē igik ciuitas velut metropolis: cui adiacēt alię q̄nq; ciuitates leuitarū.

Secūda est ciuitas: ꝓsideratio diuinę operationis: qua creat⁹ est mundus. Tertia ciuitas: cōtemplatio ptātio regię ꝛ maiestatis eternę. Quarta ciuitas: ꝓpitiatio di uinę cōtritus. Quinta ciuitas: legis diuinę ꝓtēplatio: quę ꝓcipit quid faciendu sit.

Sexta q̄ ciuitas: portio legis: quę ꝓscribit quid nō faciendū sit. Quāta abundantia diuinę misericordię: quātę diuinę pietatis ei⁹: vt singulo ꝙ studia fragilitatesq; humanę cōditionis cōsiderans: quib⁹ ꝛ inuiti ac reluctātes ad culpā ducimur: ꝛ nō voluntaria delicta victi illecebris frequēter cōmittim⁹: diuersa nobis refugia ꝓponat: scz videlicet vidiū: vt quo numero mūdus formatus est: eodē numero aduersus mūdana vitia ꝛ sęculi dui⁹ naufragia remediū ꝓuideretur.

Primū igik est remediū: vt si boni ꝓpositi vitę culpa irrepserit: is sine vlla cō ꝓtendinatione: si ꝓfectam velit habere securitatē: ad ipsam rerū oim arcez ꝓperet: vbi verbū est dei in illo sinu patris: id est: arcano ac recessu dei: vbi est fons sapiētię: vñ ꝓ morte: vitę eternę hauriat potuz imortalē.

Secūm est remediū: vt q̄ nō pōt cognitionē boni illius ꝓlibare: ꝛ tardior vel ingenio est: vel fidei cōprehēsione: qm̄ velocī mētis vigore atq; ingenij acumine ad cognitionis summā ꝓtendik: saltē opa dūi ꝓsideret: atq; ex his q̄ facta sūt tāti ꝓfect⁹ opis auctorē: qm̄ ex his bonis q̄ sunt in ꝓstitutiōe ill⁹ creatur⁹ (Bona esti valde sūt: sic dūs dixit) bonū illud sūmū atq; eternū cōprehēdik. Qui ordo rerū: q̄ disciplina: q̄ gratia: Rone his quis tardū ingenū diligere auctorē suū ꝓuocatur? Etsi si parēteo q: nos genuerūt amam⁹: quātomagis diligere debem⁹ creatorē parentū auctorēq; nostrū? Ergo operatoria virt⁹ dei: etsi nō videk tñ ex suis opibus estimak: operatorēq; opera sua ꝓdunt vt intelligak qui nō cōprehēdik. Vnde ꝛ dūs ait: Si mihi nō creditis: vel opibus credite. Bona igik etiā hęc ciuitas ad refugiū: Job. 10. quę ędificatoria sui testificak gratiā: ꝛ affectū nostruz excitat: vt ei⁹ simus cupidiores: qui tantā nobis fabricę dui⁹ videak cōtulisse pulchritudinē.

Tertiuo ordo est regalis ptātis ꝓtēplatio: vt subijciamur regi: si nō deferim⁹ tanq; parenti. Adetu esti ꝓsidētio plęrūq; fit obediens ptāti: qui est saluti ingrat⁹: vt necessitatē sobrietatis agnoscat: q̄ noluit ac nequit gratiā pietatis agnoscere. Corrigit ꝯ necessitas: quez pietas ꝓuocare debuerat. Hę sunt tres ciuitates trans iordanē: ꝓfectioꝝ: prudentię ad refugiuz darę: vt primo culpā fugiam⁹ inductione animi cōformis ad imaginē dei. Hta esti creati su-

mus dicente deo: Faciam⁹ hoiem ad imaginē t similitudinē nostrā. Hec ḡ primę illi⁹ ciuitat' lex est. Deinde si p fragilitatē carnis t mundi illecebras ita mentē nostrā formare nō possumus: reuerētia paternę generationis: t sedulitate plis peccatū leuem⁹.

1. Petri. 4. Charitas. n. multitudinē peccatoꝝ operit. Qui ḡ ad imaginē dei cē non potuerit: sit ad plenitudinē charitatis. Illa ciuitas culpaz excludit: hec soluit. Hec denięꝫ lex se/

Deut. 6. cūdę ciuitatis: Diliges dīm deū tuū ex toto corde tuo: t ex tota anima tua: et ex tota virtute tua. Sed si rursus anguſtiamini: t iminuti sunt qui abūdantiā charitat' t gratiā recipere nō possūt: habes tertiā ciuitatē: vt diuiꝫ ptātis formido te sobriū faciat t in-

Matth. 4. flectat metus. Et hec lex tertia: Dīm deum tuū adorabis: t ipsi soli seruies. Hę igitur ꝓcipue virtutes: t ideo paucoꝝ nō pluriuz supra iordanē posite: vt exp̄mas quasi imago archetypū diligas quasi filiꝰ patrē: adores quasi subditꝰ regē. Qui esi iordanez trāsierint: iordanis autē descēsio eoꝝ dicit: Qui descenderint ḡ ex illis supioribus virtutib⁹ ad hec inferiora: id est: in quib⁹ integritas: charitas: humilitas vacillauerit: habent ꝓpria homini refugia quę petāt: vt q̄ obnoxij delictis t inferi vitijs sunt nō volūtarijs: sperent dīm sibi recōciliari posse si veniā petant: sperent posse se corrigi si ꝓcepta sequanť cęlestiū mandatoꝝ: quib⁹ aut informamur ad innocentiā: aut reuocamur a culpa. Hę igit intra iordanē ciuitates sequędę sunt: vt ꝓpitiem⁹ nobis deū: sequamur quę iubet: vitem⁹ quę ꝓhibet. Sit ḡ p pitiandę diuinitatis ambitio: sequędę ꝓceptionis obeditio: interdictę ꝓuaricationis cautio: quib⁹ ꝓpitiatorią dei misericordiaz t nomothedicen ei⁹ ꝓuidentia vel institutoꝝ obsequio: vel interdictoꝝ declinatione

Prou. 20. veneremur. Quartū supest: qđ ait: Quia vsqꝫ ad illud tēpus erit i ciuitate refugij homicida ille: donec moriat sacerdos magn⁹. In quo fm litterā haret interpretatio. Primū ipsa fuga sorte magis q̄ equitate alicuius examinis definita: deinde in causis parib⁹ impar cuētus. Poterat esi fieri vt post homicidę illi⁹ refugiū sequēti die obiret magnus sacerdos. Quę aūt sub incerto sententia? Ergo q: haret littera: quęram⁹ spiritalia. Quis est iste magnus sacerdos: nisi dei filiꝰ: verbū dei: cui⁹ aduocationē ꝓ nobis habem⁹ apud patrez: qui exors est olim voluntarioꝝ t accidentiū delictoꝝ: in quo cōsistant oia quę in terris sunt: et q̄ in cęlo? Vinculo esi verbi cōstricta oia sunt: t eius ꝓnent potentia: t in ipso ꝓstant: qm̄ in ipso creata sunt oia: t in ipso habitat ois plenitudo. Et ideo oia manent: q: dissolui illa nō sinit quę ipse cōstringit: qm̄ in ei⁹ voluntate ꝓsistūt. Omnia esi quoad vult suo imperio coercet t regit: t naturali cōcordia ligat. Fuit igit verbū dei: t maxime i animis viuit piorum: nec vnq̄ morit plenitudo diuinitatis. Nunq̄ esi moritur sempiterna diuinitas: t eterna dei virtus. Sane moritur nobis si a nostra aia separat: non quo morte corrūpat: sed quo dissoluat atq̄ exuatur mens nra ab ei⁹ ꝓiunctione. Mors esi vera ē: verbi t aię separatio. Denięꝫ statim incipit aia pcio patere volūtarijs.

Mō ꝓmemorata virtutū genera etiā in aplo nō adumbrata: sed exp̄ssa habeantur: vt ex dictis ipsi⁹ aperte demonstrat: Ca. iii.

Habemus hec genera nō adumbrata sed exp̄ssa virtutū in aplo: dicente eo: Fra qđ in me est: ꝓmpt⁹ sum t vobis qui rome estis euangelizare. Non esi erubesco euāgeliū. Virtus esi dei est in salutē omni credenti: iudeo primū t greco. Justicia esi dei in eo revelat: id est: in eo q̄ credidit. Denięꝫ addidit Ex fide i fidē: sicut scriptū est: Justus aūt ex fide viuit. Ro. 1. In q̄ igit iustitia dei revelat: nisi in eo qui cōformis est imaginis dei? Habes primā ꝓceptū ad imaginē. Secōm: q: invisibilia illi⁹ p ea q̄ facta sunt intelliguntť: id est: sempiterna virt' ei⁹: et diuinitas opibus ei⁹ cognoscit: hec est operatrix virt⁹. Tertiū de imperiali ptāte: q: verbū dei regale est et iudiciale: et plenū iusticię sacerdotalis: remunerationē bonoꝝ actuū: t retributionē maloꝝ ventu/

Ro. 2. ris in iudiciū suū seruāt. De quib⁹ ait aplꝰ: Scimus aūt qm̄ iudiciū dei est fm veritatē in eos q̄ talia agunt. Itaq̄ q̄ veritatē t iustitiā dei cognouit: nō debz ea agere q̄ morte digna sint. Sequit bonitas dei, ꝓpitiatoria: vtiq̄ de qua dicit: An diuitias bonitatis ei⁹ t patientię t lōganimitatis ꝓtemnis? Ignoras qm̄ bonitas dei ad pnitentiā te adducit? Id est: debet te adducere: p uocare: vt q: bon⁹ est de⁹: sperare possis tuoꝝ peccatoꝝ indulgētiā. Nō vult esi vindicare q̄ est parat⁹ ignoscere. Subtexuit etiā legislationē: id est: nomothedicen: vt si

quis ꝓtẽplatione diuine bonitatis resoluit: ⁊ magis ad negligentiã q̃ ad pẽnitentiã p uocat: legẽ sequat: Qui ⁊ quicũq; inḉt sine lege peccauerũt sine lege ⁊ pibũt: ⁊ q̃cũq; in lege peccauerũt: p legẽ iudicabunt. Lex aũt gemina ẽ: naturalis ⁊ scripta. Naturalis in corde: scripta in tabulis. Oẽs g̃ sub lege: sed naturali. Sed nõ est olim: vt vnusq̃sq; sibi sit lex. Ille aũt sibi lex est: q̃ facit sponte q̃ legis sunt: ⁊ in corde suo scriptũ opus legis ostẽdit. Habes q̃ bona legis sint: q̃ tu nõ solũ scire uel audire ꝓuocaris: sed etiã facere debem⁹. Nõ enim auditores legis iusti sũt apud deũ: sed factores legis iustificabunt.

